SANCTI EPHRAEM SYRI

HYMNI ET SERMONES.

ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ
ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܡܠܦܢܐ

Ephraem Syrus

SANCTI EPHRAEM SYRI

HYMNI ET SERMONES

QUOS E CODICIBUS LONDINENSIBUS,
PARISIENSIBUS ET OXONIENSIBUS DESCRIPTOS, EDIDIT,
LATINITATE DONAVIT, VARIIS LECTIONIBUS INSTRUXIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

THOMAS JOSEPHUS LAMY

SS. D. N. PRÆLATUS DOMESTICUS, ECCL. CATH. NAMURC. CAN. HON., S. THEOL. DOCT., ORD. LEOP. EQUES, ACADEM. REGIÆ BRUX. ET RELIG. CATH. ROM. SOCIUS, S. SCRIPT. ET LINGG. SEMITT. IN UNIVERSIT. CATH. LOVAN. PROF. ORD., ET COLL. MAR. THER. PRÆSES.

TOMUS II.

MECHLINIÆ,
H. DESSAIN, SUMMI PONTIFICIS, S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
ET ARCHIEPISCOPATUS MECHLINIENSIS TYPOGRAPHUS.

M. D. CCC. LXXXVI.

IMPRIMATUR.

Opus quod inscribitur : *Sancti Ephraem Syri Hymni et Sermones quos e codicibus Londinensibus, Parisiensibus et Oxoniensibus descriptos, edidit, latinitate donavit, variis lectionibus instruxit, notis et prolegomenis illustravit* THOMAS JOSEPHUS LAMY, *SS. D. N. prælatus domesticus, Eccl. cath. Namurc. Can. hon., S. Theol. Doct., Ord. Leop. Eques, Academ. Reg. Brux. et relig. cath. rom. Socius, S. Script. et Lingg. Semitt. in Universit. cath. Lovan. Prof. Ord., et Coll. Mar. Ther. Præses*, ex auctoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Mechliniensis et legum Academicarum præscripto recognitum, quum fidei aut bonis moribus contrarium nihil continere visum fuerit, imprimi potest.

Datum Lovanii, die 1 Octobris 1886.

C. PIERAERTS, RECT. UNIV.

PRÆFATIO.

Quatuor abhinc annis primum edidi tomum *Hymnorum ac Sermonum S. Ephræm Syri*, nunc secundus prodit tomus, serius quam speraveram ; cujus dilationis causa fuit tum difficultas suscepti operis laborque in eo exequendo et in codicibus describendis subeundus, tum variæ et multiplices occupationes, quibus in fungendo munere professoris ac præsidis collegii Mariæ Theresiæ in hac nostra Universitate detentus fui. Spero, Deo juvante, tertium et ultimum tomum, cui adjungentur index rerum et dissertatio de re Ephræmi metrica, citius esse proditurum, quum magna ejus pars jam sit prelo parata. Restat ut pro absoluto hoc tomo Deo optimo maximo gratias agam et simul gratos meos sensus exprimam doctissimis viris qui huic meo operi sua benevolentia et adjumento favere dignati sunt, in primis autem venerabilibus viris Musæo Britannico præpositis qui maxima benevolentia pretiosissimos hujus Bibliothecæ codices syriacos mihi, dum Londini degerem, communicarunt, Cl. viro P. Martin in Instituto catholico parisiensi professori, qui e Bibliotheca nationali Acta S. Ephræmi deprompsit et ad me misit, claris etiam viris D. Sachau, in Universitate Berolinensi professori qui nonnulla S. Ephræmi excerpta e codicibus a se ex Oriente allatis ad me direxit, et D. Rahmani, presbytero Mossulensi, qui e codicibus mossulensibus aliquot hymnos in nativitatem Domini mihi transcripsit. Peculiares etiam referendæ sunt gratiæ Ill. D. Clementi David, Syrorum in urbe Damascena antistiti et R. D. L. Kayser sermonum S. Ephræmi de Passione in linguam germanicam translatori, qui ad me magnam partem erratorum et corrigendorum infra appositorum miserunt, et meo collegæ, olim discipulo, Ex. D. Forget, linguæ arabicæ in hac nostra Universitate professori, qui partem posteriorem hujus tomi antequam prelo exiret correxit, Excellentissimo etiam viro scientiarum ac litterarum et artium in Belgio administro qui mea studia subsidiis promovit, denique peritissimo typographo H. Dessain, alteri Plantino, senectute et virtutibus venerabili, qui, ut est in litteras propensioris animi, suis expensis et sumptibus non solum typos syriacos ad opus cudendum emit, sed totum opus eleganter optimaque charta impressit.

Scribebam Lovanii, die festo S. Augustini, 28 Aug. 1886.

AUCTOR.

PROLEGOMENA.

Acta Ephræmi.

I. Exorditur tomus hic secundus ab *Actis S. Ephræmi* a cl. D. Martin e codice syriaco parisino 235 descriptis. Codex quidem ad sæculum XIII merito referri videtur; quo autem tempore vel loco vixerit auctor anonymus qui hanc Ephræmi historiam conscripsit, quosnam fontes adierit, non constat, sed vel ejus textus quasdam interpolationes passus est, vel ipse, medio ævo scribens, nonnullis rebus fictitiis, ut sæpe tunc fiebat, S. Ephræmi historiam exornare voluerit. Certe ad manus pleraque Ephræmi scripta eaque quæ nos latent habuerit; plura etiam hauserit e fontibus syriacis. Testatur quippe Sozomenus plura de Ephræmo apud syros notissima fuisse quæ apud Græcos inaudita erant: « Indigenæ, inquit, plura de illo norunt et commemorant[1]. » Conveniunt porro in multis Acta parisina cum Actis, quæ e codice syriaco vaticano XI sæculi edita sunt in tomo III *Opp. Syr.-lat.* S. Ephræmi, quæque maximam jam partem edita fuerant a J. S. Assemano in tomo I suæ *Bibliothecæ orientalis*. Discrepant autem Acta parisina a Romanis in duobus punctis maximi momenti ad definiendam *Vitæ* Ephræmi chronologiam quæ hucusque a nemine recte determinata fuit. Rem quidem aggressus est peculiari opere[2] J. Alsleben, sed veritatem non est assecutus. Eum presso pede secutus est Rœdiger[3], nec ipse magis profecit. Cl. D. Bickell annum quidem mortis diaconi Edesseni post J. S. Assemanum in an. 373 recte reposuit, sed Nisibis obsidiones perturbavit. Quare tota series vitæ S. Ephræmi novo examini subjicienda fuit. Nec frustra: etenim in nostro opere anni nativitatis ac baptismi S. Ephræmi extra controversiam positi sunt, tempus etiam quo Edessam migravit, quo Valentis persecutioni obstitit; annus denique quo mortuus est exacte et certe determinatus est.

Juxta Acta parisina, Ephræmus natus est anno 306, sub Constantino magno. E domo paterna expulsus, baptismum suscepit anno ætatis 18°, Christi 324. Anno sequenti ivit ad concilium Nicænum. Acta romana hic chronologiam perturbant, quum differunt ejus baptismum in annum ejus 28m, Christi 334. Anno 338 quo mortuus est S. Jacobus

[1] *Hist. Eccl.* III, 16.

[2] *Das Leben des H. Ephræm des Syrers, nebst einer Abhandlung « Untersuchungen über die chronologie Ephræm's »* Berlin, 1853.

[3] *Encyclopedia von* Ersch und Grueber, ad vocem « Ephræm. »

nisibenus, cum sancto illo præsule suis utriusque precibus coegit Saporem, Persarum regem, obsidium urbis Nisibis derelinquere. Ephræmus cum Vologese, Nisibin episcopo, obsidioni anni 350 adfuit. In urbe permansit usque dum Persis a Joviano traderetur anno 364.

Tunc ex urbe discedere coactus, se recepit in Beth-Garbaia, unde mox per persecutionem expulsus Amidam profectus est. Nec diu ibi commoratus est, anno enim sequenti Edessam se contulit. Edessam igitur advenit anno 365, ibique vel in monte adjacente reliquos vitæ dies transegit et placida morte obdormivit die 9a, 15a, 18a vel 19a junii anni 373. Acta parisina et romana tradunt Ephræmum, ex Edessa profectum ut iret in Cappadociam ad Basilium, primo perrexisse in Ægyptum ad monachos deserti ibique per octo annos degisse. Hoc autem admitti nequit. Cum enim Edessam advenerit anno 365 et ibi per aliquod tempus monachus egerit antequam ad Basilium se conferret, cum aliunde constet ejus obitum in annum 373 reponendum esse, impossibile est ut octo annos in Ægypto fuerit, eo vel magis quod eadem Acta tradunt legatos a Basilio ad Ephræmum missos fuisse quatuor post annos a quo Ephræmus Basilium inviserat. Vel igitur quæ narrantur de Ephræmi itinere in Ægyptum interpolata et fictitia sunt, vel exiguo tempore ibi fuerit. Acta non tradunt quonam anno Ephræmus ad Basilium iverit et ab eo diaconus ordinatus fuerit, nec alii scriptores, ut Gregorius Nyssenus, Sozomenus, Metaphrastes, qui illud Ephræmi ad Basilium iter memorant, aliquo modo annum significant. Potest tamen aliunde aliqua lux infundi. Scilicet Basilius anno 370 Cæsareæ episcopus ordinatus fuit[1]. Igitur non ante hunc annum Ephræmus Cæsaream venerit. Ephræmus autem jam ab aliquo tempore Edessam redierat, quum Valens, anno 372, contra Edessenos persecutionem movit. Intra illud igitur temporis spatium iter ad Basilium reponendum est, nempe Ephræmus Cæsaream advenerit ad festum Epiphaniæ anni 371. Jam diximus Acta romana duplici vitio laborare et in hac parte ab Actis parisinis feliciter corrigi. Primum vitium est circa baptismum ejus, alterum est circa persecutionem quæ Ephræmi tempore ab imperatore romano contra Edessam mota est. Acta romana referunt hanc persecutionem ab imperatore Juliano contra Edessam motam fuisse, Ephræmum Juliano restitisse et contra eum scripsisse. Unde consequitur Ephræmum jam ante annum 363, quo Julianus defunctus est, Edessæ domicilium habuisse. Sic tota perturbatur chronologia. At Acta parisina hoc vitium corrigunt. Narrant quippe Valentem imperatorem, non Julianum, Edessam venisse et contra Edessenos persecutionem movisse, de qua scripsit Ephræmus. Hæc autem

[1] Vid. *Prolegomena* in *Opp. S. Basilii* ap. Migne, *Patrol. gr.* XXIX, col. LVII.

anno 372 gesta fuisse ex Sozomeno recte infertur. Si quis enim ea quæ habet Sozomenus[1] de Valentis ejusque præfecti Modesti ratione agendi erga Edessenos anno 372 cum narratione Actorum parisiensium contulerit, facile perspiciet utrumque auctorem idem factum narrare.

Ad mortem Ephræmi quod attinet, Acta vaticana eam post Basilii mortem († 379) differunt ; at falso, nam omnes auctores Syri in re chronologica accuratissimi eam in diem 9m, 15m, 18m vel 19m junii anni 373 reponunt. Agmen ducit *chronicon edessenum* ex archivis hujus ecclesiæ confectum ; sequuntur Jacobus, Edessæ sæculo VII episcopus, Dionysius, Jacobitarum patriarcha, in suo *chronico ecclesiastico,* Elias Nisibis sæc. XI episcopus[2], Gregorius Barhebræus, Jacobitarum sæc. XIII Maphrianus, in suo *Chronico ecclesiastico,* alii, quos infra citavimus. His duo alii auctores Syri adjungi possunt, qui recentissime mihi innotuere. Primus est auctor anonymus brevis Ephræmi *Vitæ*, quam e codice syriaco sæculi XIII[3] benevole mihi transcripsit Cl. D. Sachau, professor Berolinensis ; alter est Cl. D. Cardahi Libanensis, qui in opere: *Liber thesauri de arte poetica Syrorum*, Romæ 1875, p. 9, breviter e fontibus Syris describens acta S. Ephræmi, asserit S. Doctorem anno Christi 373 decessisse.

Juvat autem hic transcribere brevem Ephræmi Vitam in codice Berolinensi fol. 6 contentam :

« Beatus Doctor Ephræm erat genere Syrus. Pater ejus erat e Nisibi, urbe confiniorum, mater autem ejus ex Amida civitate. Pater quidem sacerdos erat. Vivebant autem tempore Constantini victoris. Pater porro Ephræmi puerum e domo sua expulit eo quod non assentiret voluntati suæ perversæ. Veniens igitur Ephræm commoratus est apud S. Jacobum, Nisibis episcopum, et in omni pietate conversatus est usque ad tempora Joviani. Tunc Edessam venit et ibi, accepto Spiritus sancti dono, Ecclesiam doctrina Spiritus sancti implevit. Postea autem ivit in desertum Ægypti et exinde Cæsaream, ad Basilium, et accepit ab eo ordinationem diaconi, moxque Edessam regressus, ibi vitam finivit anno 684, die 19a Haziran (Junii), i. e. anno 372[4] post adventum Domini[5]. »

[1] *Hist. Eccl.* VI, 18.

[2] Textum Eliæ Nisibeni e Musæi Britannici cod. Rich 7,197 descripsi. Sic se habet : « ܩܢܘܢܐ ܕܫܢ̈ܝܐ ܕܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ. ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ. ܒܗ̇ ܐܬܢܚ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܒܣܘܡܟܐ ܕܬܫܥܐ ܒܚܙܝܪܢ Canon annorum Jacobi Edesseni. Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Christi 373) defunctus est sanctus Mar Ephræm, doctor syrus, die 9a Haziran (Junii). »

[3] Reponitur is codex in Bibliotheca Berolinensi sub numero 165 inter Codices syriacos ab E. Sachau ex Oriente advectos.

[4] Error est unius anni in numero 372. Nam annus Seleucidarum 684 incidit in annum Christi 373.

[5] ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܓܢܣܗ ܣܘܪܝܝܐ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܢܨܝܒܝܢ ܕܐܬܚܘ̈ܡܐ. ܐܡܗ ܕܝܢ ܡܢ ܐܡܕ ܡܕܝܢܬܐ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܟܘܡܪܐ. ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܒܙܒܢܗ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܙܟܝܐ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܛܪܕܗ ܗܘܐ ܡܢ ܒܝܬܗ ܥܠ ܕܠܐ ܫܡܥ ܗܘܐ ܠܪܥܝܢܗ ܒܝܫܐ. ܐܬܐ ܕܝܢ ܥܡܪ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܘܐܬܕܒܪ ܒܟܠܗ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܘܗܝ ܕܝܘܒܝܢܘܣ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ

Gabriel Cardahi[1] Ephræmum facit filium Josephi Syri, quod ex aliquo codice vaticano desumpsit. Si autem Ephræmus patrem habuerit Josephum quempiam, hoc nomen indicare videtur virum christianum, non ethnicum, ut Acta vaticana et parisiensia tradunt. Idem auctor addit : « Non conveniunt auctores quonam gradu ecclesiastico insignitus fuerit Ephræmus, aliis eum fuisse diaconum, presbyterum aliis contendentibus. Secundam sententiam veram esse colligitur e duobus hisce versibus : ܟܟܪܐ ܝܗܒ ܠܝ ܕܟܘܡܪܘܬܐ ܘܒܡܦܩܪܘܬܝ ܒܐܪܥܐ ܛܡܪܬܗ Talentum dedit mihi sacerdotii et per meam negligentiam in terra illud abscondi. » Non indicat doctus vir undenam isti versus desumpti sint. Anceps præterea hæreo an ܟܘܡܪܘܬܐ dicatur tantummodo de presbyteratu, et non potius de sacramento ordinis generatim quatenus complectitur ordines sacros : episcopatum scilicet, presbyteratum et diaconatum[2]. Quare donec huic quæstioni nova lux affulgeat, non est cur recedamus a communi sententia, actis confirmata, Ephræmum diaconum fuisse.

II. Commentaria S. Ephræmi in hoc volumine contenta desumpta sunt ex eadem catena, e qua editores romani commentaria S. Doctoris eruerunt[3], nempe e *Catena Patrum in Scripturam* a Severo monacho edesseno, anno Christi 861, elaborata.

Commentaria.

S. Ephræmus plerosque, si non omnes, libros veteris Testamenti qui in textu hebræo et in versione simplici inde derivata continentur, commentariis elucidavit. Recitavimus præclarum de hac re testimonium Ebed-Jesu Sobensis in suo Catalogo scriptorum syrorum[4]. Ephræmi commentaria prima vice edita fuerunt in magna editione syro-latina operum S. Doctoris. Desunt tamen in hac editione Libri Ruth, Paralipomenon, Esdras, Nehemias, Esther, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, ultima pars vaticiniorum Isaiæ, Jonas, Nahum, Sophonias, Habacuc et Aggæus, præter omnes Libros Deuterocanonicos, quos Ephræmus explanavisse non videtur. Præterea nonnisi fragmenta habemus commentariorum in libros Numerorum et Deuteronomii. E testimonio Ebed-Jesu Sobensis certum est Librum Psalmorum ab Ephræmo explanatum fuisse. Invenimus etiam aliqua citata e commentario in Proverbia ; an autem S. Doctor com-

ܡܬܝܕܥܐ ܘܐܦ ܡܠܠ ܡܗܘܡܢܐ ܕܐܘܪܚܐ ܕܡܗܝܪܐ ܘܡܠܟܗ ܕܠܝܬ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܐ ܕܐܘܪܚܐ ܕܡܗܝܪܐ . ܡܛܠ ܕܟܠ ܐܠܐ ܟܗܢܐ ܕܗܘܝܐ ܡܢ ܐܦ ܡܫܡܫܢܐ ܟܠ ܒܡܫܡܫܢܘܬܗ ܘܡܠܠ ܡܢܗ ܗܢܘܢ ܐܝܟ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܢܝܢܐ ܠܗܘܢ ܘܗܒ ܠܟܘܪܣܝܐ . ܘܐܦ ܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܗܝ ܟܠ ܟܗܢܝܢ ܘܐܡܪܘ ܗܢܐ ܠܟܘܡܪܐ ܘܟܠ ܟܗܢܐ ܟܗܢܘܬܐ ܕܟܗܢܐ ܀ 239, sub nomine ܟܘܡܪܐ comprehenduntur ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ presbyteri et diaconi ; ܛܟܣܐ ܕܟܘܡܪܘܬܐ *ordo sacerdotii* in syn. Ephes. II valet ἱερατικὸν τάγμα.

[1] *Lib. cit.* p. 9.

[2] Certe apud Assemanum, *Bibl. Orient.* III, part. I,

[3] Commentaria S. Ephræmi in Pentateuchum, Josue, Judices, Libros Regum, Jobum, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, Oseam, Joëlem, Amosum, Abdiam, Michæam, Zachariam et Malachiam edita sunt in *Opp. Syr-lat.* t. I-II.

[4] Vide t. I, proleg. p. XXXI.

mentariis illustraverit alios libros supra indicatos, non ita certo affirmari potest, quamvis S. Gregorius Nyssenus in suo Ephræmi encomio, Dionysius Barsalibæus et Gregorius Barhebræus (ap. Asseman. B. O. I. 57, 63) testentur Ephræmum explanavisse omnes Veteris et Novi Testamenti libros. De prophetis autem Ebed-Jesu affirmat a S. Doctore explanatos esse quatuor prophetas majores et duodecim minores. J. S. Assemanus[1] etiam indicat se commentaria Ephræmi in Jonam, Nahum, Habacuc Sophoniam et Aggæum legisse in Catena Severi monachi, quæ tamen omissa fuere ab editoribus romanis, forsan quia codex nimium detritus fuerit. Quidquid sit, commentaria in hos quinque prophetas et in posteriorem Isaiæ partem ac in Lamentationes Jeremiæ feliciter nacti sumus in Musæi Britannici codice addititio 12,144 eaque in hoc volumine inseruimus post Acta S. Ephræmi. Notandum est commentaria S. Doctoris integra ad nos non pervenisse, sed per fragmenta et veluti *scholia* digesta esse. Solent quippe Catenarum auctores fideliter quidem Patres exscribere, sed ea quæ fusius dicta sunt, servatis auctorum verbis, abbreviare et præcipuas tantum explicationes transcribere. At, quamvis commentaria vel potius scholia S. Ephræmi in libros veteris Testamenti ad nos nonnisi per medium alicujus Catenæ pervenerint, tamen præcipuum quemdam locum tenent inter hujus generis opera, quæ quatuor prioribus Ecclesiæ sæculis a Patribus conscripta sunt. Sufficiat in hanc rem adducere testimonium Cæsaris Lengerke qui doctis operibus et singulari studio commentaria S. Ephræmi ad trutinam criticam revocavit.

Is igitur auctor ita scribit : « Hoc unum tantum hic monuerim, primum omnium quicunque SS. interpretationes scripserunt, fuisse nostrum, qui inter allegoricam et inter verbalem interpretandi consuetudinem, mediam quandam viam incederet constanterque persequeretur, atque eum, qui interpretes inter Græcos antecessissent, quod ad historiam et grammaticam interpretandi rationem, longissime antecelluisse omnes[2]. »

Quamvis autem S. Ephræmus libros V. T. deuterocanonicos non explanaverit, eos tamen pari veneratione ac ceteros libros sacros suscipiebat. Nam frequenter in suis hymnis et sermonibus provocat ad facta in illis narrata aut eorum verba recitat. Sic provocat ad *additamenta Dan. Opp. Syr.-lat.* III, 47 ; ad *Machabæos,* ibid. II, 218, 231 ; ad *Judith,* ibid. II, 293 ; ad *Baruch,* ibid. II, 212-213 ; ad *Machabæos* in *Carminibus nisib.* p. 198, 219, 221 ; rursus ad *additamenta Danielis* in nostro opere t. I, 530 ; II, 662, 668, 670 ; ad *Tobiam,* ibid. I, 300 ; ad *Ecclesiasticum,* ibid. I, 302 ; ad *Machabæos*, ibid. I, 78. In tertio vo-

[1] *Bibl. Orient.* I, 70-71.

[2] C. Lengerke. *De Ephræmi Syri arte hermeneutica.* Regiomontii Prussorum, 1831, p. VII-VIII.

lumine edituri sumus hymnos in Machabæos. In operibus græcis frequenter citantur *Sapientia* et *Ecclesiasticus*. Utitur pariter S. Doctor omnibus N. T. libris, nulla distinctione facta inter libros proto et deuterocanonicos.

Textus syriacus cui annexa sunt Ephræmi scholia a monacho Severo nobis transmissa textus est versionis simplicis ; differt tamen multis in locis a textu impresso hujus versionis et nunc quidem accedit propius ad hebræum, nunc vero declinat ad versionem septuagintaviralem. An autem illæ discrepantiæ codici quo usus est Ephræmus, an vero codici cui postea Severus monachus scholia Ephræmi adjunxit, tribuendæ sint, non ita certo affirmari potest, quum e scholiis appositis res definiri nequeat. In uno quidem aut altero loco, ut v. g. ad Is. LIX, 20, e scholiis constat Ephræmum aliter legisse quam habet Catenæ textus adeoque discrepantiam post Ephræmum esse invectam ; sed rariora sunt illa loca ut conclusio generalis exinde deduci possit[1]. Utique omnibus constat Ephræmum, ubi in suis sermonibus aliqua Scripturæ verba adducit, ea juxta versionem simplicem constanter recitare, etiam in locis ubi illa versio differt ab hebræo et a versione LXX. Ejus scholia etiam ita sunt digesta ut versionem simplicem continuo exponant, non autem nisi raro textum hebræum vel græcum ubi scilicet hi textus a versione simplici discrepant. Quum Ephræmus per totam fere vitam commoratus sit Nisibi et Edessæ, in quibus civitatibus erant scholæ famosæ multique Judæi ; quum præterea lingua hebræa magnam habeat cum syriaca affinitatem, suspicari quis possit cum J. Assemano et P. Benedicto[2] Ephræmum linguæ hebraicæ non fuisse ignarum, eo vel magis quod nonnullas Judæorum traditiones ex eorum consortio aut ex eorum libris vel magistris acceptas interdum in suis commentariis referat et sæpe Judæos in suis sermonibus et hymnis impugnet. Hæc autem suspicio omnino firmari primo intuitu videtur e ratione loquendi S. Doctoris in suis scholiis. Etenim non raro in commentariis, quæ in editione romana habentur, non in nostra editione in qua nulla hujusmodi locutio obvia est, locutiones occurrunt quales sunt istæ : Ubi enim dicit, « oravi » in *textu hebræo* scribitur « jejunavi[3] ; » intravit, juxta *hebræum*, ut « tegeret pedes suos, » pro quo versio nostra dicit « et ibi dormivit[4]. » Vox ܣܢܥܘܪ (sen'or) *hebraica* est et rupem significat[5]; » « Vox ܢܩܕܐ (noqdo) quam hic ex-

[1] Aliqua exempla adducit C. Lengerke, *Comment. critica de Ephræmo Syro SS. interprete*. Halis saxon. 1828, p. 15.

[2] Ephræmum linguam hebraicam cognovisse et fonte hebraico usum esse contenderunt J. S. Assemanus *Bibl. Or.* I, 71 ; Petrus Benedictus *Opp. Syr.-lat.* I, præf. ad lect. p. 22 ; Spohn, Wohl, Eichhorn apud Lengerke, *Comment. critica*, p. 22, sqq. Lengerke autem in illa commentatione totus est ut demonstret Ephræmum linguam hebræam non calluisse.

[3] *Comment.* in *Deut.* IX, 9.

[4] *I Samuel*, XXIV, 4.

[5] *I Sam.* XXIII, 28.

primit Scriptura, nomen est quod ex *hebræo* derivat, significatque gregum dominum, qui nimirum plurima pecora alat[1]. » Et mox adhuc : « ܢܩܘܫܐ (noquṡo) quam dicit mater est chordarum aut Kinnara secundum *hebræum*[2]. » Ex his similibusque locutionibus in scholiis Ephræmi sæpe obviis concluserunt Spohn et alii Ephræmum hebraice doctum fuisse. At observandum est S. Doctorem eodem modo loqui de versione græca, quamvis linguam græcam ignoraret, ut alibi probavimus[3]. Sic ad *Zach.* XI, 5, adnotat: « Pastor stolidus. » *Græcus* autem « pastorem imperitum dicit. » Imo de Nemrodo ait: « Ipse fuit vir ܢܚܫܝܪܬܢܐ (nahṡirtono) coram Domino. » Nahṡirtono enim venatorem Persæ appellant[4]. Exinde tamen nemo recte dixerit Ephræmum linguæ persicæ fuisse peritum. Quare, etsi non diffiteor Ephræmum propter linguarum hebraicæ et syriacæ affinitatem quædam verba hebraica intellexisse, ut galli verba italica, tamen e locis allatis satis firmum duci nequit argumentum. Fieri enim potest ut Ephræmus ad marginem sui codicis quasdam notulas habuerit ex hebræo vel græco adjectas. Satis probabile est Hexapla Origenis non fuisse ignota in urbe Edessa Romanis subjecta. Quum jam tunc temporis scripta Græcorum syriace redderentur, forsan plura ex Hexaplis syriace versa fuerunt, quibus Ephræmus uti potuerit. Nulla quippe probabili ratione conficitur Ephræmum hebraicæ linguæ peritum fuisse. Etenim si hebræam linguam S. Doctor calluisset, sæpius ad textum hebræum recurrisset, maxime ubi versio simplex obscura est aut a vero sensu recedit ; attamen Ephræmus etiam in iis locis Versionem Simplicem sequitur et explanat[5].

Quum autem Versio Simplex immediate ex hebræo derivata sit et textui primigenio propter utriusque linguæ affinitatem presse inhæreat, commentaria S. Ephræmi plurimum utilitatis afferunt ad textum primigenium elucidandum. Nam S. Ephræmus omne studium adhibet ut sensum litteralem textus assequatur et exponat et ad hunc finem non solum quid verba sonent, quid metaphoræ significent, sed quid contexta oratio, quid loca parallela, quid Ecclesiæ sensus habeant, inquirit. Ita tamen sensum, litteralem exponit ut non negligat sensum typicum et spiritualem. Utique non studet constanter sensui allegorico, ut Origenes, sed illum non negligit, ubi ad informandos mores utilis videtur. Elucidat locutiones metaphoricas et symbolicas in prophetis frequenter obvias[6], ostendens quo sensu ad Babylonios, ad Judæos aut ad Christum refe-

[1] *II Reg.* III, 9.
[2] *II Reg.* III, 15.
[3] T. I, XXXII. Cfr. infra col. 56.
[4] Vid. *Opp. Syr.-lat.* I, 153.
[5] Card. Wiseman in *Horis syriacis* Romæ, 1828, p. 112, sqq. fuse demonstravit Ephræmum versione simplici in suis commentariis usum esse.
[6] Sic ad *Is.* LXIV, 1 : « *A conspectu tuo liquefacti sunt montes.* Ægyptios, inquit, Amorrhæos et Amalecitas montes vocat propter eorum elationem. »

rantur. Ad Christum autem referri et quidem sensu litterali vaticinia Isaiæ de « servo Dei » illumque servum esse Christum, qui ita appellatus est « quia accepit formam servi et quia missus est a Patre ad salutem mundi[1], » ita dilucide explicat ut videatur os occlusisse rationalistis diu antequam nascerentur.

Omnia prophetarum oracula dicta non sunt de Christo in sensu litterali, nonpauca agunt de Messia solum in sensu typico. Voluit enim Deus veterem Legem Legis novæ figuram esse. Hoc Ephræmum non fugit. Sic in sensu typico explicat verba *Is*. LIX, 20 : « *Sioni veniet salvator,* id est, inquit, Zorobabel. Sion autem spiritualis et collis visionum seu revelationum Ecclesia est. Salvator autem qui ad eam venit est Christus, Zorobabel ille magnus. » Eodem modo explicat verba Jeremiæ Thren. V, 20 : « *Spiritus narium nostrarum Unctus Domini capietur in fovea.* His spiritualiter significatur Filius, Unctus Patris, qui est vera nostra vita, qui in peccatis nostris irretitus fuit ; realiter autem hæc acciderunt Sedeciæ qui vocatus est Unctus Domini propter regnum. » Historiam Jonæ etiam explicat in sensu litterali et typico. Sic ad *Jon*. II. ait : « Piscis magnus qui deglutivit Jonam figura est mortis quæ absorbuit Dominum nostrum. Fuit Jonas in visceribus piscis tribus diebus ; hac re significatur Dominum nostrum tribus diebus et tribus noctibus fuisse in inferioribus partibus terræ. Vivus perstitit Jonas in visceribus piscis et vivus permansit Dominus noster postquam in sancto sepulchro conditus fuit. »

Exponit autem S. Doctor sensum litteralem sæpius per meram paraphrasin. Sic ad *Sophon*. II, 2 : « *Antequam sitis sicut gluma quæ a vento effertur,* i. e. antequam a populo Babylonis castigemini et dispergamini. » Et ibid. 4: « *Quia Gaza derelicta erit, et Ascalon in ruinam :* Gaza scilicet et Ascalon Philisthæorum. » Ubi autem res postulat, explicationem addit. Sic ad *Aggæum* II, 10 : « *Et magna erit gloria domus hujus novissimæ plus quam primæ.* Hisce duo intenduntur: unum vult eos docere domum hanc esse novissimam nec fore aliam posteriorem, alterum vult ostendere domum a Zorobabele ornatam præstantiorem esse illa a Salomone ornata et pretiosiores esse thesauros novissimæ thesauris quæ David paravit et reposuit priori. Spiritualiter autem istud: *Erit gloria domus hujus,* etc. significat quam excelsa sit renovatio Adami per Christum effecta, etc. »

Editores romani commentaria S. Ephræmi quandoque liberius et per paraphrasin latine reddiderunt, ego conatus sum pressius litteræ adhærere et verbum verbo, quantum sinit differentia linguarum, reddere.

Sermones de admonitione, de reprehensione, et de magis, in-

III. Commentaria excipiunt quatuor sermones e codicibus perantiquis, sæculi nempe V, VI et VII exscriptos. Sermo de *Admonitione* ex-

[1] In *Is*. XLIX, 3-6.

cantatoribus ac consummatione. stat in cod. add. 14,605 sæc. VII; in cod. Rich. 7,190 sæc. XIII, in cod. vat. syr. V[1] et in Musæi Britannici cod. add. 12,166 sæc. VI, fol. 99-103. In primo codice adscribitur Ephræmo, in tribus aliis S. Isaaco Antiocheno. Stylo quidem et eloquentia aliis Ephræmi sermonibus metricis prorsus similis est; at auctoritas trium codicum, inter quos unus est sæculi VI, Isaaco potius quam Ephræmo hunc sermonem vindicat. Quare anceps hæreo quisnam: an Ephræmus vel Isaacus revera illius sit auctor. Quum tres posteriores codices mihi non innotuerint nisi postquam sermo typis mandatus fuerat, impossibile fuit varias lectiones apponere. Totus est auctor in hoc sermone ut ex verbis Isaiæ « *omnis caro fœnum* » ostendat omnia in mundo fluxa, transeuntia et vana esse morteque finiri; herbæ similem esse hominem qui exoritur, exornatur, floret, deinde marcescit, decidit et perit. Hæc autem mirabili eloquentia evolvit.

Secundo loco posui sermonem de *Reprehensione* e codice membranaceo perantiquo sæculi VI. Is codex duos Ephræmi sermones continet de *Reprehensione*; secundus editus est inter *Opp. Syr.-lat.* III, 654, sqq. Idcirco illum omisi. Et primum tantum exscripsi. Versibus septem syllabis constat, sicut tres alii sermones qui ei hic conjunguntur. In hoc sermone S. Doctor, accepta occasione a ruina Nisibis, docet vitia esse fugienda; invehitur autem præsertim in mulieres et puellas libidinosas, quæ calceis nimium exornatis et saltatione ut Herodias, et filiæ Israel ad vitium pertrahunt. Hæc sunt vitia quæ ruinæ urbis causa fuerunt; fugienda igitur sunt, sectanda autem virtus cujus pulchritudo nunquam marcescit. Hic sermo exaratus fuerit post Nisibin a Persis captam. Tertio loco alium vulgavimus sermonem de *Reprehensione,* e cod. add. 12,176 decerptum. Hic codex antiquissimus est, utpote ad sæculum V vel VI referendus; nihil continet nisi Ephræmi opera. Invehitur rursus S. Doctor in vitia; ducunt quippe homines in damnationem; describit porro Ephræmus damnatorum pœnas, maxime pœnam ignis, quod et fecit eodem modo in sermone de *Timore Dei et consummatione sæculi*[2]. Statui damnatorum opponit felicitatem justorum in paradiso. Ignis inferni imaginem præbet incendium Sodomorum. Sermonem claudit adducendo e veteri Testamento multa ultionis divinæ exempla. Quarto loco venit Sermo *De magis, incantatoribus et divinis et de fine et consummatione,* quem in duobus Musæi Britannici codicibus et in uno Oxoniensi invenimus[3]. E lectione Scripturarum patet adesse finem temporum et tamen

[1] Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* I, 222, n. 19.
[2] *Opp. Syr.-lat.* III, 637-638.
[3] Cfr. quæ diximus infra col. 312 in Monito prævio et col. 393 in nota. In hac nota delenda sunt verba: « Denique reperitur in cod. syr. vat. V falso sub nomine Isaaci Antiocheni. Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* I, 222, n. 19. » Ista verba erronee ibi sunt apposita.

homines suam salutem negligunt, euntes ad veneficos, satanæ ministros, qui rerum sacrarum abusu nec proles eis præbere, nec mala ab eis avertere possunt. Ostendit hisce veneficis et his qui ad eos recurrunt diem Domini repente adventurum; vivida oratione depingit terribilia quæ inopinate fient quando Salvator angelis stipatus ad judicandum veniet; stabunt coram judice cœlestem Jerusalem respicientes omnes justi veteris et novi Testamenti quos longo agmine describit; stabunt ex altera parte cum mœrore Arius cum suis asseclis et magi ac venefici, omnes autem mercedem juxta opera accipient. Sæpius egit S. Ephræmus de adventu Christi in fine temporum, de judicio ultimo, de consummatione mundi et resurrectione et quidem tanta compunctione, tam vivida oratione, tam vehementi et copiosa eloquentia ut vix alius inter Patres ipsi æquipari valeat. Hic autem sermo non infimum tenet locum inter alias S. Doctoris de hac re orationes. Agit porro Ecclesiæ syriacæ lumen de judicio ultimo et fine mundi in sermone *De secundo Christi adventu*. *Opp. græc.* II, 192-209; et rursus in sermone *In resurrectionem, pœnitentiam, charitatem, et secundum Christi adventum,* ibid. II, 219-222; in sermone *De consummatione sæculi et adventu Antichristi,* ibid. II, 222-230; in sermone *In pretiosam ac vivificam crucem et in secundum Christi adventum,* ibid. 247-258; in sermone: *De patientia et consummatione sæculi et secundo Christi adventu,* et in altero *De secundo Christi adventu et patientia,* ibid. III, 93-104; 152-159; in sermone: *De iis qui in Christo obdormierunt,* ibid. 260-273; denique in sermone syriaco 13 inter diversos, et in canone funebri 12, *Opp. Syr.* III, 242-246; 629-638.

IV. S. Ephræmus piis ac suavibus hymnis celebravit festa Domini, Beatæ ejus Matris et Sanctorum. In primo tomo jam vulgavimus hymnos de Epiphania, de azymis et de crucifixione, in hoc volumine veniunt hymni de nativitate Christi, de Beata Maria Virgine, de jejunio quadragesimali et de diversis ad vitam Christi pertinentibus. Hymni de Nativitate Christi.

Editores romani jam e codicibus nitriensibus vulgaverunt quatuordecim ܡܕܪ̈ܫܐ *Madrase* in Nativitatem Domini quos minus recte sermones appellaverunt. Sermones enim ܡܐܡܪ̈ܐ *Mimre* appellantur et soluta oratione vel versibus septem syllabarum conscripti sunt; Madraše autem strophis et versibus constant ut odæ, hymni et cantica Latinorum. Sed multo plures hymnos S. Doctor composuerat. Hymnus enim quem primo loco posuimus, 25[us] erat in codice quo utebatur Jacobus Edessenus, ut diximus in nota ad stropham quintam hujus hymni. Differt ordo hymnorum in codicibus antiquissimis; sic in Musæi Britannici cod. add. 14,571 anni 518, hymnorum ordo diversus est ab illo quem secuti sunt editores romani.

Quum igitur attente investigaremus codices syriacos Musæi Brittannici feliciter nacti sumus octo hymnos nondum luce donatos, sex in cod. add. 14,506, fol. 140-152 unde alia multa deprompsimus et duos in cod. add. 14,571 sæculi VI. Hi iidem hymni separatim in aliis plurimis codicibus liturgicis inveniuntur, quandoque sine nomine auctoris, vel per fragmenta ; inveniuntur etiam in codd. Mossulensibus quos cl. D. Rahmani presbyter Mossulensis benevole nobis communicavit. Quum autem in suis hymnis divus Syrorum vates agat non solum de Christi nativitate in carne verum etiam de partu Beatæ Virginis et de aliis quæ post partum evenerunt, ut adoratio Magorum, hinc codices liturgici inter hymnos de beata Dei Genitrice et de Epiphania nonnullos hymnos reponunt quos alii codices ad Christi nativitatem referunt. Sic hymnus X de B. M. V. in aliis codicibus ad nativitatem Christi, de qua revera agit, refertur.

In hymno primo hortatur poeta ad celebrandam cum angelis Christi nativitatem. « Sol, inquit, ingressus est uterum dum radii ejus in supernis et infimis diffundebantur. » Docet illum quem mundus comprehendere non potest habitasse in sinu Mariæ, quæ, illæso virginitatis signaculo, eum peperit. « Unigenitus, inquit, ingressus est uterum et nihil passa est casta virgo. Illapsus est in uterum et exivit in puerperio ; sensit natum pulcherrima virgo. Invisibili gloria circumdatus occultus fuit in ingressu, vilis vero et visibilis in egressu, quia Deus erat in ingressu et homo in egressu. Res auditu mira et intellectu impervia ; ignis ingressus est uterum, corpus induit et exivit. » Pergit ostendens Christi nativitatem inscrutabilem esse.

In secundo hymno gratias agit ob misericordiam mundo exhibitam salutemque allatam per Christi nativitatem. Hac nativitate idola e mundo fugata sunt : « Loco ignis irrationalis qui per se materiam consumebat, magi adorarunt Ignem qui dedit corpus se comedentibus. Conquestæ sunt creaturæ quod adorarentur. Omnium liberator eas exaudivit ; nihil passus induit formam servi in utero, exivit et assumpta servi forma creaturam liberavit. Benedicta sit ejus nativitas. »

In hymno tertio sacer vates miratur cum gratiarum actione incomprehensibilem Christi nativitatem. « Amore suo Unigenitus Deitatis factus est Mariæ Unigenitus ; mundus angustior erat ut involveret ejus amplitudinem et sinus Mariæ eum complexus est. Gloria illi ab omnibus. »

Hymnus quartus notissimus est in liturgicis officiis, celebrat necem infantium. « Messuerunt satellites in Bethleem flores teneros, ut cum eis simul periret semen recens in quo latebat panis vitæ. At fugerat spica vitæ ut fieret manipulus tempore messis. Iverunt satellites in paradisum floribus præcocibus plenum ; excusserunt flores e ramis, flores et gemmas destruxerunt ; vic-

timas innocentes, se inscio, perturbator obtulit. Væ ei beatæ illæ. »

Hymnus quintus et ipse notissimus beatam prædicat Ecclesiam ob præclarum festum, ob Christum natum ab angelis annunciatum, a magis adoratum, ab infantibus confessum, ab Isaia, Michæa, Daniele et Davide prænuntiatum ; beatam prædicat Bethleem « quia in ea initium sumpsit Filius qui ab æterno est in Patre, et temporibus se subjecit qui ante omne tempus existit. »

In hymno sexto annus primus et secundus nativitatis Salvatoris et octo dies a Nativitate ad circumcisionem, sua quisque stropha, laudes offerunt Christo, quod et faciunt dies decimus et dies purificationis Mariæ. Notandum est Magos, juxta Ephræmum, anno secundo advenisse, quæ est nonnullorum veterum sententia.

Hymnus septimus sistit Mariam gratias Filio agentem quod miserit Magos, coronaverit infantes, honoraverit speluncam. Beata virgo exclamat : « O puer virgo qui virginalia matris tuæ induisti, et ipsis integris exivisti, tu mihi es infans et sponsus et filius et Deus. »

Nonnisi quinque strophæ remanent hymni octavi ; fragmenta autem, e sermone super initium Evangelii S. Joannis servata, quædam doctrinalia de incarnatione continent, ut hoc : « Filius induit corpus destructibile ut sui corporis destructione renovaret creaturas exitium passas, » et illud : « Per aurem Maria vidit absconditum qui in voce venit. »

V. Hymni de beata Dei genitrice Maria desumpti sunt e sex Musæi Britannici codicibus liturgicis, cum quibus contulimus *scalas* in codice parisiensi contentas. Illud igitur hic in memoriam revocandum est quod tomo I, col. 3 monuimus, in codicibus liturgicis nec ordinem hymnorum servari, nec omnes hymnos referri, nec omnes unius ejusdemque hymni strophas quandoque saltem recitari. Totus autem est Vates Syrorum in hisce hymnis ut prædicet Mariam esse vere Deigenitricem, virginemque fuisse purissimam ante partum, in partu et post partum. Hymni de Beata Maria Virgine.

In hymno primo miratur Mariam « quæ sancte peperit filium et lac dedit nationum alitori atque in virgineis genibus sustentavit eum qui omnia sustinet. Virgo est et mater et quidnam non est. » Invitat deinde ordines virginum, Patrum et prophetarum ad gaudendum cum Maria. Secundus hymnus est veluti continuatio præcedentis ; insistit autem maxime in hoc quod Maria, virgo permanens peperit. Tertii hymni quatuor tantum strophas habemus.

Hymnus quartus invitat puellas ad admirandam Mariam quæ « humani generis factorem peperit et omnium alitori lac dedit. » In hymno quinto poeta docet : « Maria virgo concepit et virgo peperit. Infans editus est per viam natorum. Mater ejus virgo fuit ; prodigio induta, fructum portavit ; simul autem venter ejus sigillo munitus clausus permansit. » In hymnis

sexto et septimo, octavo et nono rursus invitat virgines et sapientes ad laudes virginis quam Isaias prædixit ; beatam eam prædicat quia « dolores matrum haud experta exultavit in fructu matrum. » Signacula enim habuit intemeratæ castitatis et prolem habuit partus dolores removentem. Ubi vides S. Ephræmum disertis verbis a partu illo virginali omnem dolorem removere. Continuo in aliis hymnis repetit virginalia in Maria integra remansisse, Mariam portam esse clausam, congressum maritalem nullam in conceptione Unigeniti partem habuisse. « Quando, inquit hymn. 12, sponsus gloriosus exire voluit, virginalia somno oppressa reliquit, ita ut non sentirent ejus egressum. » Et in hymno XI : « Ingressus est per aurem et secreto uterum inhabitavit, e ventre porro exiens, non solvit virginalia, sicut nec solvit exeundo sigilla sepulchri. » « Maria gestavit eum in utero novem mensibus. » « Similis erat Mariæ sinus illi maritatarum et matrum et prolem gestabat, nullo habito congressu. » Nec ulla difficultas exinde ingeri potest quod loquendo de partu Virginis semel et iterum Ephræmus adhibeat vocabulum ܚܒܠܐ quod proprie dolores partus significat, quia istud vocabulum sæpe adhibetur ad designandam parturitionem nullo habito respectu ad dolores e maledictione Evæ partum comitantes. Etenim Mariam a maledictione Evæ immunem fuisse perspicue docet.

Hymnus decimus potius ad Christi nativitatem quam ad beatam Mariam virginem refertur. « Sine me, inquit sacer vates, fide dicere generationem tuam. Ecce in Patre tuo es, et in Maria, in curru cherubim, et in præsepio et in omni loco. In Patre es verissime et in Matre certissime. Tu es ille qui ex Patre est, et tu es ille qui ex matre est, tu es ille qui unus est, tu es ille qui venit et venturus est. Filius Patris, filius es Mariæ, et unum es Verbum Dei, supernaturaliter e matre, naturaliter e Patre, extraordinarie e Jordane natum ; e flumine, e matre et e Patre unus idemque es Puer-Deus. » Non potest expressius declarari Mariam Dei genitricem esse. Mox repetit : « Similis es Patri in virtute, in essentia, in natura, in potestate ; similis es Mariæ tuæ parenti, ex qua formam humanam assumpsisti. » Et adhuc : « Igneus es, spiritalis es, Entis summi filius es, incarnatus e filia Davidis e genere servorum es ; etiam carnem et ossa habes, o incorporee, qui corpus assumpsisti. » « In nativitate tua ex Patre non te formasti, quia non habes principium. In Maria autem formasti te quia voluisti. Stat Maria, mater tua, soror tua, sponsa tua, ancilla tua ; ipsa quippe peperit te, te amore fovit, amplexa est, osculata est, laudavit, oravit, gratias egit, lac dedit. Ecce tenet te, blanditur tibi, ridet pueritiæ tuæ, tu vero lac suges hilaris et exultans. » In ceteris hymnis totus est Ephræmus ut inculcet vel prædicet præcipuam illam maternitatis divinæ prærogativam

gativam. Hymnus undecimus varias celebrat prærogativas beatæ et intemeratæ virginis, quod et fit in hymnis XII-XVI, quos putem non esse integros.

Hymnus decimus septimus alphabeticus est. Post invocationem ad Deum poeta inducit angelum colloquentem cum Maria. Angelus salutat Mariam: «Pax tecum, Mater Domini, benedicta tu, o puella, et benedictus fructus ventris tui. » Maria attonita inquirit de mysterio et post suavissimum colloquium cum angelo tandem consentit et eodem momento concipit.

Hymnus decimus octavus etiam alphabeticus est et rursus de annunciatione angeli ac de incarnatione Verbi Mariæque prærogativis agit. Sic eam rursus Matrem Dei prædicat : « Virgo quæ Unigenitum peperit, Deum et hominem enutrivit (in sinu suo) et mater facta est pueruli absconditi, qui ex Patre natus est perfectus et infans factus est in utero ejus. » « Maria Ignem in manibus portabat et flammam brachiis amplexabatur ; flammæ ubera sugenda præbebat et omnium alitori lac dabat. » « Maria fons est purissimus, cui nihil immixtum est fluxus conjugii, ipsa in sinu suo recepit flumen vitæ. » « Maria peperit Deum qui mundum replet benedictione. »

Hymnus decimus nonus suavis ac gratissima cantilena est Beatæ Virginis blandientis suo nato Deo. « Portabat, inquit, puerulum, blandiebatur, amplexabatur, blandis vocibus gratulabatur adorabatque dicens : « Jube mihi, Domine mi, amplexer te. Filius meus es, meis cantilenis blandiar tibi. »

Hymnus vigesimus est de Simeone sene et Maria agitque de oblatione Christi in templo, et de cantico Simeonis. Hi quatuor ultimi hymni ad illud genus pertinent quod Syri « Sugita » appellant.

VI. Hymni de jejunio magno, id est de jejunio quadragesimali, desumpti sunt e sex Musæi Britannici codicibus, quorum unus, e quo jam hymnos de azymis et crucifixione desumpsimus, anno Christi 519 scriptus fuit, tres alii ad sæculum sextum vel septimum pertinent, duo alii liturgici sunt et sæculi sunt decimi : Hymni dumtaxa sunt undecim; nam duodecimus non hymnus sed sermo est et quidem mancus. In hisce hymnis hortatur ad jejunium, cujus necessitatem, dotes, conditiones et fructus egregie evolvit. Hymnus primus docet jejunio dissolvi obcæcationem ab Adamo nobis transmissam; secundus, tertius et quartus proponunt exemplum Danielis a feris non læsi et trium puerorum, qui in fornacem conjecti ab igne nihil passi sunt, dum Babylonii flammis combusti fuere. Jejunium corpus et animam Danielis triumque puerorum exornavit. In hymno quinto celebratur jejunium Moysi in mense Nisan.

Hymni de jejunio quadragesimali.

Hymnus sextus, qui videtur primo loco ponendus fuisse, in exemplum adducit jejunium quadragesimale Christi : « Hoc est jejunium Unigeniti et principium ejus

triumphorum ; gaudeamus de ejus adventu. Per jejunium Unigenitus triumphavit. Jejunio homo vincit Heluonem qui per fructum vicit Adamum. » Describit salutares jejunii effectus : jejunium animam purificat et refrænat gulam, sed jejunium sit oportet non solum oris sed et cordis. Hymnus septimus continuat præcedentem et in exemplum adducit Estherem et Jonam. In hymnis octavo et nono ostendit jejunio vinci diabolum ; hymnus vero decimus docet abstinentiæ alias virtutes esse adjungendas ; non autem ore tantum sed corde maxime jejunandum esse jubet hymnus undecimus. Seriem claudit sermo incompletus in quo S. Doctor de jejunio generatim agit.

Hymni diversi.

VII. Tres hymni qui sequuntur ad illam collectionem pertinent, quæ in antiquissimo codice vaticano appellatur de *Ecclesia* et agunt de miraculis a Christo patratis, de triumphali ejus ingressu in Jerusalem et de portentis in ejus morte visis. Assemanus[1] quinque hymnos in codice vaticano legit quorum tres tantum, quia codex initio mutilus est, habemus. Hymni decimus sextus et decimus septimus agunt de tabulis legis et pertinent ad eamdem collectionem. Quatuor qui sequuntur hymni tum doctrina tum poesi pulcherrimi agunt de descensu Christi ad inferos deque ejus resurrectione ac festo paschatis. Desumpti sunt e codice sæc. VI vel VII. Ultimo loco veniunt tredecim hymni ex illa collectione desumpti quæ titulum habet de *Ecclesia et virginitate*. Cod. add. 17,141 sæc. VIII-IX subministravit novem hymnos priores eodem ordine quo veniunt in codice vaticano anni 523[2]. Tres priores hymni de castitate et virginitate agunt. Porro, etsi S. Doctor virginitatem matrimonio præstare doceat, non parvipendet nuptias quæ ad propagationem generis humani sunt institutæ. In omnibus autem homo veterem hominem exuere debet carnemque ac concupiscentias domare. Hymni quatuor qui sequuntur, agunt de variis symbolis quæ oleum et oliva nobis subministrant in re doctrinæ christianæ et pietatis ; et sic divus vates per contemplationem rerum naturalium animam elevat ad res spirituales considerandas pietatemque mire promovet. Sequuntur tres hymni de divina Christi œconomia, qui mira arte confecti de rebus evangelicis agunt deque redemptionis effectibus. Denique tres reliqui hymni agunt de Christo tentato, de urbe Sichem et de Cana in qua Christus primum suum fecit miraculum. Veniunt isti hymni, quos reperimus in cod. add. 14,506, in codice vaticano sub numeris 14, 17 et 33[3].

[1] *Bibl. Or.* I. 90, n. 38.
[2] Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Orient* I, 92-94.
[3] Cfr. Assemanus *Bibl. Or.* I, 95-96.

NOTA.

Quum in recenti meo itinere in urbem Londinensem observavissem in catalogo codicum syriacorum Musæi Brittannici a cl. G. Wright edito[1] indicari fragmenta sermonis S. Ephræmi de Simone pharisæo et muliere peccatrice et alterius sermonis de Simeone sene et Christi in templo oblatione, tanquam contenta in codice antiquissimo sæc. V vel VI, (*add. man.* 14,654, fol. 34-45), mens fuit ea exscribere. Vix autem incœperam quum animadverti hisce foliis nihil aliud contineri quam fragmentum satis amplum sermonis *de Domino nostro* in tomo primo col. 145-274 a me editi. Continet nimirum istud fragmentum ea quæ habentur in sermone de Domino a n. 21 ad 53 cum nonnullis lacunis. In codice autem ordo foliorum turbatus est ; folia enim 38-42 reponenda sunt ante folium 34. Porro in hisce foliis, quibus nomen Ephræmi minio appositum est, feliciter nactus sum folium quod in cod. add. 14,570 desiderabatur. Quare exinde hic supplevi lacunam tomi I, col. 248 ad finem. Præterea varias lectiones cod. 14,654 sub littera B collegi et infra indicavi. Porro uterque codex mire consentit. Sunt tamen quædam orthographiæ differentiæ quas hic semel indicavisse sufficiat : pro ܦܪܝܫܐ codex B fere constanter habet ܦܪܝܫܐ, pro ܣܢܝ habet ܐܣܢܝ, pro ܡܣܢܝ habet ܐܣܢܝ ܡܣܢܝ pro ܢܟܦܝ habet ܢܟܦܘܝ, pro ܦܐܪܗ habet ܦܐܪܗ, pro ܗܘܐ ܗܘ habet ܗܘܘ pro ܡܣܒܪܐ habet ܡܣܒܪܐ.

Sic igitur in cod. 14,654, f. 35 verso continuatur sermo *de Domino nostro* n. 43 : ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܚܛܝܬܐ

ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܚܛܝܬܐ ܗܘܬ. ܥܒܕܐ ܗܘܘ
ܦܚܙܐ ܘܙܢܝܐ ܗܘܘ ܠܗ ܠܡܥܒܕ. ܐܢ ܕܝܢ
ܡܢ ܨܚܢܘܬܐ ܕܚܛܗܐ ܐܬܕܟܝܬ ܗܫܐ. ܕܥܝ
ܦܪܝܫܐ ܠܗܘ ܕܐܡܪܬ ܕܠܘ ܢܒܝܐ ܗܘ.
ܕܗܘܝܘ ܗܘ ܕܥܒܕ ܢܟܦܐ ܡܢ ܙܢܝܬܐ. ܡܢ
ܗܝ ܓܝܪ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܠܗ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ.
ܘܡܢ ܗܝ ܕܚܙܐ ܐܢܬ ܠܗ ܕܬܝܒܬܐ ܗܝ
ܒܥܐ ܐܢܬ ܗܘܐ ܚܝܠܐ ܕܫܚܠܦܗ ܠܗܕܐ. ܙܕܩ
ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܕܦܪܝܫܐ ܢܣܓܘܕ. ܠܗܘ ܕܐܦ
ܫܬܝܩ ܒܫܬܩܗ ܢܟܦ ܠܚܛܝܐ ܗܢܘܢ ܕܢܒܝܐ
ܒܡܠܝܗܘܢ ܥܙܝܙܐ ܕܢܟܦܘܢ ܐܢܘܢ ܠܐ ܐܫܟܚܘ.
ܠܡܚܙܐ ܘܬܕܡܘܪܬܐ ܒܒܝܬܗ ܕܦܪܝܫܐ ܗܘ ܡܬܡܗܪܐ
ܗܘܬ. ܐܢܬܬܐ ܚܛܝܬܐ ܟܕ ܒܟܝܐ ܘܩܝܡܐ.
ܘܠܐ ܗܝ ܕܒܟܝܐ ܐܡܪܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܒܟܝܐ.
ܘܠܐ ܗܘ ܕܝܬܒܐ ܗܘܬ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܐܡܪ
ܠܗ ܕܡܢܐ ܒܟܝܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܣܢܝܩܐ ܗܘܬ
ܚܛܝܬܐ ܕܒܣܦܘ̈ܬܗ ܬܫܐܠܝܘܗܝ ܗܘܬ ܠܡܪܢ.
ܡܛܠ ܕܗܝܡܢܐ ܕܝܕܥ ܗܘܐ. ܐܝܟ ܐܠܗܐ
ܫ̈ܐܠܬܐ ܕܟܣܝ̈ܢ ܒܕܡ̈ܥܝܗ. ܐܦܠܐ ܡܪܢ ܫܐܠܗ
ܕܡܢܐ ܒܟܝܐ. ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܒܥܘ̈ܬܗ
ܕܬܪ̈ܥܐ ܣܘܟ̈ܠܗ ܛܥܝܢܐ ܦܓܪܐ ܗܘܬ ܀ ܗܝ

« Quia igitur peccatrix fuit, opera ejus libidinosa fuerunt, et hæc quidem peragenda habuit ; si autem a lascivia peccatorum nunc mundata est, agnosce, o pharisæe, illum quem prophetam esse negasti ipsum esse qui ex impudicis honestos facit. Ex hoc enim quod scis eam peccatricem et quod cernis eam pœnitentem, inquirendum tibi est quænam virtus eam immutavit. Oportebat igitur ut pharisæus prosterneret se ad adorandum eum qui etiam tacens suo silentio castos reddit quos prophetæ vehementibus suis sermonibus ad castitatem adducere nequiverunt. Cernere erat in domo istius pharisæi rem miram ac stupendam, mulierem scilicet peccatricem quæ flens consistebat nec cur fleret dicebat, dum ille ad cujus pedes sedebat eam non interrogabat cur fleret. Porro non indigebat peccatrix ut labiis rogaret Dominum, quia credebat ipsum utpote Deum nosse petitiones in lacrymis suis absconditas ; Dominus

[1] Vide W. Wright, *Catalogue of the syriac manuscripts in the British Museum*, p. 1082.

ܗܟܝܠ ܒܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܕܝܕܥ ܒܟܣܝܬܐ ܗܘ .
ܨܠܘܬܗ̇ ܒܠܒܗ̇ ܗܘ ܡܩܪܒܐ ܗܘܬ ܠܗ . ܡܛܠ
ܕܟܣܝ̈ܬܐ ܓܝܪ ܝܕܘܥ ܠܣܦ̈ܘܬܐ ܒܪ̈ܝܬܐ ܠܐ ܡܣܬܢܩ .
ܚܛܝܬܐ ܡܛܠ ܕܝܕܥܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܡܪܢ
ܠܗ̇ ܗܟܝܠ ܒܣܦ̈ܘܬܐ ܠܐ ܐܦܝܣܬܗ . ܘܡܪܢ
ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܐܠܗܐ ܚܙܐ ܗܘܐ ܒܡܚܫ̈ܒܬܗ̇ .
ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܫܐܠܗ̇ . ܐܝܟ ܦܪܝܫܐ ܛܪܘܢܐ ܡܢ
ܫܬܩܐ ܕܬܪ̈ܝܗܘܢ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܐܣܟܡܐ
ܕܬܪ̈ܝܗܘܢ . ܕܗܝ ܐܝܟ ܕܥܡ ܐܠܗܐ ܒܠܒܗ̇ ܗܘ
ܡܫܐܠܐ ܗܘܬ . ܘܗܘ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܠܡܚܫ̈ܒܬܗ̇ ܒܫܬܩܐ
ܒܨܐ ܗܘܐ . ܠܐ ܕܝܢ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܦܪܝܫܐ
ܕܢܚܙܐ ܘܢܣܬܟܠ ܒܬܪ̈ܝܗܘܢ . ܡܛܠ ܕܒܪ
ܐܝܣܪܝܠ ܗܘܐ . ܗܘ ܕܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܐ ܚܙܐ
ܗܘܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܗܘܐ ܠܐ ܡܣܬܟܠ ܗܘܐ .
ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܗܟܝܠ ܡܪܢ ܕܒܝܫܐܝܬ ܐܬܚܫܒ
ܥܠܘܗܝ ܗܘ ܦܪܝܫܐ . ܒܒܣܝܡܘܬܐ ܐܟܣܗ
ܗܘܐ ܘܠܐ ܒܩܫܝܘܬܐ . ܢܚܬܬ ܓܝܪ ܒܣܝܡܘܬܐ
ܡܢ ܪܘܡܐ ܕܬܣܬܘܪ ܡܪܝܪܘܬܐ ܕܙܪܥ ܒܢ ܒܝܫܐ .
ܐܠܦܗ ܗܟܝܠ ܡܪܢ ܠܦܪܝܫܐ ܗܘ ܡܢܗ
ܘܒܗ . ܘܐܡܪ ܕܟܕ ܝܕܥܬ ܗܘܝܬ ܒܝܫܬܐ
ܕܒܠܒܟ ܒܒܣܝܡܘܬܐ ܐܡܠܠܬ ܥܡܟ . ܗܟܢܐ ܟܕ ܝܕܥ
ܗܘܝܬ ܒܝܫ̈ܬܗ̇ ܕܗܕܐ ܡܪܚܡܢܐܝܬ ܩܒܠܬܗ̇ ܀

ܢܫܡܥ ܕܝܢ ܐܝܟܢܐ ܦܪܝܫܐ ܐܬܚܝܠ ܐܬܬܥܝܪ
ܒܬܪ ܦܬܓܡܐ ܡܣܪܗܒܐ . ܕܡܢ ܡܦܩܢܘܬܐ
ܠܡܣܬܟܠܢܘܬܐ ܕܫܘܒܩܢܐ . ܬܪܝܢ ܐܡܪ ܚܝܒܝܢ
ܐܝܬ ܗܘܘ ܠܚܕ ܡܪܐ ܚܘܒܐ . ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܚܝܒ

autem eam non interrogavit cur ita egisset, quia sciebat illam puris suis osculis impura sua peccata redemisse. Illa igitur quia credebat ipsum occulta nota habere, orationes suas intus in corde suo offerebat ei. Occultorum enim cognitor non indiget labiis externis. Si igitur peccatrix, quia sciebat Dominum esse Deum, labiis eum deprecata non est, et Dominus, quia utpote Deus cogitationes intuebatur, eam non interrogavit, quo modo tu, o pharisæe tyranne, ex utriusque silentio non discernis utriusque indolem, quod nempe illa Dominum tanquam Deum intus in corde suo rogabat et ille tanquam Deus cogitationes ejus in silentio perscrutabatur ? At pharisæus hæc discernere et intelligere non valebat, quia Israelita erat qui videns non videbat et audiens non intelligebat[1]. Quum igitur Dominus vidisset pharisæum de se male opinantem suaviter non autem dure eum confutavit. Dulcedo enim descendit de cœlo ut destrueret amaritudinem quam impressit nobis Malus. Dominus igitur de se et per se hæc docuit pharisæum quasi dicens : Quum cognoscerem malum in corde tuo latens, suaviter te allocutus sum, sic, quum cognoscerem mala ab hac muliere patrata, misericorditer eam suscepi.

Audiamus autem quomodo pharisæus e prompta responsione inductus fuit ad indulgentiæ intelligentiam : « *Duo, inquit Dominus, debitores erant cuidam fœneratori*

[1] *Matth.* XIII, 13, 15.

ܗܘܐ ܕܝܢܪ̈ܐ ܚܡܫܡܐܐ ܘܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ
ܚܡܫܝܢ . ܠܐ ܬܬܠܐܐ ܠܟ ܐܘ ܫܡܘܥܐ
ܒܬܢܝܬܐ ܕܚܢܢ ܕܡܠܬܐ . ܕܠܡܐ ܬܗܘܐ
ܠܗ ܣܩܘܒܠܗ ܕܗܘ ܕܚܢܢ ܐܘܚܕ ܒܡܬܠܐ
ܡܬܠ ܒܥܘܕܪܢܐ . ܟܕ ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܡܢܐ ܕܢܦܪܥܘܢ ܠܬܪܝܗܘܢ ܫܒܩ .
ܠܐܝܢܐ ܣܐܡ ܐܢܬ ܒܪܥܝܢܟ ܕܝܬܝܪ ܚܒܝܘܗܝ .
ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܣܒܪ ܐܢܐ ܕܗܘ ܕܐܫܬܒܩ
ܠܗ ܣܓܝ . ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܬܪܝܨܐܝܬ ܕܢܬ .
ܡܪܢ ܒܟܐܢܘܬܗ ܫܒܚܗ ܠܥܘܠܐ ܦܪܝܫܐ
ܬܪܝܨܐ ܕܕܢ . ܗܘ ܕܝܢ ܒܒܝܫܘܬܗ ܦܪܥܗ
ܠܛܒܐ ܚܢܢܐ ܕܥܒܕ ܗܘܐ . ܣܓܝܐܬܐ ܕܝܢ
ܛܡܝܪܢ ܒܗ ܒܡܬܠܐ ܗܢܐ . ܕܐܝܟ ܣܝܡܬܐ ܗܘ
ܗܘ ܕܡܠܐ ܒܥܘܕܪܢܐ ܣܓܝܐܐ . ܡܢܐ ܕܝܢ ܣܢܝܩ
ܗܘܐ ܕܦܪܝܫܐ ܢܚܘܪ ܠܗ ܕܝܠܗ ❖

unus debebat denarios quingentos, et alius denarios quinquaginta[1]. Tædium tibi, o auditor, non ingerat iteratus de indulgentia sermo, ne contradictor fias illius qui in parabola indulgens fuit ut sic auxilium præberet. « *Tandem, quum nemo e duobus haberet unde redderet dimisit utrique. Quemnam in mente tua ponis fœneratori plus debuisse? Dixit ei Simon : æstimo illum esse cui plus dimissum est. Dixit ei Dominus : Recte judicasti*[2]. » Dominus pro sua æquitate laudavit perversum pharisæum de recto judicio quod pronuntiaverat. Ille autem pro sua malitia responderat Bono de misericordia ab ipso peracta. Multa latent sub hac parabola, quæ veluti thesaurus est multis auxiliis repletus. Quid opus erat[3], etc.

[1] *Luc.* VII, 41.

[2] *Ibid.* 42-43.

[3] Juvat hic apponere varias lectiones codicis 14,654 seu B ad sermonem de Domino nostro t. I, col. 189, sqq. col. 189, l. ult. ܕܡܟܣܐ B ܕܒܟܣܐ; col. 191, l. 7 ܒܪܝܬܗܘܢ B ܒܪ̈ܝܬܗܘܢ, l. pen. ܪ B ܕ; col. 193, l. 2 ܐܪ B ܕܐܪ; l. 5 ܕܐܦ B ܘܐܦ; l. 20 B om. ܟܠܗ; l. 23 ܢܗܘܐ ܪܘܚܗ B ܗܘܐ ܪܘܚܗ; 195, l. 9 ܥܒܘܕܘܬܗ B ܥܒܘܕܘܬܗܝ; l. 15 ܡܚܐ B ܡܚܝܐ; l. ult. ܒܡܟܣܐ B ܒܦܪܥܢܐ; 197, l. 3 ܢܚܝܬܐ B ܢܚܝܬܐ; l. 5 post ܐܘܪܚܐ B add. ܐܘܪܚܐ ܗܘܬ ܠܗ ܡܬܐܡܪܐ ܐܡܪ ܐܘܪܚܐ . ܡܥܒܪܢܝܬܐ; l. 14 ܡܒܠ B ܡܢܐ; col. 199, l. 18 ܢܪܚܡܘܢܗܝ B ܢܪܚܡܘܢܝ; l. 23 ܐܘܡܢܐ B ܟܠ ܐܘܡܢܐ; l. 27 ܐܝܟܢܐ B ܐܝܟܢܐ; col. 201, l. 4 ܡܡܠܠ B ܡܠܠ; l. 17 ܢܦܩܬܐ B ܢܦ̈ܩܬܐ; col. 241, l. 8 ܕܬܪܬܝܢ B ܕܬܪܬܝܗܘܢ; l. 12 ܕܡܚܝܠܐ ܐܝܟ ܕܡܟܪ̈ܝܐ B ܕܡܚܝܠܐ ܕܡܟܪ̈ܝܐ; l. 20 ܘܪܕܦ B ܪܕܦ ܕܝܢ; l. ult. ܡܪܝܢ B ܡܪܐ; col. 243 l. 3 ܕܡܬܟܬܫܢܐ B ܕܡܬܟܬܫܢܘܬܐ; l. 5 ܡܢ B ܕܝܢ; l. 9 ܗܘ B ܗܘܐ; l. 19 ܐܬܟܬܫܘܬܐ B ܡܬܟܬܫܢܘܬܐ; l. 21 B om. ܗܘ ܢܚܠ ܘܠܐ ܐܬܡܗܝܢ; 23 ܒܗ B ܒܫܡܝܐ ܒܗ; col. 245, l. 5 post ܒܪܢܫܐ B add. ܡܢܘܬܐ; l. 7 ܠܡܠܐ B ܕܠܡܠܐ; l. 14 ܡܢܗ B ܡܢܗ ܕܗܘܐ; l. 16 B om. ܢܘܗܪܐ; l. 17 ܒܝܡܐ B ܡܝܡܐ; l. 18-19 textus e B ita restituendus ܡܢܗ ܗܘܐ . ܡܝ̈ܐ ܕܝܢ ܡܢ ܟܐܦܐ ܕܦܩܢ ܕܢܒܥܘ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܫܬܝܢ ܗܘܘ aquas autem eductas e petra quæ rivos produxerat bibebant; col. 247 l. 6 ܕܠܗ B ܕܠܐ; l. 8 ܠܬܪܬܝܢ B ܠܬܪ̈ܬܝܢ; l. 11 ܫܩܝܐ B ܐܫܩܝܐ; l. 21 ܡܬܟܬܫ B ܡܬܟܬܫ̈; col. 249, l. 9 ܡܬܟܬܫܢܘܬܢ B ܡܬܟܬܫܘܢ; col. 251, l. 26 B om: ܕܚܝܐ; 253, l. 26 ܐܝܟ B ܕܐܝܟ ܕܢܗܘܐ; l. pen. ܫܘܒܚܐ ܣܓܝܐ B ܫܘܒܚܐ; col. 255 l. 14 ܡܢܝܢܐ B ܡܢܝܢܐ; l. 19 ܒܡܫܝܚܐ B ܒܡܫܝܚܗ; col. 257, l. 1 ܠܐܝܢ B ܠܐܝܢ; l. 2 ante ܚܝܠܐ B add. ܒܚܘܫܒܐ; l. 8 ܒܪܢܫܗ B ܒܪܢܫܐ; l. 18 ܪܗܛ B ܪܗܛ ܕܐܦ; col. 259, l. 3 ܒܡܫܝܚܘܬܗܘܢ B ܒܡܫܝܚܘܬܗܘܢ; l. 9 ܘܠܡܝܬܝܢ B ܕܠܡܝܬܝܢ; col. 261, l. 2 ܕܒܪܘܚܐ B ܕܪܘܚܐ; col. 267, l. 6 ܡܢ ܡܘܬܐ B ܠܡܘܬܐ; l. 9 ܐܢܫܝܢ B ܐܢܫܐ; l. 14 ܕܢܫܐ B ܕܢܫܐ; l. 21 B om. ܐܢܫܝܢ

MONITUM

IN ACTA S. EPHRÆMI.

Quæ sequuntur S. Ephræmi Acta e cod. syriaco parisiensi 235 fol. 125-142 descripta fuerunt a cl. D. Martin., S. Scripturæ in Instituto catholico parisiensi professore, qui apographum suum benevole mihi communicavit. Codex est chartaceus ad sæculum XIII pertinens[1]. Vita autem, quam continet, S. Ephræmi convenit quidem in multis cum *Actis* S. Doctoris, quæ descripta sunt e codice vaticano sæculi XI et edita in tomo tertio *Opp. Syr. lat. S. Ephræmi*[2], et maxima ex parte jam a J. S. Assemano in sua *Bibliotheca* Orientali[3] qui et Acta breviora ex alio ejusdem ætatis codice simul edidit. In nonnullis tamen magni momenti rebus prorsus differt, quod perspiciens cl. D. Bikell quædam e cod. paris. protulit latine primum, deinde syriace[4].

[1] Cfr. Zotenberg, *Catal. des manuscrits syriaques de la Bibliothèque nationale* N° 235.

[2] Cfr. *S. Ephræm Syri Opp. Syr. lat.* Romæ 1743, t. III, p. XXIII-LXIII.

[3] Cfr. J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 26-55.

[4] Latine in libro : *Conspectus rei Syrorum litteraræ*. Monasterii, 1871, p. 26, sqq. ; Syriace in *Zeitschrift des D. M. G.* 1873, p. 600-603.

ܬܫܥܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ :

ܒܚܝܠ ܚܝܠܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ :
ܡܬܟܠ ܠܥܘܕܪܢܐ ܘܣܘܥܪܢܐ ܕܨܠܘܬܗ ܡܫܪܝܢܢ :
ܡܫܪܝܢܢ ܠܬܫܥܝܬܐ ܕܕܘܒܪ̈ܐ ܚܝܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܝܠܗ ܠܫܘܠܡܐ
ܕܚܝܘܗܝ . ܕܒܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܀

Ephræmi ortus.

ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܐܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܒܓܢܣܗ . ܣܘܪܝܝܐ . ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܢܨܝܒܝܢ ܕܒܝܬ ܬܚܘܡܐ .
ܕܒܗܝ ܙܒܢ ܠܐ ܐܫܬܠܡܬ ܗܘܬ ܠܦܪ̈ܣܝܐ .
ܐܡܗ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܡܢ ܐܡܝܕ ܡܕܝܢܬܐ .
ܘܐܒܘܗܝ ܗܘܐ ܟܘܡܪܐ ܠܦܬܟܪܐ ܚܕ
ܒܢܨܝܒܝܢ . ܕܦܬܟܪܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ ܗܘܐ
ܐܒܝܙܠ . ܗܘ ܕܒܬܪ ܙܒܢܐ ܬܒܪܗ . ܗܘ
ܝܘܒܝܢܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ . ܐܬܝܠܕ ܗܘܐ
ܒܝܘܡܝ̈ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ .
ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢ ܠܐܒܘܗܝ ܗܘ ܛܠܝܐ ܗܢܐ
ܡܫܝܚܐ ܕܒܝܘܡܘܗܝ ܗܘܝ ܡܠܟܝܢ . ܒܗ ܕܝܢ
ܓܒܝܗܝ ܐܠܗܐ ܡܢ ܟܪܣܗ ܐܝܟ ܐܪܡܝܐ
ܕܢܦܣܘܩ ܒܗ ܠܚܡܬܗ ܕܒܢ̈ܝܢܐ ܕܐܪ̈ܛܝܩܘ .
ܘܐܦ ܕܢܢܗܪ ܠܟܠܗ ܬܒܝܠ . ܡܢ ܙܠܝܩܐ

HISTORIA S. EPHRÆMI DOCTORIS SYRI.

ORATIO EJUS NOBISCUM.

Virtute Domini nostri Jesu-Christi et ope ac auxilio orationum ejus confisi incipimus historiam Actorum sancti Ephræmi a vitæ ejus exordio usque ad finem, quæ Edessæ, Mesopotamiæ civitate, contigit.

1. Sanctus Ephræm erat genere Syrus. Pater autem ejus erat e Nisibi, urbe in confiniis sita[1]. Nondum enim Persis tradita fuerat[2]. Mater autem ejus erat ex urbe Amida[3]. Erat porro pater ejus Nisibi sacerdos idoli cujusdam nomine Abizal[4], quod inclytus imperator Jovianus[5] postea confregit. Natus est igitur patri suo puer ille inclytus diebus Constantini imperatoris victoris[6]. Deus Ephræmum ab utero matris, ut Jeremiam, elegit, ut per eum hæreticorum sævitiam extingueret et totum orbem veræ doctrinæ radiis illuminaret. A Deo igitur electus divina gratia servabatur ne immisceret se sacrificiis impuris cœtibusque ac solemnitatibus

[1] ܢܨܝܒܝܢ *Nisibin*, urbs Mesopotamiæ in finibus Imperii romani et regni persici sita a Syris recentioribus *Soba* (ܨܘܒܐ) appellata. Græci *Antiochiam Mygdoniæ* dixere. Urbi ad aquilonem mons Masius imminet, unde erumpens fluvius Masius vel Mygdonius urbem alluebat aquas suas in Chaboram deferens. Hodie destructa jacet in via quæ a Mardin Mossulam ducit. Vid. Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XI, th. III, abth. p. 413-437. Nisibi natum Ephræmum docent etiam Sozomenus, *Hist. Eccl.* III, 16 et Acta vaticana; confr. Gregorius Barhebræus in *Chronico ecclesiastico* (edd. Abbeloos et Lamy, Lovan. 1872 I, 70.) Metaphrastes eum oriundum facit e Syrorum regione, quod tam de Nisibi quam de Edessa intelligi potest. Corrigendus ergo anonymus græcus a Vossio primum editus et ab Assemano iterum recusus (*Ephræmi Opp. gr. lat.* I, p. XXIX), qui eum Edessæ natum tradit. Anonymus iste porro sibi non concinit quando infra refert Ephræmum captum desiderio Edessæ invisendæ in hanc urbem venisse. Quod utique supponit ipsum alibi natum fuisse.

[2] Persis tradita fuit a Joviano, anno 363.

[3] ܐܡܝܕ vel ܐܡܕ *Amida*, hodie Diarbekir, urbs ad Tigrim superiorem in Kurdistano.

[4] In *Actis vaticanis* vocatur Abnil.

[5] Constanter scribitur ܝܘܒܝܢܝܢܘܣ *Jovinianus*. Ita et in *Actis vat.*

[6] Constantinus imperium tenuit ab anno 306-337. Ex infra dicendis colligitur Ephræmum natum esse anno 306, quum baptismum susceperit anno ætatis 18° et ad concilium Nicænum jam baptizatus iverit anno 325.

ܕܦܬܟܪ̈ܘܗܝ . ܘܟܕ ܗܘ ܛܠܝܐ ܗܘܐ . ܡܢ
ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܚܣܢܐ ܗܘܐ . ܕܠܐ
ܢܫܟܚܘܢ ܒܛܠܝܐ ܠܡܓܪܓ : ܘܒܛܘܥܝܝܐ
ܢܣܚܦܘܢ ܕܦܬܟܪ̈ܘܗܝ ܕܐܒܘܗܝ . ܡܛܠ ܕܐܦ
ܗܘܝܘ ܥܠܘܗܝ . ܡܢ ܡܣܬܪܢܐ ܀ ܛܝܒܘܬܐ ܕܢܛܪܐ
ܗܘܘ ܒܛܠܝܐ ܕܡܢ ܒܛܢܐ ܛܠܐ ܗܘܐ . ܠܐ
ܡܨܝ ܗܘܘ ܕܢܣܚܦܘܢܝܗܝ ܒܬܪ ܐܒܘܗܝ .
ܘܢܫܥܒܕܘܢܝܗܝ ܠܨܒܝܢܗܘܢ . ܠܡܨܐ ܗܘܘ . ܥܠܝܗ
ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܗܝ ܕܢܛܪܬܗ ܐܡܪܢ
ܕܡܫܬܡܠܝܐ ܗܘܬ ܠܗ . ܠܘܬܗ ܓܝܪ ܫܪܝܪܐܝܬ
ܐܫܬܡܠܝܬ ܡܠܬܐ ܕܐܬܐܡܪܬ ܡܢ ܡܪܢ . ܠܘܬ
ܚܢܢܝܐ ܡܛܠ ܦܘܠܘܣ ܕܡܐܢܐ ܗܘ ܠܝ
ܓܒܝܐ ܀

idolorum patris sui. Itaque rebus ipsis manifestum dæmonibus fiebat, quum non potuissent puerum, dum adolescebat, in errorem patris pertrahere, eos impotentes fore ut eum suæ voluntati in posterum subjicerent, obstante scilicet gratia divina, quæ eum, ut diximus, servabat. De eo quippe revera adimpletum est illud quod Ananiæ de Paulo a Domino dictum fuit : « Vas electionis est mihi[1]. »

ܟܕ ܕܝܢ ܡܢ ܚܙܝܗ ܒܚܕ ܝܘܡܐ ܐܒܘܗܝ
ܘܡܡܠܠ ܥܡ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܒܗ ܒܡܕܝܢܬܐ .
ܘܪܬܚ ܪܒܐ ܐܬܚܡܬ ܗܘܐ ܠܡܩܛܠܗ .
ܘܪܕܝܗܝ ܕܠܐ ܪܚܡܐ . ܠܒܣܬܪ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ
ܐܒܘܗܝ . ܕܗܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܘܡܩܪܒ ܐܢܐ
ܕܒܚ̈ܐ ܠܐܠܗ̈ܐ ܡܛܠܬܟ ܕܢܬܪܥܘܢ ܠܟ . ܟܕ
ܕܝܢ ܥܠ ܠܗܝܟܠܐ ܕܒܚ ܐܝܟ ܥܝܕܗ ܩܕܡ
ܦܬܟܪ̈ܘܗܝ . ܫܪܝ ܫܐܕܐ ܗܘ ܛܢܦܐ ܕܢܡܠܠ
ܥܡ ܟܘܡܪܐ ܠܟܘܡܪܐ : ܡܢ ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܟ ܕܐܡܝܢ ܪܕܦܬ ܕܗܝܟܠܐ ܗܢܐ .
ܘܦܘܠܚܢܟ ܕܠܘܬ ܒܪܟ . ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ
ܠܡܩܒܠܗ . ܡܛܠ ܕܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܡܨܝܐ ܫܡܝܐ
ܕܬܗܘܐ ܐܪܥܐ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܐ ܠܟ ܡܨܝܐ ܕܬܗܘܐ
ܠܝ ܥܡܗ ܡܢܬܐ ܘܢܝܚܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܪܥܐ ܐܢܬ
ܘܠܡܥܒܕ ܢܝܚܐ ܕܝܠܝ . ܛܪܘܕܝܗܝ ܐܦ ܡܢ
ܒܝܬܟ . ܘܪܚܩܝܗܝ ܡܢ ܩܪܝܒܘܬܝ . ܗܢܐ
ܓܝܪ ܒܪܟ ܝܕܥ ܐܢܐ : ܕܪܕܘܦܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ܥܬܝܕ
ܕܢܗܘܐ . ܘܢܦܩ ܒܗ ܒܫܥܬܐ ܐܒܘܗܝ . ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܩܘܡ ܙܠ ܠܐܝܟܐ ܕܨܒܐ ܐܢܬ .
ܘܡܟܝܠ ܠܐ ܬܬܐ ܠܒܝܬܝ ܠܥܠܡ . ܡܛܠ

2. Quadam autem die, quum vidisset eum pater ejus cum christianis in urbe confabulantem, ira adeo exarsit ut vellet eum de medio tollere ; postquam igitur eum absque misericordia castigasset, dixit ei : « En ego vado sacrificia diis oblaturus pro te ut placatos eos tibi reddam. » Quum igitur fanum ingressus sacrificia pro more idolis suis peregisset, cœpit dæmon ille immundus sacerdotem alloqui : « A multis annis novi te eximiumque tuum in templum hoc studium, at tuam pro filio deprecationem suscipere nequeo, quia sicut cœlum terra fieri nequit, sic mihi nec pars nec oblectatio cum eo esse potest ; sed si vis mihi oblectamentum præstare, eum e domo tua ejice atque a meo vicinio expelle ; novi quippe hunc tuum filium Deorum persecutorem fore. » Egressus illico pater dixit filio : « Surge, vade quo vis, nec unquam

Domo expellitur.

[1] *Act.* IX, 15.

ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܐܢܬ ܕܐܠܗ̈ܝ . ܘܗܕܐ ܚܕܝ ܛܠܝܐ
ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܡܣܟܐ ܠܗ̇
ܠܗܕܐ . ܘܢܦܩ ܘܫܢܝ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܘܗܝ .
ܟܕ ܡܕܡ ܡܕܡ . ܠܐ ܫܩܠ ܥܡܗ . ܡܛܠ
ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܀

Venit ad S. Jacobum. ܘܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܗܝ̇ ܕܡܢܛܪܐ ܗܘܬ̇ ܠܗ . ܗܘܒܠܬܗ ܠܘܬ ܥܕܬܐ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ : ܘܐܩܪܒܬܗ ܠܘܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܢܨܝܒܝܢ . ܓܒܪܐ ܕܡܫܡܠܝ ܗܘܐ ܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ : ܘܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܒܝܕܗ ܐܝܬܘܗܝ ܡܣܥܪܐ ܗܘܬ̇ ܚܝܠܐ ܘܐܬܘ̈ܬܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ . ܘܪܘܚܐ ܠܗ ܥܬܝܕ̈ܬܐ ܗܘܐ ܡܚܘܐ ܠܥܬ̈ܝܕܬܐ . ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܘܬܗ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ . ܐܘܕܥ ܡܛܠܬܗܘܢ ܟܠܗ ܫܘܪܥܢܗ . ܘܚܕܝ ܒܗ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ . ܘܩܒܠܗ ܒܚܘܒܐ . ܘܐܩܝܡܗ ܒܛܟܣܐ ܕܫܡܘ̈ܥܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܠܝܐ . ܒܟܠܝܘܡ ܩܕܡܘܗܝ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ . ܟܕ ܨܐܡ ܗܘܐ ܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ . ܘܩܐܡ ܗܘܐ ܟܠܝܘܡ ܥܡ ܫܡܘ̈ܥܐ . ܕܢܫܡܥ ܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝܫܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܒܥܕܬܐ ܕܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ . ܒܝܬ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܠܗ . ܘܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܒܕܘܒܪ̈ܘܗܝ ܕܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܚܣܝܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܘܡܬܒܩܐ ܗܘܐ ܒܗܠܟܬܗ ܘܒܕܘܒܪܗ . ܡܛܠ ܗܕܐ ܗܘܐ ܚܕܘܬܐ ܠܡܕܒܪܢܘܬܗ . ܘܐܡܠܟܗ ܡܚܝܠܐ

in domo mea appareas, quia inimicus es deorum meorum. » Quæ res diu ab ipso expectata gaudio magno affecit puerum. Exivit igitur et migravit e domo patris sui nihil omnino secum ferens et quo iret nesciens.

3. Gratia autem divina quæ eum conservabat duxit eum ad ecclesiam christianorum atque obtulit beato Jacobo[1], sanctæ Nisibis ecclesiæ episcopo, viro pietate perfecto, per quem divina bonitas virtutes et signa magna operabatur, cui etiam Spiritus futura revelabat. Accedens itaque ad eum beatus Ephræm totam rei gestæ seriem exposuit. Jacobus autem gaudio magno affectus eum amanter suscepit et in ordine *Audientium* constituit[2]. Puer autem quotidie coram ipso comparebat, jejunio et orationi assidue vacans et continuo cum Audientibus accedens ad audiendas sacras Scripturas. Versabatur autem in episcopio cum divo antistite ejusque mores imitabatur. Sanctus autem antistes Jacobus, puero attente considerato et perscrutatis ejus moribus, summo gaudio repletus fuit ; mentem igitur pueri confortabat vivis

[1] Juxta Eliam, Nisibis sæculo XII episcopum, qui seriem episcoporum Nisibis ex archivis hujus ecclesiæ eruit, primus Nisibis episcopus fuit Babu (an. 300-309), cujus tamen nomen in diptychis post illud S. Jacobi recitatur quia metropolitæ dignitatem nondum habebat ; secundus fuit S. Jacobus (an. 309-338); tertius Vologes (an. 338 vel 343-361); quartus Abraham (an. 361). Vid. Gregorii Barhebræi *Chronicon eccles.* II, 32, not. At ex Hymnis quos S. Ephræmus in S. Jacobum ejusque successores composuit colligitur primum Nisibis episcopum fuisse S. Jacobum qui a prima obsidione Nisibin liberavit, secundum fuisse Babu qui secundæ obsidioni aderat ; sederit forsan ab an. 338 ad 343, tertium fuisse Vologesem qui tertiæ obsidioni interfuit, quartum Abraham, qui separatim laudatur. Quum Sapor constanter cum Romanis bellum gesserit ab an. 33: usque ad Jovianum, an. 364, Nisibin sæpe obsessa fuit. Quatuor illius obsidiones memorat S Ephræmus. Vid. *Carmina Nisibina* p. 19-22 ; *Conspectus rei Syror. litter.* p. 29.

[2] Acta vaticana : « Docuit eum sacras doctrinas et constituit in ordine catechumenorum. » Primus autem catechumenatus gradus ordo erat Audientium, qui sic appellabantur eo quod sermones et sacras Scripturas audiebant. Ephræmus nonnisi postea annos 18 natus baptismum suscepit, non quidem a S. Jacobo, sed ab alio, in Beth-Garbaia, ut infra n. 9 dicetur.

ܗܘܐ ܠܗ ܠܬܠܡܝܕܘܬܐ . ܒܡܠܐ ܚܝܠܬܐ ܕܟܬܒܐ
ܩܕܝܫܐ . ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܠܪܥܝܐ ܩܕܝܫܐ
ܚܒܝܒ ܗܘܐ . ܐܠܐ ܐܦ ܠܟܠܗ̇ ܥܕܬܐ ܀

ܘܡܢ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܕܗܘܐ ܠܘܬܗ :
ܒܟܠܗ ܢܟܦܘܬܐ ܘܟܠܗ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ . ܒܗܬ
ܣܛܢܐ ܗܘ ܕܛܪܕܗ ܗܘܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܗܘܗܝ
ܘܡܬܦܪܣ ܗܘܐ ܕܢܟܫܠܘܢ ܠܥܡܐ ܒܗ .
ܘܐܦ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܘܒܗܘܢ ܓܕܐ
ܕܢܨܘܕܝܘܗܝ . ܐܬܓܠܝܬ ܝܬܝܪܐܝܬ ܕܘܒܪܗ
ܩܕܝܫܐ ܕܒܐܠܗܐ . ܘܪܒܬ ܚܘܒܐ ܕܥܡܐ
ܠܘܬܗ . ܘܐܦ ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܀

ܓܒܪܐ ܕܝܢ ܚܕ ܦܪܡܘܢܪܐ ܕܥܕܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܕܢܨܝܒܝܢ : ܘܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܘܐܦ ܗܘ
ܐܦܪܝܡ . ܗܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܟܡܐ ܚܒܝܒ :
ܕܥܠܝܡܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܢ ܟܠܗ̇
ܥܡܐ : ܐܬܚܪܝ ܗܘܐ ܚܣܡܐ ܠܘܩܒܠܗ .
ܘܒܚܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ : ܚܒܠ ܒܬܘܠܬܐ ܕܢܨܝܚܐ
ܚܕ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܒܬܘܠܬܐ . ܘܦܩܕܗ̇
ܠܛܠܝܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ̇ . ܕܡܐ ܕܝܕܥ ܐܒܘܟܝ
ܘܟܐܐ ܒܟܝ . ܐܡܪܝ ܠܗ . ܕܡܢ ܐܦܪܝܡ
ܐܝܢܐ ܗܘ ܕܐܚܝܕ ܠܗ ܙܕܝܩܐ . ܥܠ ܕܝܢ
ܠܘܬܝ ܘܛܢܦܢܝ . ܟܕ ܐܪܓܫ ܗܘܐ ܐܒܘܗ̇
ܕܛܠܝܬܐ : ܘܐܡܪܬ ܠܗ ܕܡܢ ܐܦܪܝܡ ܐܝܬܘܗܝ :
ܪܗܛ ܒܗ̇ ܒܫܥܬܐ ܟܪܝܐ ܠܘܬ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܟܕ ܥܒܝܣ ܠܗ ܐܦܘܗܝ . ܘܐܘܕܥ ܡܛܠܬܗ .
ܠܟܠܗ ܫܘܥܝܬܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܐܬܕܡܪ ܬܡܗ ܕܝܢ ܗܘܐ ܒܗܠܝܢ . ܘܟܕ ܛܒ
ܐܝܬܝܗ ܡܬܓܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܚܙ̈ܘܢܐ ܐܠܗ̈ܝܐ .
ܗܕܐ ܡܕܡ ܕܝܢ ܐܬܟܣܝܬ ܗܘܐ ܡܢܗ .
ܘܒܬܪܟܢ ܕܝܢ ܐܬܝܕܥ ܠܟܠܗ ܥܡܐ ܘܐܬܟܫܠܘ
ܒܗ ܣܓܝܐܐ . ܘܩܪܐ ܠܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ

Scripturarum verbis. Nec tantum sancto præsuli carus erat sed toti ecclesiæ.

4. Quum multum temporis degisset apud S. Jacobum in omni pietate[1], Satanas, qui eum e domo parentum expulerat, pudore suffusus studium omne impendit ut populus et etiam S. Jacobus in eo scandalizarentur. Sed retibus quibus eum irritere voluit magis manifestata fuit sancta Ephræmi in Deo vita, crevitque amor populi et S. Jacobi in eum.

Erat autem vir quidam æditus ecclesiæ Nisibis, qui et ipse Ephræm appellabatur. Is, quum vidisset quantum sanctus adolescens ab episcopo et a populo diligeretur, invidia exarsit in eum. Quadam porro die constupravit virginem viri nobilis filiam. Præcepit igitur puellæ dicens : « Ubi rem adverterit pater tuus et te reprehenderit, dices ad eum : « iste Ephræm, quem ut justum habetis, ingressus est ad me meque constupravit. » Stuprum igitur cum advertisset pater puellæ et ipsa ei asseverasset Ephræmum illius auctorem esse, illico pater, mœsto vultu, cucurrit ad episcopum totamque rem ei exposuit. Hisce auditis, episcopus stupore correptus fuit ; quamvis autem visiones divinæ constanter ipsi revelarentur, tamen res illa ei occultata fuit. Postea stuprum omni populo innotuit et scandalizati sunt multi. Vocavit itaque episcopus beatum Ephræm

Stuprum Ephræmo imputatur.

[1] Interea temporis iverit in Beth-Garbaia et, baptismo suscepto, redierit Nisibin ad S. Jacobum. Quod enim hic narratur evenerit cum jam baptizatus fuerat.

ܠܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܘܟܐܐ ܗܘܐ ܒܗ ܡܛܠܬܗ
ܕܨܒܘܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܛܒܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܬܗܪܐ
ܟܕ ܠܗ ܠܒܣܡܗ. ܒܬܪ ܙܒܢܐ. ܟܕ ܡܢܗ
ܠܐ ܡܫܬܠܠ ܗܘܐ. ܘܒܚܪܬܐ ܐܡܪ ܐܝܢ ܚܛܝܬ
ܠܟ. ܐܠܐ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܠܚܣܝܘܬܟ.
ܕܬܫܒܘܩ ܠܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ. ܟܠܗ ܟܠܗ ܠܐ ܡܬܦܝܣ ܗܘܐ
ܠܡܗܝܡܢܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܒܟܠܗ
ܕܘܒܪܗ. ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܕܗܘ
ܢܓܠܐ ܡܢܗ ܨܒܘܬܐ. ܕܢܓܠܐ ܠܗ ܡܛܠ
ܗܝܕܐ ܘܐܬܟܣܝܬ ܡܢܗ. ܡܛܠ ܗܘ ܕܥܠ
ܕܒܣܘܦ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܠܚܪܬܐ. ܟܕ ܕܝܢ
ܝܠܕܬ ܛܠܝܬܐ. ܫܩܠܗ ܐܒܘܗ̇ ܠܛܠܝܐ.
ܘܐܝܬܝܗ ܠܘܬ ܪܝܫܐ ܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ.
ܘܦܩܕ ܕܢܩܪܘܢ ܠܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ. ܘܟܕ ܐܬܐ
ܐܡܪ ܐܒܘܗ̇ ܕܛܠܝܬܐ. ܫܩܘܠ ܡܟܝܠ ܗܢܐ
ܒܪܟ. ܘܪܒܝܘܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ
ܒܟܐ. ܟܕ ܐܡܪ ܠܪܝܫܐ ܩܕܝܫܐ. ܐܝܢ ܐܒܘܢ
ܚܛܝܬ. ܐܠܐ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܠܚܣܝܘܬܟ ܕܬܫܒܘܩ
ܠܝ. ܘܟܕ ܫܩܠܗ ܠܛܠܝܐ. ܥܠ ܠܥܕܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܝܘܗܝ ܟܠܗ
ܥܡܐ ܐܬܕܡܪܘ. ܐܢܫܝܢ ܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ
ܒܗ. ܘܐܢܫܝܢ ܡܢ ܡܫܬܐܠܝܢ ܗܘܘ ܒܗ
ܕܛܠܝܐ ܒܪܟ ܗܘ. ܗܘ ܕܝܢ ܒܟܐ
ܗܘܐ ܟܕ ܐܡܪ. ܨܠܘ ܥܠܝ ܐܚܝ
ܕܢܫܬܒܩ ܠܝ ܚܛܗܐ ܗܢܐ. ܘܒܬܪ
ܙܒܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܠܥܡܐ ܟܠܗ ܕܡܬܟܫܠ
ܗܘܐ. ܐܬܕܟܪ ܒܕܚܠܬܐ ܡܠܬܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ

ipsumque de ea re reprehendit. Ille autem rem diu intra se miratus est quin aliquid responderet. Tandem dixit: « Ita, pater, peccavi, sed rogo sanctitatem tuam ut condonet mihi. » Sanctus autem Jacobus de re nequaquam persuasus, utpote qui totius Ephræmi vitæ conscius esset. Deum deprecatus est ut hanc rem ei revelaret ; sed res ei celata fuit propter illud quod in fine eventurum erat. Postquam igitur puella peperit, tulit pater infantem et attulit eum sancto præsuli Jacobo jubens ut advocaretur beatus Ephræm. Qui cum venisset, dixit pater puellæ : « Nunc igitur accipe filium tuum et educa eum. » Beatus autem Ephræm illacrymans dixit sancto præsuli : « Ita, pater, peccavi ; sed rogo sanctitatem tuam ut dimittat mihi ; » et, accepto infante, ingressus est ecclesiam. Viso eo, omnis populus obstupuit, aliis scandalum patientibus, aliis de puero inquirentibus et dicentibus : « Infans tuus est. » Ipse autem flebat dicens : « Precamini pro me, fratres, ut dimittatur mihi peccatum hoc[1]. » Post aliquod tempus videns universum populum scandalo perturbatum cum terrore recordatus est illud Evangelii effatum : « *Maledictus omnis qui scandalisaverit unum ex his pusillis qui in me*

[1] Hoc factum refertur etiam in Actis vaticanis ; sed neque in Testamento S. Doctoris neque alibi illius mentio ingeritur. Recte autem observat J. S. Assemanus, *Bibl. or.* I, 29 : « Hoc factum, inquit, a sanctorum virorum moribus abhorrere alicui videri potest, qui solent aut impactum sibi crimen constanter repellere, aut fortiter tolerare ; nunquam tamen aliena delicta publicare. Hoc suadent quæ in Actis SS. Simonis et Judæ de quodam diacono simili calumnia appetito leguntur, et alia, quæ in vitis Patrum bene multa occurrunt S. Macarii, S. Theodoræ, S. Marinæ, etc. Sed utique servorum Dei facta vel dicta ad communem sensum ac normam exigenda non sunt : nec desunt Sanctorum exempla quæ circumstantiam hic reprehensam, alieni, scilicet, criminis publicationem habent. Insigne est quod Leontius in vita S. Simeonis Sali narrat, et a Nicephoro refertur lib. XVII, 22.

ܕܐܬܝܢ : ܕܒܐܝܕܗ ܗܘ ܟܠ ܡܢ ܕܒܗܬܬܐ ܠܚܕ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܝ . ܟܕ ܚܙܐ
ܐܠܗܐ ܕܟܡܐ ܣܒܪ ܡܢ ܟܢܫܐ ܕܡܥܩܬܐ :
ܐܦܪܝܡ ܘܒܚܕܘܬܐ ܡܣܝܒܪ ܗܘܐ . ܨܒܐ ܗܘܐ
ܐܠܗܐ ܕܢܬܓܠܝܢ ܡܟܝܟܘܬܗ ܘܚܝܠܗ :
ܠܟܠܗ ܥܡܐ . ܘܢܒܗܬ ܣܛܢܐ ܥܡ ܡܫܡܫܢܘܗܝ
ܘܒܬܪ ܕܐܫܬܘܬܦܘ ܒܗ . ܘܩܪܒ ܗܘܐ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ : ܟܕ ܐܚܝܕ ܛܠܝܐ ܬܚܝܬ ܦܠܝܬܗ .
ܘܒܥܐ ܡܢܗ ܕܢܦܣ ܠܗ ܠܡܣܩ ܠܒܐܡܐ . ܘܦܣ ܠܗ .
ܘܣܠܩ . ܥܡܐ ܕܝܢ ܟܕ ܬܡܗ (sic) ܩܡܘ
ܟܕ ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܒܗ . ܘܐܦܪܝܡ ܐܪܝܡܗ
ܠܛܠܝܐ ܕܐܚܝܕ ܒܝܡܝܢܗ . ܘܐܩܝܡܗ ܠܘܩܒܠ
ܡܕܒܚܐ . ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ
ܘܐܡܪ . ܛܠܝܐ . ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ . ܘܡܘܡܐ ܐܢܐ
ܠܟ ܒܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠ
ܕܒܗܘܢ . ܕܬܟܪܘܙ ܘܬܐܡܪ ܠܝ ܒܫܪܪܐ .
ܡܢܘ ܐܒܘܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܠܝܐ ܦܬܚ
ܦܘܡܗ ܘܐܡܪ . ܐܦܪܝܡ ܦܪܡܘܢܪܐ . ܘܒܗ
ܒܫܥܬܐ ܐܬܙܝܥ ܟܠܗ ܥܡܐ : ܘܗܘ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܬܕܡܪ . ܘܫܪܝܘ ܒܟܝܢ ܘܒܥܝܢ
ܡܢܗ . ܕܢܫܒܘܩ ܠܗܘܢ . ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ
ܗܝ ܛܠܝܐ ܗܘ ܢܦܠ ܘܡܝܬ . ܐܒܘܗ ܕܝܢ
ܕܛܠܝܬܐ ܐܬܐ ܢܦܠ ܥܠ ܪܓܠܘܗܝ ܕܡܪܝ ܒܒܟܝܐ
ܘܡܬܟܫܦ ܕܢܫܒܘܩ ܠܗ . ܗܝܕܝܢ ܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܫܒܩ ܗܘܐ ܚܘܣܝܐ ܠܟܠܗ
ܥܕܬܐ . ܘܡܢ ܝܘܡܐ ܗܘ ܪܒܐ ܐܦܪܝܡ ܒܥܝܢܝ
ܥܡܐ . ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܩܕܡܝܬܐ . ܘܣܛܢܐ
ܒܗܬ ܘܐܬܟܦܪ . ܦܪܡܘܢܪܐ ܕܝܢ ܟܕ ܝܕܥ ܥܪܩ
ܘܬܘܒ ܠܐ ܐܬܚܙܝ . ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ

credunt[1]. » Quum autem cerneret Deus quanta ex turbæ calumniis Ephræm patiebatur et quanto gaudio hæc tolerabat, voluit ut ejus humilitas et virtus manifestaretur universo populo pudoreque afficeretur Satanas cum ipsi obsequentibus. Sancta igitur die dominica post Eucharistiæ sumptionem, Ephræmus accessit ad sanctum Jacobum episcopum infantem sub pallio tenens petiitque ab eo ut sibi liceret ascendere bema. Quo annuente, ascendit. Interea autem populus surrexit attonitus. Deinde Ephræmus infantem quem manu dextra tenebat protulit elevavitque contra altare, et clamans voce magna dixit: « Puer, tibi dico et te adjuro per Deum vivum qui fecit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt, ut proclames et dicas mihi verissime quis est pater tuus. Infans porro aperiens os suum dixit: « Ephræm æditius. » Eodem momento commotus est omnis populus et ipse episcopus obstupuit flereque cœperunt atque rogare ut eis condonaret. In ipsa autem hora infans exanimatus concidit. Pater autem puellæ veniens ad pedes ejus prolapsus est cum lacrymis exorans ut ipsi condonaretur. Tunc Sanctus Jacobus veniam concessit universæ ecclesiæ. Ab illo die crevit Ephræmus in oculis totius populi magis quam antea; satanas pudore suffusus erubuit; æditius autem, re cognita, aufugit nec amplius apparuit. Sanctus autem Jacobus Ephræmum majori quam antea

[1] *Matth.* XVIII, 7.

[illegible]

A S. Jacobo ducitur ad concilium Nicœnum.

[illegible]

Nisibis a Persis obsessa precibus SS. Jacobi et Ephraemi liberatur.

[illegible]

amore prosecutus est voluitque ut assidue cum ipso esset.

5. Paulo post, dum Arius, prolatis in Filium et Spiritum sanctum blasphemiis, contra factorem suum linguam acuebat et Ægyptum perturbationibus replebat, Constantinus, rex victor, episcopos in urbem Nicæam congregavit. Illuc accitus divus præsul cum collegis suis duxit secum beatum Ephræmum eumque introduxit in sanctam synodum[1]. Profecti igitur venerunt uterque, et sanctus quidem præsul tanquam dux unius christianorum romani imperii agminis ut decertaret pro vera fide. Postquam Arius ejusque sequaces debita repressi pœna anathemate perculsi fuere et ab ecclesia ejecti, unusquisque ad sua rediit. Reversus est igitur etiam ipse sanctus Jacobus velut dux exercitus triumphans et de victoria gaudens. Beatus autem Ephræmus coram divo præsule in timore Dei conversabatur Scripturas assidue versans et obediens in omnibus quæ præcipiebat.

6. Paulo post, obiit magnus inclytusque Constantinus[2]; post eum ejus filii imperium susceperunt. Paucis autem elapsis diebus, Sapor, Persarum rex, juventute filiorum Constantini confisus perrexit contra Nisibin cum ingenti exercitu et cum equis ac elephantibus innumeris ; diviso igitur exercitu agmina

1 Concinunt Acta vaticana ; idem etiam asserit Gregorius Barhebræus in *Chronico Ecclesiastico*, a me et J. B. Abbeloos edito part. I, 70. Ephraemus jam tunc annum ætatis 19 ingressus erat, quum anno ætatis 18 baptizatus fuerit et ad concilium iverit post susceptum baptismum : non autem annum 19 aut 20 prætergressus fuerit, quum natus sit diebus Constantini.

2 E vita migravit Constantinus anno 337.

ܘܟܠܝ ܢܗܪܘ. ܘܐܬܟܬܪܘ ܘܩܡܘ ܥܠ
ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܟܪܗ̇. ܘܟܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܫܒ̈ܥܝܢ
ܝܘ̈ܡܝܢ. ܘܠܚܣܢܐ ܡܣܟܪܐ ܗܘܐ ܠܢܗܪܐ
ܕܢܗܪܐ ܗܘ ܕܬܠܐ ܘܦܠܓ ܒܡܨܥܬܗ̇ ܡܕܝܢܬܐ
ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܘܐܣܟܪܗ. ܘܟܕ ܣܓܝ ܫܘܪܐ
ܘܢܦܠ: ܣܒܪ ܫܒܘܪ ܠܡܣܒܗ̇ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐ
ܥܡܠܐ ܣܓܝܐܐ: ܐܝܟ ܕܠܗ ܥܒܕ. ܘܡܪܝ
ܕܠܐ ܥܡܠܐ ܢܣܒ ܠܗ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܕܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ: ܘܛܘܒܢܐ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ: ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܥܕܬܐ ܟܠܗ: ܠܐܠܗܐ
ܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܡܟܪܐ.
ܘܠܚܪܬܐ ܡܠܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܦܪ̈ܫܐ
ܚܝܠܐ ܘܠܒܒܐ. ܘܠܥܡܪ̈ܘܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ:
ܘܒܢܐ ܗܘܐ ܠܫܘܪܐ. ܘܐܩܝܡ ܥܠܘܗܝ ܒܘܪܓܐ
ܘܒܠܣܛܪܣ. ܘܟܠܐ ܗܘܐ ܘܕܚܩ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܡܟܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܘܗܠܝܢ ܥܒܕ ܗܘܐ
ܟܕ ܠܐ ܩܪܝܒ ܠܗ ܠܫܘܪܐ: ܐܠܐ ܒܗܘ
ܒܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܠܡܪܐ ܕܟܠ ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ.
ܠܫܒܘܪ ܕܝܢ ܠܐ ܗܘ ܕܒܢܝܢܗ ܕܫܘܪܐ ܘܙܒܢܗ
ܐܬܕܘܕ ܗܘܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܚܙܘܐ ܐܣܬܪܐ ܐܬܚܙܝ
ܠܗ ܘܐܙܝܥܗ. ܚܙܐ ܓܝܪ ܐܢܫ ܕܩܐܡ
ܐܣܟܡܐ ܕܡܠܟܐ ܕܡܠܒܫ ܥܠ ܫܘܪܐ:
ܘܐܣܛܠܗ ܡܨܠܝܐ ܒܙܠܝܩܐ ܕܢܘܗܪܐ. ܟܕ
ܕܝܢ ܐܣܒܪ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܐܬܡܠܝ ܥܠ
ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܐܡܪ ܡܢܗܘܢ ܕܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܠܟܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܣܬܟܠ ܐܬ̈ܘܬܗ
ܕܚܙܘܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܕܡܬܟܬܫ
ܚܠܦܝܗܘܢ. ܘܟܕ ܐܬܟܪܝܗ ܕܠܘ ܓܫܡܢܝܐ
ܡܚܐ. ܒܠܐ ܡܟܫܦ ܗܘܐ ܕܢܠܐ ܘܡܫܕܐ
ܓܐܪܐ. ܠܐܚܪ ܕܝܢ ܫܒܩܗ ܕܫܢܝܘܬܗ. ܗܝܕܝܢ
ܐܦܪܝܡ ܕܬܡܝܗܐ ܗܘܐ ܕܐܡܪܢ ܥܠܘܗܝ ܡܢ
ܠܥܠ: ܐܬܒܥܝ ܡܢܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܢܫܒܘܩ
ܠܗ ܕܢܣܩ ܠܫܘܪܐ ܘܢܚܙܐ ܠܒܪ̈ܒܪܝܐ. ܘܢܫܕܐ
ܥܠܝܗܘܢ ܓܐܪܐ ܘܓܠܘܠܝܬܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܣܠܩܘ

disposuit ad obsidendam urbem. Quum obsidium per septuaginta dies protractum fuisset, amnem quæ mediam interluebat civitatem a longe intercepit et occlusit, et, quum murus aquarum magna copia exundantium impetum sustinere non valens dirutus corruisset, putavit Sapor urbem absque difficultate capiendam esse. At Jacobus episcopus et beatus Ephræm cum reliqua Ecclesia per totum obsidii tempus Deum deprecabantur. Tandem sanctus episcopus equitibus et omnibus urbis incolis vires et animos auxit, murum ædificavit, turrim et balistam super eum constituit, quibus cohibebat et repellebat obsessores ; hæc autem ipse gerebat etsi procul a muro absens, dum in templo Dei omnium Dominum deprecaretur. Saporem autem attonitum reddidit non tam facilitas qua murus exstructus fuerat quam visio, quæ ejus oculis oblata eum valde commovit Vidit enim stantem super murum hominem habitu regio indutum, cujus stola radiis lucis refulgebat. Quum autem putaret regem esse Romanorum minas evomuit in eos qui ipsi asseruerant regem Romanorum Antiochiæ tunc adesse. Postea intellexit signa visionis Deum scilicet esse Romanorum qui pugnabat pro eis. Ignorans quippe se incorporeum percutere infelix minas evomebat et tela projiciebat, sed mox amentiæ furorem sedare coactus fuit. Admirabilis quippe Ephræm, de quo diximus supra, a sancto Jacobo postulavit ut sibi liceret ascendere murum, inspicere barbaros et projicere

ܓܒܪܐ ܗܘ ܢܨܝܚܐ . ܟܕ ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܠܟܠ
ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܝ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܠܗ . ܟܕ ܐܬܚܫܒ ܕܛܝܒܘܬܐ
ܫܡܝܢܝܬܐ ܠܘܬܗ ܡܫܡܫܐ . ܐܦܣ ܠܗ
ܕܢܣܩ . ܘܣܠܩ ܠܚܕ ܡܢ ܦܘܪܓܝܐ ܕܫܘܪܐ :
ܘܟܕ ܚܙܐ ܟܢܫܐ ܕܚܝܠܘܬܐ . ܐܪܝܡ ܥܝܢܘܗܝ ܠܘܬ
ܐܠܗܐ ܘܫܐܠ ܡܢܗ . ܕܢܫܕܪ ܥܠܝܗܘܢ ܒܩܐ
ܘܩܠܡܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܒܝܕ ܚܝܘܬܐ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܬܐ :
ܢܩܪܘܒ ܠܩܘܒܠܗ ܕܥܡܗܘܢ . ܘܢܬܩܛܪܘܢ
ܢܫܬܘܕܥܘܢ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ . ܫܠܡ ܕܝܢ ܟܕ
ܨܠܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܓܒܪܐ ܕܫܠܡܬ ܘܥܢܢܐ .
ܢܦܩܬ ܠܐܬܬܟܠ ܚܝܠܐ . ܡܛܠ ܗܝ ܕܡܥܒܕܝܢ
ܓܒܪܐ ܗܘܐ ܘܢܦܠ ܒܗ ܒܡܕܒܪܐ .. ܘܦܝܠܐ
ܘܐܕܢܐ ܕܪܟܫܐ ܘܕܚܝܘܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܕܒܗܘܢ .
ܦܝܠܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܣܝܒܪܘ ܠܡܚܘܬܐ
ܚܝܠܗ ܕܡܚܘܬܐ ܒܥܝܪܐ ܗܝܕܝܢ ܦܣܩܘ
ܦܓܘܕܝܗܘܢ . ܘܫܕܘ ܠܪܟܒܝܗܘܢ .
ܘܒܠܒܠܘ ܠܡܫܪܝܬܗܘܢ . ܘܫܒܩܘ
ܠܡܫܪܝܬܐ ܘܥܪܩܘ ܐܟܘܪܙܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ
ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܠܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܐ ܕܟܪܝܣܛܝܢܐ :
ܟܕ ܡܬܚܙܝܐ ܬܒܪܬܐ ܐܫܩܠ ܡܢ ܬܡܢ .. ܟܕ
ܒܐܘܪܚܐ ܣܠܩ ܐܘܪܚܐ ܦܢܐ ܠܡܕܝܢܬܗ .
ܘܥܡܠܐ ܟܕ ܟܢܫ ܕܗܘܐ ܬܒܪܐ ܡܢ
ܢܨܚܢܐ . ܗܘܐ ܦܘܪܩܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܀

in eos tela maledictionis. Quum eum audivisset vir illustris, propter miraculum olim ab eo patratum ratus gratiam cœlestem ipsum concomitari permisit ut ascenderet. Ascendit Ephræmus super unam e muri turribus, et, conspecta agminum multitudine, oculos in cœlum elevavit petens a Deo ut mitteret in hostes cyniphes culicesque, quorum animalculorum adjutorio cum hostibus ita pugnare posset, ut cogerentur divinam virtutem agnoscere. Beatus vix orandi finem fecerat, quum nubes cyniphum et culicum exivit, qui obruerunt elephantes utpote, qui cutem glabram et depilem habent, et repleverunt nasum et aures equorum aliorumque animalium. Ista autem animalia, cum non possent divini flagelli impetum sustinere, fræna sua fregerunt, equites disjecerunt, agmina sua perturbarunt, et castra relinquentes tumultuarie fugam ceperunt. Infelix autem rex virtutem Dei christianorum salvatoris edoctus castra solvit et per breviorem viam exinde discessit, loco victoriæ opprobrium e labore suo colligens. Sic precibus beati Ephræmi urbs liberata est[1].

[1] Nisibin pluries a Sapore obsessa fuit. Primum urbis obsidium contigit, vivente adhuc S. Jacobo Nisibeno, initio regni Constantii, anno 338. De illo obsidio hic agitur. Illud idem obsidium describit Gregorius Barhebræus tum in libro *Dynastiarum* a Pocockio edito p. 85-87. Oxon. 1663, tum in *Chronico* a Bruns et Kirsch edito p. 66. En ejus verba apprime cum Actis convenientia : « ܫܒܘܪ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܥܠ ܡܘܬܗ ܕܢܨܘܚܐ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܣܠܩ ܥܠ ܢܨܝܒܝܢ ܕܐܝܬܝܗ ܬܚܘܡܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܘܦܪܣܝܐ . ܘܡܬܩܪܝܐ ܗܘܬ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܡܓܕܘܢܝܐ . ܘܐܠܨܗ ܫܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܘܒܢܐ ܥܠܝܗ ܟܪܟܘܡܐ . ܘܒܢܐ ܬܠܐ ܪܒܐ ܕܐܝܟ ܕܢܫܩܘܠ ܗܘ ܠܫܘܪܐ ܘܥܠܝ ܒܥܠܕܒܒܐ ܡܢ ܐܬܬܚܝܒ ܟܢ ܠܗ ܠܐ ܡܢ ܫܘܪܐ ܘܠܐ ܫܒܪ ܠܝܠܝܐ ܦܠܓ ܘܢܦܠ . ܘܟܕ ܫܒܪ ܫܒܘܪ ܕܫܘܪܐ ܚܙܐ ܠܟܠ ܗ ܣܘܟܠܐ ܕܫܡܝܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܘ . ܐܦ ܐܫܢܝ ܛܘܪܐ ܡܢܗ . ܟܠ ܫܘܪܐ ܕܟܠܗ ܠܟܪܟܐ . ܘܒܢܐ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܘܫܕܪ ܥܠܝܗܘܢ ܚܠܛܐ ܘܩܠܡܐ . ܘܐܬܠܚܡܘ ܒܦܝܠܐ . ܘܐܦ ܒܣܘܣܘܬܐ ܘܦܝܠܐ ܘܪܟܫܐ ܟܠܗ ܘܦܣܩܘ ܦܓܘܕܝܗܘܢ ܘܫܕܘ ܠܪܟܒܝܗܘܢ ܘܕܡܘ ܒܟܪܝܘܬܐ . Sapor autem, audita morte Victoris (Constantini), ascendit contra Nisibin quæ confinium est Romanorum et Persarum et Antiochia Mygdoniæ appellabatur. Obsedit eam septuaginta diebus, exstruxit supra eam munitiones magnumque aggerem quo

ܘܡܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢ . ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ
ܗܘ ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܢܨܝܒܝܢ .· ܘܟܠܗ ܐܠܗܐ ܛܒ .· ܡܢ ܡܥܒܕܢ
ܒܟܠ ܥܒܕܝܢ ܕܟܝܢܐ . ܛܘܒܢܐ ܕܝܢ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܐܬܟܪܝ ܗܘܐ ܛܒ . ܘܩܒܪܗ
ܒܐܝܩܪܐ ܣܓܝܐܐ ✣

7. Paulo post vitam finivit et ad Dominum migravit divus præsul Jacobus, Nisibis episcopus, præclaris gestis et omnis generis virtutibus perfectus. Beatus autem Ephræm tristitia valde affectus maximo cum honore ejus funera prosecutus est[1]. S. Jacobi obitus.

obstruebatur cursus fluminis Mygdonii qui fluit per mediam urbem eam in duas partes dividens. Exundantibus autem aquis supra murum, quum murus earum impetum sustinere non posset dirutus corruit. Putabat igitur Sapor absque labore se illam capturum, at vidit alium murum intus extructum. Beatus autem Ephræmus supur murum ascendit ut malediceret Barbaris, et, exorato Deo, adduxit contra eos scyniphes et culices qui præsertim vexaverunt elephantes quia cutis eorum glabra est; ingressi sunt etiam in naribus et auribus equorum. Hæc igitur animalia fregerunt frena, et, disjectis equitibus, fugerunt. Et reversus est Sapor pudore suffusus. » Mox dixerat Nisibin precibus S. Jacobi et S. Ephræmi liberatam. Hanc liberationem memorat etiam *Liber chalifarum* (ap. Land, *Anecdota Syriaca* p. 2 text. syr.) « Sapor, rex Persarum, inquit, venit in Mesopotamiam ut Nisibin subjugaret; obsedit eam sexaginta sex diebus. Jacobus autem Nisibis episcopus per orationem suam expulit exercitum ejus exinde. »

Concinunt scriptores græci, inprimis Theodoretus in *Hist. eccles.* II, 26 vel 30 juxto alios (*Patrol. gr.* LXXXII, 1077-79,) his verbis : « Sapore autem Persarum rege bellum Romanis inferente, Constantius collecto exercitu Antiochiam profectus est. Hostes vero profligavit non Romanorum exercitus, sed piorum inter Romanos Deus. Victoriæ vero modum qualis fuerit exponam. Nisibis, quam nonnuli Antiochiam Mygdoniæ nominant, in Persici et Romani imperii finibus sita est. Ejus episcopus urbisque custos erat Jacobus.... Urbem cui præerat, Romanis subditam, Persicus exercitus obsidebat. Qui ad septuaginta dies obsidione perducta, helepoles multas mœnibus admovens, multisque aliis machinis, vallisque et fossis urbem circumcingens capere eam non potuit. Tandem alveo fluvii, cui Mygdonii nomen est, qui mediam intersecat urbem, procul obstructo, et ripis utrinque altius exaggeratis, ut fluentem aquam coërcerent, ubi tantam aquæ copiam vidit ut aggerem inundaret, subito eam veluti machinam in murum immisit : qui vim illius vehementissimam non sustinens convulsus disjectusqne est. Hoc ipsum passa et altera murorum pars, per quam Mygdonius erumpebat, concidit, vim aquæ non sustinens. Quod cernens Sapor in spem venit nullo se negotio urbe potiturum. Et eo quidem die quievit, ut limus aresceret, vadoque fluvius transiri posset. Postridie admotis copiis, cum per disjectas muri partes aditum in urbem speraret, murum utraque ex parte instauratum laboremque a se frusta susceptum videt. Divinus enim ille vir precibus suis et militum reliquorumque incolarum animos confirmavit, et murum extruxit, et irruentes oppositis machinis repulit. Atque hæc perfecit, non ad murum accurrens, sed intus in divino templo omnium Dominum invocans. Saporem autem non solum obstupefecit exstructionis celeritas, sed aliud quoque spectaculum exterruit Vidit enim stantem in muro quemdam ornatu imperatorio, et radiantem ejus purpuræ ac diadematis fulgorem. Quem Romanorum imperatorem esse ratus, mortem iis intentabat qui eum non adesse nuntiarant. Sed confirmantibus illis vera esse quæ dixerant et Antiochiæ prorsus morari Constantium asserentibus, visum hoc quid significaret intellexit, Deumque pro Romanis pugnare dixit. Et indignatione percitus miser saggittam in aerem misit, non ignorans configi eum non posse qui corporis expers sit, sed furoris impetum non ferens. Tum vero admirandus Ephraem, scriptor inter Syros præstantissimus, Jacobum oravit, ut sibi liceret mœnia conscendere (Ἰάκωβον ἱκέτευσεν ἐπιβῆναι τοῦ τείχους) Quum annuisset (εἴξας δὲ οὖν) vir divinus, turrim quandam conscendit, et innumerabilem cernens multitudinem execratione alia non est usus sed scyniphes et culices in eos immitti postulavit, » Reliqua refert Theodoretus, ut supra Greg. Barhebræus. Idem factum rursus narrat in *Historia religiosa* I, ubi Ephræmi mentio non fit.

Cl. D. Bickell (*Carmina Nisib.* p. 13-14) immerito verba Theodoreti refert ad obsidionem anni 350, de qua agit Julianus apostata, *serm.* 1 et 2. Obsidio enim anni 350 sub Vologese contigit et duravit centum dies vel plus quam tres menses, obsidio autem anni 338 contigit sub S. Jacobo et duravit dies 70, vel 66 juxta librum Chalipharum. Chronicon Alexandrinum (*Patrol. gr.* XCII, 718, 723) memorat duas Nisibis odsidiones : primam ad an. 337, quæ duravit dies 63 ; alteram sub an. 350 quæ duravit centum dies quamque e Vologesis epistola describit. Theophanes etiam duas obsidiones memorat : primam ad an. 1 Constantii precibus S. Jacobi post dies 63 solutam ; alteram 12 annos postea. Nicephorus *Hist. Eccl.* IX, 28 Theodoretum presse sequitur. Georgius, Arabum episcopus, in *Epist. ad Josue* (ap. Forget *de Vita et Scriptis Aphraatis* p. 23) sequitur etiam Theodoretum.

[1] Obiit S. Jacobus anno Æræ vulgaris 338. Hoc testantur *Chronicon Edessenum* et Dionysius patriarcha ap. Asseman. Bibl. or. I, 18, 395. Hoc idem testatur Elias Nisebenus. Vid. Greg. Barhebræi *Chronicon eccl.* II, 32, not.

ܘܒܬܪ ܙܒܢܐ ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ ܩܘܣܛܢܛܝܘܣ.
ܘܩܡ ܒܬܪܗ ܩܘܣܛܣ . ܘܒܝܘܡܝ
ܕܩܘܣܛܣ ܐܬܝܕܥ ܝܘܠܝܢܘܣ ܗܘ ܪܫܝܥܐ .
ܘܗܘܘ ܩܪ̈ܒܐ ܘܫܓܘܫܝܐ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ·
ܒܟܠܗܘܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ . ܘܒܬܪ ܡܘܬܗ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܘܣ . ܐܡܠܟ ܗܘ ܪܫܝܥܐ . ܘܗܘܘ
ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܒܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ ܒܪܕܘܦܝܐ ܗܘ ܕܪܕܘܦܗ
ܩܫܝܐ ܕܛܪܘܢܐ . ܘܟܕ ܢܚܬ ܠܐܪܥܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ
ܢܣܒ ܡܣܬܟܪܢܘܬܗ ܐܝܟ ܕܫܘܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܐ
ܕܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ . ܘܐܡܠܟ ܒܬܪܗ ܝܘܒܝܢܘܣ
ܘܢܛܪܗ ܠܦܓܪܐ ܪܫܝܥܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܡܠܟܐ .
ܘܐܫܩܠܗ ܥܡܗ ܘܩܒܪ ܠܗ ܒܢܨܝܒܝܢ .
ܘܦܩܕ ܠܒܢܝ̈ ܢܨܝܒܝܢ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢܗ ܘܟܕ
ܕܢܦܩܘ ܐܫܠܡܗ ܠܦܪ̈ܣܝܐ ܐܝܟ ܐܝܢܐ ܗܘ
ܕܗܘܐ ܀

8. Post certum tempus obiit Constantius, cui successit Constis [1]. Ejus diebus inclaruit impius Julianus ; hoc etiam tempore exorta sunt bella ac seditiones in omnibus urbibus. Post mortem autem Constantis (Constantii) regnavit iste Impius, cujus dura et tyrannica persecutione durante, christiani in angustiis magnis versati sunt. Quum autem in terras Persarum descendisset, dignam sua impietate pœnam accepit in regione inimicorum suorum [2]. Regnavit post eum Jovinianus (Jovianus), qui impii imperatoris funera curavit juxta ritum regium et cadaver secum tulit ac in Nisibin sepelivit. Jussit deinde ut Nisibeni urbe exirent, quibus egressis, urbem Persis tradidit juxta conventionem factam.

Ephræmus e Nisibi transit in Beth-Garbaia.

ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܩܡ ܘܐܬܪܥܡ
ܥܠܘܗܝ ܕܪܫܝܥܐ ܘܥܠ ܪܕܘܦܝܐ ܕܗܘܐ
ܒܝܘܡܘܗܝ . ܘܗܘܐ ܕܝܢ ܒܢܨܝܒܝܢ ܗܘ ܛܘܒܢܐ
ܥܕܡܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܘ ܕܐܫܬܠܡܬ ܠܦܪ̈ܣܝܐ :
ܒܪܡ ܫܠܡܘܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܙܒܢܐ ܘܥܒܪܗ .
ܗܝܕܝܢ ܢܦܩ ܡܢ ܬܡܢ . ܘܐܬܐ ܠܕܘܟܬܐ
ܕܡܬܩܪܝܐ ܒܝܬ ܓܪܒܝܐ . ܘܬܡܢ ܩܒܠ ܗܘܐ
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܡܫܝܚܝܬܐ . ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪ
ܫܢܝ̈ܢ ܬܡܢܥܣܪܐ . ܘܬܡܢ ܗܘܐ ܡܙܡܘܪܐ .
ܘܐܬܪܒܝ ܗܘܐ ܒܩܪܝܢܐ ܕܟܬܒܐ ܠܘܬ ܗܘ
ܕܐܥܡܕܗ ܀

9. Interea surgens beatus Ephræm verba habuit in impium (Julianum) et in persecutionem ejus diebus exortam [3]. Remansit autem Nisibi donec urbs Persis tradita fuisset ; tunc urbe egressus secessit in locum Beth-Garbaia appellatum, ubi susceperat baptismum quum esset annos octodecim natus, ubi et psalmos didicerat ac lectioni Scripturarum initiatus fuerat ab eo qui eum baptizaverat [4].

[1] Auctor confundit successionem filiorum Constantini. Constans quippe ante Constantium obiit. Hujus mors evenit an. 361. Ei successit Julianus apostata.

[2] Decessit 26 julii 363.

[3] Codex add. 14.571 Musæi Brit. anni 519 quatuor continet hymnos ab Ephræmo conscriptos contra Julianum apostatam quos edidit Overbeck, *S. Ephræmi aliorumque opera selecta.* Oxonii, 1865.

[4] Cf. D. Bickell. *Conspect. rei Syr. litter.* p. 27, voces ܩܒܠ ܗܘܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ minus recte reddit : « baptismum suscepit » quasi Ephræmus qui, juxta Acta, Concilio Niceno interfuerat adeoque annum quinquagesimum prætergressus erat quum venit in Beth-Garbaia, tunc tantum baptismum suscepisset. Eodem errore laborant Acta vaticana quæ pro ܩܒܠ ܗܘܐ habent ܩܒܠ « suscepit, » et insuper tradunt Ephræmum annos 28 natum fuisse quum baptismum suscepit. Omnes difficultates quas Acta vaticana pepererant circa baptismum S. Ephræmi nostro textu diluuntur. Copti in Synaxario, juxta J. S. Assemanum, *Bibl. Or.* I, 31, not., Ephræmum Nisibi a S. Jacobo baptizatum

ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܩܡ ܗܘܐ ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ
ܥܕܬܐ ܆ ܘܥܪܩ ܡܢ ܬܡܢ ܠܐܡܝܕ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܬܡܢ
ܗܘܐ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ . ܘܡܢ ܕܥܒܪܬ ܫܢܬܐ ܚܕܐ
ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ . ܘܟܕ ܚܙܐܗ ܡܢ
ܡܪܚܘܩܐ ܨܒܐ ܠܡܥܡܪܘܬܗ . ܘܩܝܡ
ܒܨܒܝܢܗ ܕܬܗܘܐ ܠܗ ܒܗ ܡܥܡܪܐ ܟܠܗܘܢ
ܝܘܡܬܐ ܕܚܝܘܗܝ ܀

ܘܟܕ ܐܬܐ ܕܢܥܘܠ ܠܡܕܝܢܬܐ . ܡܛܐ ܠܢܗܪܐ
ܐܝܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܨܢ ܆ ܐܝܢܐ ܕܚܕܪ ܠܗ ܠܡܕܝܢܬܐ .
ܘܐܘܕܩ ܚܙܐ ܢܫ̈ܐ ܕܗܢ ܡܫܝ̈ܓܢ ܟܬ̈ܢܐ . ܘܟܕ ܩܡ
ܥܠ ܣܦܬܗ ܕܢܗܪܐ ܘܗܘܐ ܚܙܐ ܠܗܝܢ . ܐܢܬܬܐ
ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܬܠܬ ܥܝ̈ܢܝܗ̇ ܒܗ . ܘܡܥܝܢܐ
ܡܬܒܩܝܐ ܗܘܬ ܒܗ ܛܒܐܝܬ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܬܚܡܬ
ܥܠܝܗ̇ . ܟܕ ܐܡܪ : ܐܢܬܬܐ ܠܐ ܒܗܬܐ ܐܢܬܝ ܆
ܗܝ ܕܝܢ ܥܢܬ ܘܐܡܪܬ ܠܗ . ܕܠܟ ܝܐܐ
ܕܬܚܘܪ ܒܐܪܥܐ ܡܛܠ ܕܡܢܗ̇ ܐܬܢܣܒܬ . ܕܝܠܝ
ܗܝ ܕܝܢ ܕܐܚܘܪ ܒܟ . ܡܛܠ ܕܡܢܟ ܗܘ ܢܣܝܒܐ
ܐܢܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܬܡܗ ܒܡܠܬܐ ܘܝܕܥ ܠܚܟܡܬܗ̇
ܕܐܢܬܬܐ ܘܐܙܠ ܡܢ ܬܡܢ . ܘܐܡܪ ܗܘܐ
ܒܡܕܥܗ ܆ ܕܐܢ ܢܫ̈ܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ
ܚܟܝܡܢ : ܓܒܪ̈ܝܗ̇ ܐܦ ܒܢ̈ܝܗ̇ ܟܡܐ
ܡܚܟܡܝܢ ܀

10. Exorta autem contra Ecclesiam persecutione, secessit inde in urbem Amidam, ubi exiguo tempore mansit; anno quippe transacto venit Edessam, Mesopotamiæ urbem, qua a longe conspecta, consilium iniit quod mente firmiter tenuit, ut ibi, reliquis vitæ diebus, domicilium haberet. Edessam venit.

11. Quum autem in eo esset ut urbem ingrederetur advenit ad amnem, Daisan appellatum, qui urbem circum alluit, et circumspiciens vidit mulieres lintea lavantes. Dum autem staret in ripa fluvii eas considerans, mulier una ex illis oculos in eum direxit et diu eum intuita est. Cui ille indignatus ait: « Mulier ita ne pudorem exuisti ? » Quæ respondit ei : « Tui es in terram aspicere, quia ex ea sumptus es ; mei autem est in te aspicere quia ex te sumpta sum. » Ipse autem verbo attonitus, sapientia mulieris agnita, recessit inde intra se dicens: « Si mulieres hujus urbis adeo sapientes sunt, quanto magis viri, qui eam incolunt[1]. » Sapiens mulieris dictum.

tradunt, antequam Nicæna synodus celebraretur Maronitæ et Melchitæ (ap. Alsleben, *Das leben des H. Ephræm des Syrers*, Berlin 1853, p. 43) vera falsis miscent docentes Ephræmum anno ætatis 18 baptizatum, sed post mortem S. Jacobi.

[1] Concinunt Acta vaticana. Refertur etiam istud dictum a Metaphraste in Vita S. Doctoris, a S. Gregorio Nysseno in suo S. Ephræmi Encomio, a Sozomeno, *Hist. Eccl.* III, 16, qui addit : « Admiratus mulierem Ephræm, rem ut acciderat peculiari libro exposuit, quem quidem librum doctissimi Syrorum inter præstantissimos illius libros collocarunt. » Metaphrastes aliud acute dictum subjungit quod Maronitæ etiam in Synaxario referunt. Memoratur etiam in *Apophtegmatibus Patrum*, et a græco anonymo « Cum dies aliquot transiissent et sanctus Ephræm moraretur Edessæ, mulier quædam meretrix, quæ in propinqua habitabat vicinia fit maligno instrumentum ad vitium et per eam, sicut prius per serpentem, justum aggreditur Ephræm. Cum itaque S. Ephræm cibum quemdam pararet, illa, aperta fenestra quæ erat in corte, impudenter despicit, et plane meretricie : et deinde cum Sanctum aspexisset inverecunde : « Benedic, inquit, Abba. » Ille vero cum eo, qui ipsum decebat, habitu, gestu et sermone : « Dominus, inquit, benedicat tibi. » Ipsa autem rursus cum vehementi et indecoro risu, ad eum : « Sed quid, inquit, tuo cibo deest. » Ille vero : « Tres, inquit, lapides, et parum luti ut hæc obstruatur fenestra. » Illa interim nihil remittens de sua impudentia : « Quod te, inquit, priores appellavimus, hocne te effecit insolentem? Ego volo tecum dormire. Tu-ne autem statim hoc mihi primo negasti? » Ad hæc, quæmadmodum illa verbis satanicis, ita multo magis ipse sermonibus abundavit spiritualibus, et quales ipsum dicere, et eam oportebat audire « Si vis enim, inquit, nos ambos simul dormire, ubi tibi dixero, illic pariter jacebimus. » Postquam vero illa sermonem arripuit, et rogavit locum, ubi hoc fieri

Balneatori operam locat.

ܘܐܬܐ ܘܥܠ ܠܡܕܝܢܬܐ . ܘܣܡ ܒܢܦܫܗ
ܕܢܦܠܘܚ ܥܠ ܐܓܪܐ ܘܢܬܪܣܐ ܠܚܡܐ . ܡܛܠ
ܕܐܘܡܢܘܬܐ ܠܐ ܝܠܦ ܗܘܐ . ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܚܕ ܒܠܢܝܐ
ܚܕ ܘܦܠܚ ܥܡܗ . ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܘܪܗܝ
ܣܓܝܐܗ ܚܢܦܐ ܗܘܬ ܘܡܦܢܐ ܗܘܐ ܘܕܪܫ ܗܘܐ
ܥܡܗܘܢ ܡܢ ܟܬܒܐ . ܟܠ ܐܡܬܝ ܕܗܘܬ
ܗܘܬ ܠܗ ܡܫܟܚܢܘܬܐ ✤

Monachi suasu in montem secedit.

ܟܕ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘܡܝܢ : ܦܓܥ ܒܗ
ܒܫܘܩܐ ܕܝܪܝܐ ܚܕ ܚܣܝܐ . ܘܫܐܠܗ . ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܢܬ ܛܠܝܐ .. ܘܐܘܕܥ
ܡܦܩܗ ܘܟܠܗ ܡܕܒܪܢܘܬܗ . ܘܥܢܐ ܐܡܪ
ܠܗ ܕܝܪܝܐ ܗܘ : ܐܝܟܢܐ ܐܝܬܝܟ ܟܪܣܛܝܢܐ .
ܘܥܡ ܚܢܦܐ ܡܬܗܦܟ ܐܢܬ . ܪܓܐ ܐܢܬ .
ܕܒܥܠܡܐ ܠܡܗܘܐ . ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .
ܠܐ ܡܪܝ .. ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܕܝܪܝܐ . ܡܟܝܠ ܐܚܝ
ܡܠܟ ܠܟ ܝܗܒ . ܕܬܐܙܠ ܠܘܬ ܚܕ ܡܢ ܝܚܝܕܝܐ
ܕܒܐܬܪܐ . ܘܗܘܝ ܐܢܬ ܥܡܗ ܘܗܘ ܢܛܪ ܠܘܬ
ܢܦܫܟ ܕܝܠܟ . ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܫܡܥ ܢܩܦܗ .
ܘܢܦܩ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ . ܠܛܘܪܐ ܕܥܠ
ܓܒ ܐܘܪܗܝ ܠܡܥܪܒܐ ܡܢܗ . ܕܣܓܝܐܐ
ܕܝܪܝܐ ܥܡܝܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗ . ܘܡܥܒܪ ܗܘܐ ܬܡܢ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܒܨܘܡܐ ܡܬܝܚܐ .
ܘܒܨܠܘܬܐ ܐܡܝܢܬܐ . ܟܕ ܐܡܝܢܐܝܬ ܒܟܬܒܐ
ܡܬܗܓܐ ܡܬܪܢܐ ܗܘܐ ✤

12. Urbem ingressus, quum nullam artem didicisset consilium iniit pro mercede operam suam locare ut sibi panem procuraret. Adiit itaque quemdam balneatorem et cum eo laboravit. Ea tempestate magna Edessæ pars ethnica erat; Ephræmus ethnicos edocebat et cum eis e Scripturis disputabat quoties facultas ipsi dabatur.

13. Quadam autem die occurrit ei in platea venerabilis monachus qui interrogavit eum : « Unde es-tu, puer[1]. » Cui ille totam vitæ suæ rationem aperuit. Adjecit monachus : « Quo modo, christianus cum sis, cum gentibus conversaris ? Num in mundo vis remanere ? » Respondit ei Ephræmus : « Nequaquam, Domine. » Reposuit monachus : « Igitur, frater mi, consilium tibi do ut pergas ad quemdam e solitariis hujus loci vivasque cum eo, et ille animæ tuæ curam habebit. » Hisce auditis, monacho se adjunxit et e civitate exivit in montem ad latus occidentale Edessæ situm ubi multi monachi degebant[2]. Commorabatur ibi sanctus Ephræmus jejunia ac orationes protrahens et assidue Scripturas perscrutans.

opporteret, « Non alio, inquit loco tecum congrediar, nisi in medio civitatis. » « Sed non, inquit illa, pudore atque rubore aperte afficiemur a videntibus hominibus, si sic nos ibi jaceamus in medio. » Capta autem est mulier, quæ voluit capere impatibilem et inexpugnabilem animam. Cum vero statim veluti ansam verbum apprehendisset vir præclarus, contra intulit : « Si ergo hominum judicasti oculos satis esse ad pudore afficiendam animam, et a mala actione abducendam : Dei oculos qui omnia intuentur, tam quæ clam quam quæ aperte fiunt, nonne multo magis reverebimus, et extimescemus, et a re mala abstinebimus : qui semper nobiscum habitantem in nobis excitat conscientiam, et ex ea nobis reservat tormenta quæ finem non accipiunt ? » Hæc suffecerunt non solum ad meretrici persuadendum, ut abstineret ab improba in eum libidine, sed ut priorum etiam eam malorum pœniteret. » Ita Metaphrastes.

1 Ephræmus tunc ætatem quinquaginta annorum prætergressus dictamine familiari puer appellatur.

2 Mons ille appellabatur ܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ *mons Edessæ*. Eum accurate descripsit Sachau in *Zeitschrift der Deut. Morg. Geselschaft*, 1882 p. 142. Nomen hodie habet *Nimroud-Dagh* ; exurgit supra arcem urbis in altitudinem centum metrorum. Hodie desertus olim domicilium præbuit vivis et defunctis. In ejus latere innumeræ cernuntur speluncæ olim a solitariis inhabitatæ, vel sepeliendis mortuis destinatæ. Ostenditur sepulchrum S. Ephræmi in monasterio S. Sergii.

ܘܟܕ ܗܘ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܝܢ ܡܙܡܘܪܐ ܘܨܠܘܬܐ
ܗܘܐ ܗܘ̇ ܚܣܝܐ ∴ ܥܕܡܐ ܗܘܐ ܠܦܠܓܗ
ܘܢܦܩ ܠܒܪ . ܘܚܙܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܚܬ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܒܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ . ܘܒܐܝܕܗ ܟܪܟܐ
ܚܕ ܪܒܐ ܘܟܬܝܒ ܗܘܐ ܡܢ ܐ̈ܦܘܗܝ ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ .
ܘܡܠܐܟܐ ܐܡܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ .
ܠܡܢ ܐܬܠܝܘܗܝ ܠܗܢܐ ܟܘܪܟܐ ܕܒܐܝܕܝ
ܐܚܝܕ . ܘܥܢܘ ܘܐܡܪܘ ܠܗ . ܠܚܣܝܐ
ܠܐܘܓܢܝܣ ܚܣܝܐ ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܡܨܪܝܢ . ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܡܠܐܟܐ . ܠܐ ܐܬܦܩܕܬ ∴ ܘܬܘܒ ܐܡܪ .
ܠܡܢ ܐܬ ܕܫܘܐ ܠܗ . ܘܐܡܪܘ ܠܗ . ܠܝܘܠܝܢܘܣ
ܚܣܝܐ . ܘܥܢܐ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܘܐܡܪ ∴ ܠܝܬ
ܐܢܫ ܡܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܕܫܘܐ ܠܗ ∴ ܐܠܐ ܐܢ ܐܦܪܝܡ
ܣܘܪܝܝܐ ܕܒܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܘܟܕ ܗܠܝܢ
ܚܙܐ ܗܘ ܚܣܝܐ ܘܫܡܥ ∴ ܣܒܪ ܗܘܐ
ܕܚܙܘܐ ܗܘ ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܚܙܘܐ ∴
ܘܐܗܡܝ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ✤

ܡܬܐܡܪܐ ܕܝܢ ܥܠܘܗܝ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܫܡܥܬܐ . ܕܟܕ ܗܘ ܛܠܝܐ ܙܥܘܪܐ . ܕܚܙܐ
ܒܚܠܡܐ ܐܘ ܒܚܙܘܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܕܡܫܬܥܝܢ ܘܐܦ
ܗܘ ܟܬܒ ܒܕܝܬܩܐ ܕܝܠܗ . ܕܝܠܕ ܫܒܫܬܐ
ܒܠܫܢܗ : ܘܪܒܬ ܘܡܠܬ ܟܠܗ ܬܚܝܬ
ܫܡܝܐ . ܘܝܗܒܬ ܣܓܝܐܐ ܒܥܘܬܟܐ . ܘܐܝܟ
ܗܘܬ ܟܠ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܐܟܠܐ ܗܘܬ ܡܢܗ
ܣܓܝ ܗܘܘ ܡܣ̈ܬܟܠܝܢ ✤

14. Quadam nocte cum psalmis et orationi ille monachus instaret, extra cellam egressus vidit, media nocte, angelum Dei e cœlo descendentem et in manu ejus magnum volumen ex utraque parte scriptum. Dixit autem angelus ad eos qui cum monacho adstabant : « Cuinam dabo volumen. quod manibus teneo ? » Qui responderunt : « Eugeni (?) deserti Ægyptiaci solitario[1]. » Reposuit angelus: « Mandatum non accepi. » Et rursus : « Quis illo dignus est ? » Responderunt : « Julianus monachus. » Reposuit Angelus : « Nullus hominum hodie illo dignus est, præter Ephræm Syrum in monte Edessæ. » Quibus visis et auditis, monachus putavit hanc visionem phantasma quoddam esse et rem neglexit[2].

15. Refertur autem de Sancto Ephræm hæc narratiuncula. Cum puer esset vidit in somno seu visione, ut quidam narrant et ipse scripsit in Testamento suo, crescere palmitem in lingua sua,,qui, cum crevisset et omnia sub cœlo implevisset protulit botros in abundantia et eo magis botri multiplicabantur quod aves cœli eos manducatum venirent[3]. Visio palmitis in lingua Ephræmi.

[1] Acta vaticana habent ܐܘܪܝܓܢܣ *Origenes.*

[2] Refertur ista visio in Actis Syriacis brevioribus, a S. Gregorio Nysseno, a Metaphraste et ab anonymo græco apud Vossium, et in *Apophtegmatibus Patrum* ap. Migne *Patrol. gr.* LXV, c. 167.

[3] In Actis vaticanis eadem visio paulo aliter : « Quum Ephræm puer in sinu matris jaceret, visus est annasci ejus linguæ palmes, qui cum illico ad cœlum usque increvisset botrorum myriadas, acinorum autem myriadas myriadum protulit : Botri nempe sermones (ܡ̈ܠܐ), acini vero hymnos (ܡܕܪ̈ܫܐ) significabant. » Sed audiatur S. Doctor in Testamento suo : « Quum adhuc parvulus essem et me in sinu suo gestaret mater vidi quasi per somnium quod revera evenit. Vitis ex ore meo repente progerminavit, quæ crevit ad cœlum usque et botros innumeros innumeraque folia produxit. Expandebatur enim, augebatur, protendebaturque, dilatabatur circumferabatur et amplificabatur. Colligebantur ex ea botri nec deficiebant. Et quo magis colligebantur botri, eo magis multiplicabantur. Botri sermones, folia hymnos significabant. » Referunt hanc visionem S. Gregorius Nyssenus, Metaphrastes, auctor græcus anonymus, Menologium Basilii et Menologium armenum. Memoratur etiam in Apophtegmatibus Patrum, ap. Migne, *Patrol. gr.* t. LXV, col. 167.

Scribit commentaria in pentateuchum.

ܒܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܒܨܦܪܐ ܆ ܢܦܩ
ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܠܒܪ ܕܚܒܝܫ ܗܘܐ ܂ ܘܐܫܟܚܗ ܕܝܬܒ
ܘܟܬܒ ܦܘܫܩܐ ܕܣܦܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܡܘܫܐ ܆
ܘܐܬܕܡܪ ܥܠ ܣܘܓܐܗ ܕܚܟܡܬܐ ܆ ܘܕܝܢܐ
ܡܘܗܒܬܐ ܕܣܘܟܠܐ ܘܡܣܟܠܘܬܐ ܐܬܝܗܒܬ܆ ܠܗ
ܡܢ ܐܠܗܐ ܂ ܟܕ ܕܝܢ ܫܠܡܗ ܠܣܦܪܐ ܩܕܡܝܐ
ܘܫܪܝ ܒܣܦܪܐ ܕܬܪܝܢ ܆ ܐܣܬܟܠ
ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ܆ ܒܫܪܪܐ ܕܚܙܘܐ ܕܚܙܐ
ܥܠܘܗܝ ܂ ܘܐܚܒܗ ܛܒ ܘܢܣܒܗ ܠܗܘ
ܟܬܒܐ ܂ ܘܐܝܬܝܗ ܠܡܕܝܢܬܐ ܂ ܘܐܥܠܗ ܠܐܣܟܘܠܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܂ ܘܚܘܝܗ ܠܡܠܦܢܐ
ܘܠܟܗܢܐ ܘܠܪ̈ܫܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܂ ܘܟܕ ܩܪܘܗܝ
ܐܬܕܡܪܘ ܂ ܘܐܣܬܒܪܘ ܠܗܘܢ ܕܝܚܝܕܝܐ ܐܟܬܒܗ
ܠܟܬܒܐ ܗܢܐ ܂ ܘܐܚܕܘܗ ܒܐܝܕܝܗܘܢ ܠܓܒܪܐ ܂ ܗܘ
ܕܝܢ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܩܥܐ ܗܘܐ ܂ ܕܠܐ ܐܢܐ ܟܬܒܬ
ܦܬܓܡܘܗܝ ܐܠܐ ܐܦܪܝܡ ܢܨܝܒܢܝܐ ܂ ܘܐܫܬܥܝ
ܠܗܘܢ ܚܙܘܐ ܕܚܙܐ ܘܗܝܡܢܘܗܝ ܂ ܡܫܝܚܐ ܕܝܢ
ܗܘ ܕܐܡܪ ܂ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܕܬܬܛܫܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠ
ܛܘܪܐ ܒܢܝܐ ܂ ܐܙܝܥ ܗܘܐ ܠܠܒܘܬܗܘܢ ܕܡܗܝܡܢܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܣܠܩܘ ܠܘܬܗ ܠܐܬܪ ܕܥܡܪ ܗܘܐ ܂
ܘܟܕ ܐܪܓܫ ܒܗܘܢ ܓܢܒ ܡܢܗܘܢ ܆ ܘܐܬܛܫܝ
ܡܢ ܩܕܡ ܥܝܢܝܗܘܢ ܀

Aufugit sed ab angelo corripitur.

ܘܟܕ ܢܚܬ ܠܢܚܠܐ ܚܕ ܂ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܡܠܐܟܗ
ܕܡܪܝܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܂ ܐܦܪܝܡ ܠܐܝܟܐ ܥܪܩ ܐܢܬ ܂
ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܡܪܝ ܆ ܕܐܬܒ ܒܫܠܝܐ ܂

16. Quadam autem die ille idem monachus quum mane exivisset ad beatum Ephræmum foris ubi inclusus vivebat, invenit eum sedentem et scribentem commentarium in librum primum Moysi et miratus est quantum sapientiæ et intelligentiæ donum viro minime exculto datum a Deo fuerat[1]. Quum autem primo absoluto secundum Ephræmus inchoasset, intellexit monachus veritatem visionis quam de eo viderat. Dilexit itaque eum valde, et assumptum librum attulit in civitatem detulitque in scholam quæ in civitate erat atque ostendit doctoribus, sacerdotibus et primoribus civitatis. Quo lecto, mirati sunt, putantesque librum a solitario scriptum esse manibus eum apprehenderunt. At ille voce magna clamavit : « Non scripsi ego librum, sed Ephræm Nisibenus. » Narravit deinde eis visionem quam viderat et crediderunt. Christus autem qui dixit : « *Non potest abscondi civitas supra montem ædificata*[2], incitavit corda fidelium civitatis ut ascenderent quo manebat, quod animadvertens Ephræmus aufugit ab eis et ab eorum oculis se subduxit.

17. Quum porro in vallem quamdam descendisset apparuit ei angelus Domini dicens : « Ephræm, quo fugis ? » Qui respondit : « Domine,

[1] Antequam hoc commentarium scriberet S. Ephræmus jam hymnos et sermones vulgaverat. Refert enim Gregorius Barhebræus in *Ethicis* (Assem. B. O. I, 166) : « ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܝܢ ܕܟܢܘܫܝܐ ܩܕܝܫܐ ܕܢܝܩܝܐ ܫܪܝ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܗܘ ܕܝܠܢ ܠܡܥܒܕ ܡܕܪ̈ܫܐ ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܒܙܒܢܗ A tempore sancti concilii in Nicæa congregati cœpit sanctus Ephræm noster cantica et hymnos adversus sui temporis hæreses conscribere. » Et revera hymni in Nisibin et tres ejus episcopos S. Jacobum, Babu et Vologesem scripti fuerunt, antequam Vologeses e vivis migraret. Hymni qui sequuntur in Abraham etiam conscripti fuere circa an. 363 antequam S. Ephræm e Nisibi migraret. Ejusdem ætatis sunt hymni in Julianum apostatam. Vid. *Carmina Nisib.* 11-22.

[2] Matth. V. 14.

ܘܐܬܪܘܩ ܡܢ ܫܓܘܫܝܗ ܕܥܠܡܐ. ܐܡܪ
ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܚܙܝ܂ ܠܐ ܢܬܐܡܪ ܥܠܝܟ ܗܝ
ܕܐܬܐܡܪܬ: ܕܐܦܪܝܡ ܥܪܩ ܡܢܝ܆ ܐܝܟ ܥܓܠܬܐ
ܕܡܪܕܐ ܒܟܬܦܗ ܡܢ ܢܝܪܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܒܟܐ
ܐܡܪ. ܡܪܝ ܡܚܝܠ ܐܢܐ. ܘܠܐ ܫܘܐ ܐܢܐ.
ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܡܠܐܟܐ. ܓܒܪܐ܆ ܠܐ ܐܢܫ
ܡܢܗܪ ܫܪܓܐ: ܘܣܐܡ ܠܗ ܬܚܝܬ ܣܐܬܐ:
ܐܠܐ ܥܠ ܡܢܪܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܚܙܘܢ ܢܘܗܪܗ. ܘܟܕ
ܣܓܝܐܬܐ ܡܠܠ ܥܡܗ܆ ܦܪܚ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ. ܘܩܒܠ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ
ܘܗܦܟ ܠܐܘܪܗܝ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܢܦܩܘ ܠܘܬܗ
ܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚܘܗܝ ܗܦܟܘ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܟܕ
ܡܛܐ ܗܘܐ ܠܬܪܥܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ
ܐܦܪܝܡ ܘܨܠܝ܆ ܘܟܕ ܒܟܐ ܐܡܪ ܗܘܐ.
ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܝܗܒܬ ܫܘܠܛܢܐ ܠܫܠܝܚܝܟ ܩܕܝܫܐ܆
ܥܠ ܣܛܢܐ ܘܥܠ ܚܝܠܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ.
ܗܒ ܠܝ ܚܝܠܐ ܡܢ ܠܘܬܟ܆ ܘܣܚܘܦ ܡܢ
ܩܕܡܝ ܠܟܠܗܘܢ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܩܝܡܢ ܠܘܩܒܠ
ܝܘܠܦܢܟ. ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ: ܥܠ ܠܓܘ
ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ܆ ܘܐܪܡܝ ܢܦܫܗ ܒܚܕ ܡܢ
ܦܘܪ̈ܓܠܐ ܕܫܘܪܐ ܘܕܡܟ. ܘܟܕ ܢܓܗ ܥܠ
ܨܦܪܐ ܒܓܘ ܡܕܝܢܬܐ܆ ܚܙܐܘܗܝ ܗܢܘܢ
ܕܢܩܦܘ ܒܬܪܗ ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ. ܘܩܥܝܢ
ܗܘܘ ܘܡܓܚܟܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. ܘܐܡܪܝܢ
ܠܚܕܕܐ. ܬܘ ܚܙܘ ܠܗܢܐ ܐܣܟܡܐ.
ܕܪܕܦܢ ܒܬܪܗ ܘܥܪܩ ܡܢܢ. ܘܚܫܒܘܗܝ
ܪܚܡ ܫܘܒܚܐ ܣܪܝܩܐ. ܘܐܚܕܘ ܐܝܬܝܘܗܝ
ܗܘܘ ܠܡܨܥܬ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܚܙܐ ܡܢ
ܟܠܢܫ. ܗܘ ܕܝܢ. ܠܐ ܐܬܙܝܥ. ܐܠܐ ܒܟܠ
ܡܟܝܟܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܐܬܪܟܢ ܩܕܡܝܗܘܢ
ܘܐܡܪ. ܫܒܘܩܘ ܠܝ ܐܚܝ.. ܐܠܐ ܓܝܪ
ܡܫܟܚܐ ܐܢܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐܘܗ ܡܟܝܟ

ut in silentio sedeam, et effugiam strepitum mundi. » Dixit ei angelus : « Vide, ne narretur de te quod dictum est : *Ephræm fugit a me tanquam vitula, cujus scapula renuit jugum*[1]. » Ille autem flens dixit : « Domine, infirmus sum et prorsus indignus. » Dixit ei angelus : « *Vir, nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super candelabrum ut omnes ejus lumen videant*[2]. » Plura autem cum eo locutus evanuit ab ejus oculis, et Beatus reversus est Edessam. Qui autem egressi erant ad eum, illo non invento, redierunt in urbem. Sanctus Ephræm cum pervenisset ad portam urbis prostravit se orans et cum fletu dixit : « Domine, qui dedisti potestatem Apostolis tuis sanctis super satanam et exercitus ejus, da mihi virtutem tuam, et subverte coram me omnes hæreses quæ insurgunt contra doctrinam tuam. » Hisce dictis, intra portam progressus projecit se in unam e mæniorum turribus ibique dormivit. Mane cum urbem ingressus esset vir; qui eum secuti fuerant, viso illo atque agnito, clamabant cum irrisione ad invicem dicentes: « Venite, videte hominem hunc habitu modestum quem prosecuti sumus et qui fuga se proripuit a nobis. » Eum igitur vanæ gloriæ amatorem existimantes apprehenderunt et mediam in civitatem traxerunt ut ab omnibus aspiceretur. Ipse autem nihil commotus, sed cum magna humilitate coram eis inclinatus dicebat : « Dimittite mihi,

[1] *Os.* X, 11, juxta versionem syriacam.

[2] *Matth.* V, 15.

fratres mei, ego enim pauper sum. » Illi autem magis clamabant : « Venite, videte insanum hunc et stultum. » Ipse autem transiens per plateas civitatis docebat atque erudiebat multos[1].

Lapidatur ab hæreticis et ethnicis.

18. Quodam autem die solitarius quidam divino Spiritu illuminatus descenderat in civitatem ut emeret sibi cibos. Videns porro beatum Ephræmum per urbem circumeuntem eum secutus est clamando : « *Hic est ventilabrum in manu Domini quo purgabit*[2] *omnem aream suam et Zizania hæreseos.* Hic est ignis de quo dicit Dominus noster : *Ignem veni mittere in terram.*[3] » Quibus auditis, primores civitatis : hæretici, ethnici et Judæi, ira exarserunt et arreptum eduxerunt extra civitatem et lapidaverunt ac fere exanimem reliquerunt. Mane facto, surrexit, fugiit in montem et inclusit se ubi erat prius.

Scribit contra hæreses. Ejus discipuli.

19. Tunc temporis multa scripsit adversus hæreses tunc grassantes[4]. Plures etiam habuit discipulos et primum quidem Zenobium, altaris Edessæ diaconum, Mar Isaacum, Asunum, Julianum et Simeonem. Hisce Ephræmi doctrina peculiarem indidit gratiam. unde et ipsi cum aliis discipulis, quos Ephræm multos habuit, scholam constituerunt[5].

[1] Quæ nn. 16-17 hic narrantur, habentur etiam, paucis mutatis, in Actis vaticanis. Alibi autem non memorantur.

[2] Cfr. *Matth.* III, 12.

[3] *Luc.* XII, 49.

[4] Acta vaticana addunt miracula tunc ab ipso patrata fuisse.

[5] Acta vaticana nominant Zenobium, Isaacum, Simeonem, Abrahamum. S. Doctor in suo Testamento laudibus effert quinque ex suis discipulis. Sunt autem hi : Aba (ܐܒܐ), Abraham, Simeon vel Simon (ܫܡܥܘܢ), Mara (ܡܪܐ), Zenobius (scribitur ܙܢܘܒܝܘܣ ܙܢܘܒ ܙܢܘܒ) ; reprobantur in eodem Testamento

ܒܗ ܕܝܢ ܒܙܒܢܐ ܗܘ̇ : ܟܕ ܣܓܝܘ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ
ܣܓܝܐܐ ܘܫܡܥ ܠܬܕܡܘܪ̈ܬܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܒܐܣܝܠܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܣܪܝܐ
ܕܩܦܕܘܩܝܐ ܀ ܬܘܒ ܫܡܥ ܡܬܝܐܒ ܗܘܐ
ܠܡܚܙܝܗ ܘܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܀ ܕܒܓܠܝܢܘܬܐ
ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܀ ܢܬܚܘܐ ܠܗ ܥܠܘܗܝ
ܕܒܐܣܝܠܝܘܣ . ܘܒܥܘܬܐ ܡܬܟܫܦܢܝܬܐ
ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ . ܕܢܓܠܐ ܠܗ ܐܝܟܢܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܪܒܐ ܒܐܣܝܠܝܘܣ . ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ
ܝܘܡܝܢ ܐܬܚܙܝ ܒܚܙܘܗܝ ܠܥܡܘܕܐ ܘܬܗܪܐ :
ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܥܡܘܕܐ ܕܢܘܪܐ ܕܩܐܡ ܩܕܡ
ܦܬܘܪܐ ܩܕܝܫܐ : ܘܗܘ ܕܪܫܗ ܡܛܐ ܠܫܡܝܐ
ܠܫܡܝܐ . ܘܩܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ . ܘܐܡܪ .
ܐܦܪܝܡ ܐܦܪܝܡ . ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܬ ܠܥܡܘܕܐ ܗܢܐ
ܕܢܘܪܐ . ܗܟܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܪܒܐ ܒܐܣܝܠܝܘܣ ܀

ܘܡܚܕܐ ܕܢܣܒ ܬܪܓܡܢܐ ܠܗ : ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ
ܝܘܢܝܐ ܠܡܡܠܠܘ . ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ ܢܦܩ ܘܐܙܠ
ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܝܡܐ . ܚܙܐ ܡܥܠܐ ܗܘܐ ܕܒܝܡܐ

duo: Paulina, vel Paulona (ܦܘܠܝܢܐ vel ܦܘܠܘܢܐ) et Aurit, seu Arnat vel Arvad (ܐܘܪܝܬ ܐܪܢܛ ܐܪܘܕ ܐܘܪܕ). Sozomenus, *Hist. Eccl.* III, 16, eosdem memorat his verbis: « Dicitur (Ephræm) circiter tricies centena versuum millia in universum scripsisse; multosque habuisse discipulos, qui doctrinam ejus studiose æmulati sunt. Inter quos nobilissimi fuerunt Abba, Zenobius, Abraham, Mara, et Simeon: quibus Syri, et quicunque apud Syros sunt exquisitioris doctrinæ, magnopere gloriantur. Nec secus Paulonam et Aranad eloquentiæ causa celebrant: eos tamen a vera fidei doctrina aberrasse dicunt. » Horum Ephræmi discipulorum scripta nulla hucusque prodierunt. Antonius Rhetor Tagritensis aliqua Abbæ verba adducit in suo tractatu de S. Chrismate ap. Wright, *Catal. of Syriac manuscripts in the British Museum*, p. 831; quædam excerpta ex ejus Commentariis in psalm. et Evangel. et ex sermone in Job leguntur in cod. add. Musæi Britanici 17,194 foll. 34. 44, 48, 59, 62, 74 ap. eumdem Wright. *Lib. cit*, p. 102. Mar Isaac hic indicatus alius est ab Isaaco Antiocheno, cujus scripta colligere et vulgare incœpit Bickell. Isaac, Ephræmi discipulus, Romam se contulit sub Arcadio imperatore ut capitolium videret. Quum inde reverteretur, dum transiret per Constantinopolin in carcerem conjectus fuit. Tandem in urbe Amida presbyteri munere functus est, ut narrat Jacobus Edessenus in *Epist. ad Josue Stylitam* ap. Wright, *Lib. cit.* p. 603. Abraham autem, qui inter Ephræmi discipulos recensetur, alius est ab Abraham Qidunaia in quem S. Ephræmus hymnos conscripsit, quos e codicibus Musæi Britannici infra dabimus. Fusius autem de Abrahamo Qidunaia sermo erit ubi de hymnis in eum agemus.

Julianus non memoratur alibi quam in nostris Actis. Forsan Actorum auctor per Julianum erronee intellexit Julianum Sabam, quem hymnis celebravit S. Ephræmus.

Zenobius, teste Barsusan Jacobitarum patriarcha (Assem. *Bibl. Or.* I, 169), magister fuit Isaaci doctoris. Ejus scripta hæc enumerat Hebedjesu in *Catalogo*: « Zenobius, inquit, scripsit contra Marcionem, et contra Pamphylium. Item epistolam ad Isidorum, et Lucillum, et Abraham et Job. »

20. Intra hoc tempus mira percrebuit fama Sancti Basilii, Cæsareæ in Cappadocia episcopi. Inde vehemens desiderium Ephræmum subiit tantum virum invisendi. Operam igitur navavit ut divina Spiritus sancti illuminatione certior redderetur de rebus Basilii. Idcirco supplex Deum deprecabatur ut ipsi revelaret qualis esset magnus Basilius. Quadam autem die exstasi raptus vidit stantem ante mensam sanctam columnam ignis, cujus vertex ad cœlum usque porrigebatur. Vox autem de cœlo clamabat: « Ephræm, Ephræm, qualem vidisti hanc columnam ignis, talis est magnus Basilius[1]. Desiderat videre S. Basilium.

21. Illico, assumpto secum interprete, quia græce loqui nesciebat, sanctus Ephræmus profectus est. Quum ad mare pervenisset vidit Navigat in Ægyptum tempestatem sedat et monstrum occidit.

[1] Hæc eadem visio narratur in Actis vaticanis. Habetur etiam in antiqua Ephræmi *Vita* quæ Amphilochio in multis codicibus adscribitur sed anonymi est auctoris, ut constat e pervetusto codice Vallicelliano ap. J. S. Asseman. *S Ephræmi Opp. Græco-lat.* t. III, p. XXXI. At in hac vita Ephræmus statim post hanc visionem Cæsaream cum interprete proficiscitur, dum in Actis syriacis pergit in Ægyptum.

ܠܝܡܐ . ܘܚܙܐ ܐܠܦܐ ܕܐܙܠܐ ܠܡܨܪܝܢ . ܘܣܠܩ
ܒܗ̇ ܘܪܕܬ ܒܥܘܡܩܗ ܕܝܡܐ . ܘܡܢ ܫܠܝܐ ܩܡ
ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ ܥܠܥܠܐ ܘܡܫܬܓܫܢܘܬܐ ܡܫܢܐ :
ܐܝܟ ܕܒܨܪ ܩܠܝܠ ܠܬܬܗܦܟ ܐܠܦܐ : ܐܠܨܘ
ܘܛܥܢܗ̇ ܕܒܗ̇ ܢܫܕܘܢ ܒܝܡܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܡܢ
ܓܠܠܐ ܕܚܝܠܐ ܕܝܡܐ ܡܬܛܪܦܐ ܗܘܬ . ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܕܘܝܕ . ܕܣܠܩܝܢ ܠܫܡܝܐ ܘܢܚܬܝܢ ܠܬܗܘܡܐ .
ܡܠܚܐ ܕܝܢ ܪܗܛܘ ܕܢܦܩܘܢ ܗܘܘ ܘܢܥܪܩܘܢ .
ܘܦܢܝܘ ܠܥܒܕܗ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ
ܐܦܪܝܡ ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܓܒܪܐ ܐܚܝ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ .
ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܗܘ ܕܦܪܩܗ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܐܝܠܝܢ
ܕܥܡܗ ܡܢ ܡܚܫܘܠܐ ܕܝܡܐ ܗܘ ܡܦܪܩ ܠܢ
ܡܢ ܥܠܥܠܐ ܗܢܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܒܣܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܠܘܗܝ . ܐܝܟ ܕܫܛܝܐ ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ .
ܘܗܘ ܐܬܟܪܥ ܘܨܠܝ ܒܕܡܥܐ : ܘܪܫܡܗ
ܠܝܡܐ ܒܪܘܫܡܐ ܕܨܠܝܒܐ ܘܐܡܪ . ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܗܘ ܕܒܙܒܢ ܒܣܝܪܘܬܐ
ܘܡܬܛܒܥܢܘܬܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܒܫܡܗ
ܩܕܝܫܐ ܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟ . ܐܫܬܠܝ ܒܫܠܝܐ ܗܘܝ .
ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ . ܢܝܚܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܗܘܐ .
ܘܟܠܗܘܢ ܡܠܚܐ . ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܐܠܦܐ .
ܢܦܠܘ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܘܗܝ . ܘܡܫܬܡܫܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐܠܗܐ . ܟܕ ܪܕܘ ܙܥܘܪ
ܩܠܝܠ ܒܝܡܐ . ܢܦܩ ܬܢܝܢܐ ܡܣܬܟܠܢܐ ܐܝܟ
ܥܠܝܗܘܢ ܡܢ ܥܘܒ ܝܡܐ . ܘܐܬܬܒܪܘ ܟܠܗܘܢ .
ܘܗܘܘ ܒܚܫܐ . ܘܐܡܪܘ ܗܘܠܐ . ܕܡܢ ܡܢ
ܝܡܐ ܐܫܬܘܙܒܢ . ܗܘܐ ܚܝܘܬܐ ܠܐ ܫܒܩܐ ܠܢ
ܕܢܚܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܐܦܪܝܡ ܪܫܡ ܐܢܘܢ
ܒܨܠܝܒܐ ܘܩܛܠܗ̇ . ܠܚܝܘܬܐ ܗܝ̇ . ܘܟܕ
ܫܡܥܬܗ . ܡܝܬܬ ܒܪܓܥܐ . ܘܛܦܝܐ ܗܘܬ

navim euntem in Ægyptum et ascendit eam; dum autem in altum ferrentur, repente exorta est tempestas et fluctus ita sævierunt ut navis pene subverteretur, et omne illius onus nautæ in mare projicerent. Porro navis terribilibus exagitabatur fluctibus, qui, ut ait David, *ascendebant usque in cælum et descendebant usque in abyssum*[1]; nautæ autem gravi metu correpti e navi fugere volebant; tunc Sanctus Ephræm dixit eis: « Viri fratres, ne timeatis. Deus enim qui liberavit Paulum ejusque comites a fluctibus maris ipse liberabit nos ab hac tempestate. » At illi verba ejus ut insanientis spernebant. Ille vero inclinatus oravit cum fletu signavitque mare signo crucis dicens: « In nomine Domini nostri Jesu-Christi, qui, incarnationis suæ tempore, te a submergendis ejus discipulis compescuit, in sancto ejus nomine tibi præcipio, illico quiescere. » Hisce dictis, facta est tranquillitas magna, omnesque nautæ ac ceteri qui in navi erant ceciderunt ad pedes ejus, ei, veluti ac si Deus ipse fuisset, obsequium præstantes. Quum autem paululum in mare progressi essent, immane monstrum e sinu maris irrupit in eos, omnes autem dolore ac timore correpti exclamarunt: « A mari liberati sumus, sed bellua non sinit nos vivere. » Sanctus autem Ephræm signavit eos cruce et occidit belluam. Audita quippe ejus voce, illico mortua est et super aquis

[1] *Ps.* CVI, 26.

ܥܠ ܡܝܐ . ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܠܝܒܫܐ ܦܪܫܘ
ܡܢܗ ܒܟܪܝܘܬܐ ܪܒܬܐ ܀

ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܠܡܨܪܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܐܢܛܝܩܘ . ܘܫܐܠ ܬܡܢ ܕܐܝܟܢܐ ܢܦܩ ܐܢܫ
ܠܡܕܒܪܐ ܠܘܬ ܕܝܪܝܐ ܕܐܣܩܝܛܝܣ . ܘܟܕ ܐܬܐ
ܐܫܟܚ ܡܥܪܬܐ ܚܕܐ . ܘܩܠܝܬܐ ܣܦܝܩܬܐ .
ܘܥܠ ܠܗ ܗܘ ܘܗܘ ܡܬܪܓܡܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ
ܥܡܗ . ܘܗܘܘ ܬܡܢ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ ܀

ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ : ܡܢ ܟܕ ܫܪܝ
ܗܘܐ ܒܕܝܪܝܘܬܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܚܝܘܗܝ ܀
ܠܐ ܐܟܠ ܠܚܡܐ ܐܠܐ ܐܢ ܕܣܥܪܐ . ܘܙܒܢ ܒܙܒܢ
ܐܦ ܘܝܪܩܐ . ܫܬܝܗ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܡܝܐ . ܒܣܪܗ ܕܝܢ ܗܘܐ ܩܦܝܣܘ ܥܠ
ܓܪܡܘܗܝ ܀ ܐܝܟ ܚܨܦܐ ܕܦܚܪܐ . ܘܡܐܢܘܗܝ
ܠܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܙܘܕܐ ܡܣܪܩܐ ܨܘܐܐ
ܕܡܣܠܝܐ . ܒܩܘܡܬܗ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܙܥܘܪ : ܚܙܘܗ ܕܝܢ ܟܡܝܪ ܗܘܐ ܒܟܠܙܒܢ .

fluitabat. Cum igitur ad terram appulissent, magna cum tristitia se ab eo separarunt.

22. Ipse vero perrexit in Ægyptum in urbem Antiqu[1] appellatam et ibi inquisivit quo modo exire posset in desertum ad monachos Scetenses. Quo cum pervenisset invenit specum quoddam et cellam vacuam in quam cum interprete socio ingressus est, permanseruntque ibi multis diebus[2].

23. Sanctus autem Ephræmus, a quo tempore vitam monachalem incœpit usque ad finem vitæ, non comedit nisi panem hordeaceum et interdum legumina arida et olera. Potus ejus aqua erat. Carnes ejus super ossibus desiccatæ erant sicut testa figuli. Vestes ejus e pannis detritis confectæ squallebant. Statura parvus, vultu perpe- Ephræmi mores.

[1] Antinu appellatur in Actis vaticanis.

[2] Octo annis ut infra habetur. Iter Ephræmi in Ægyptum asseritur etiam in Actis vaticanis tum brevioribus tum prolixioribus et in his quidem describuntur tempestas ab Ephræmo sedata belluaque marina ab eo occisa ac deinde S. Doctoris commoratio in deserto inter monachos per octo annos ejusque cum Arianis disputationes et dæmoniaci mira sanatio ab eo effecta. Quæ omnia eodem fere modo hic narrantur. Observantur tamen inter utramque narrationem notabiles quædam differentiæ. Miraculum de occisione belluæ marinæ aliter narratur in Actis vaticanis. Nostra Acta silent de conversatione Ephræmi cum S. Pisa quam narrant Acta vaticana. In utroque documento notatur Ephræmum, linguæ græcæ ignarum secum assumpsisse interpretem, cœlitus autem accepisse donum loquendi ægyptiace. Sed in Actis vaticanis adjicitur Ephræmum Ægyptiace scripsisse sermones et homilias. Hoc autem valde dubium nobis videtur, quum omnes scriptores Syri et græci, præter Acta, de hac re altum teneant silentium. Exstant quidem coptice nonnulli Ephræmi sermones, sed putaverim meras esse versiones e græco aut syriaco, sicut arabice habentur sermones e græco translati. Nemo nescit multos Ephræmi sermones in plures linguas, nominatim in græcam, latinam, slavicam, armenam, arabicam, copticam et æthiopicam fuisse translatos. Putaverim etiam miracula in mare patrata, quorum nemo, præter Acta, mentionem fecit, factum esse ingenii jacobitici qui Ephræmo tribuere voluerit aliquam cum Paulo naufrago similitudinem. De Ephræmi autem in Ægypto itinere, præter Acta vaticana et parisiensia, silent omnes antiqui tum Syri, tum Græci. Imo antiqua Ephræmi *Vita*, Amphilochio olim adscripta, illud excludit. Refert enim Ephræmum postquam habuisset visionem, supra n. 20 relatam, « Statim sine mora adhibito interprete, eo quod ipse linguæ græcæ rudis et ignarus esset, venisse ad magnam ecclesiam celebris urbis Cæsareæ: ad quam ipso vespere sanctæ solemnitatis sanctorum Theophaniorum pervenit. » (*S. Ephræmi Opp. gr. lat.* III, p. XXXI). Utique nihil impossibile aut inverisimile habet quod Ephræmus, ut alii monachi Syri in Ægyptum ad invisendos S. Antonii discipulos se contulerit. Quod autem ibi per octo annos degerit, ut asseritur in Actis, hoc cum tota serie gestorum Ephræmi et anno mortis ejus conciliari nequit.

ܘܠܐ ܡܬܦܪܓ ܗܘܐ ܠܓܘܚܟܐ ܥܠ ܟܠܗ .
ܘܐܬܟܢܝ ܡܪܝܪܐ ܘܣܟܝܠܐ ܀

Ejus in Ægypto commemoratio.

ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܡܨܪܝܢ . ܫܢܝܢ ܬܡܢܐ . ܟܕ ܡܪܕܐ
ܗܘܐ ܠܟܠܢܫ ܕܢܕܚܠ ܐܠܗܐ . ܬܩܦܬ ܗܘܐ
ܪܕܘܦܝܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܐܪܝܘܣ ܘܐܦ ܒܐܬܪܘܬܐ
ܐܚܪܢܐ . ܘܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܡܢ ܕܝܪܝܐ ܕܡܨܪܝܢ .
ܕܐܬܠܘܘ ܡܢ ܠܦܠܓܗ . ܕܐܪܝܘܣ ܐܦܢܝ
ܗܘܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ : ܡܛܠ ܕܐܬܪܥܝ
ܗܘܐ ܒܠܫܢܐ ܡܨܪܝܐ . ܘܡܢ ܡܘܗܒܬܐ
ܕܐܠܗܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܘܐܦ
ܡܬܕܪܫ . ܕܘܝܐ ܕܝܢ ܚܕ ܕܝܪܝܐ ܡܢ ܐܪܝܢܘܣ
ܕܒܗ ܐܪܝܘܣ . ܣܒܐ ܛܡܐܐ ܘܚܪܫܐ :
ܘܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܠܟܠܢܫ ܐܝܟ ܢܟܦܐ ܘܚܣܝܐ :
ܘܡܥܒܕܢܘܬܐ ܣܛܢܝܬܐ ܐܝܟ ܫܡܥܘܢ ܗܘܐ .
ܐܝܟ ܫܡܥܘܢ ܚܪܫܐ : ܘܥܒܕ ܗܘܐ ܦܫܩܣ
ܗܘܐ ܟܕ ܚܬܡܗܘܢ . ܘܡܦܩܝܢ ܗܘܐ
ܒܟܠܗ ܡܨܪܝܢ . ܘܟܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܚܙܝܗ
ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܡܠܦ ܗܘܐ ܠܐܚܐ ܚܕ

tuo mœstus, raribarbius nunquam risui indulgebat[1].

24. Fuit autem in Ægypto annis octo omnes ad pietatem informans. Creverat persecutio ab arianis ibi et in aliis locis; multos autem Ægypti monachos Arii partibus addictos ad veram fidem convertit. Didicerat quippe linguam Ægyptiacam et per Dei donum loquebatur et disputabat cum eis. Maledictus autem quidam monachus ex hæresi ariana senex impurus et veneficus qui ab omnibus probus asceta existimabatur et diabolica operatione, ut Simon magus, præstigia faciebat incantamentisque dæmones ejiciebat ac famosus evaserat in tota Ægypto, quadam die vidit sanctum Ephræmum in instruendo fratrem ariana hæresi imbutum. Magno igitur impetu insiliens in sanctum

[1] Ephræmi indolem et virtutes fusius prosequitur S. Gregorius Nyssenus in ejus Encomio et post Gregorium Nyssenum Metaphrastes in *Vita S. Ephræmi*. Ipse Ephræmus de se in suo Testamento ait : « Noctibus et diebus in tota vita mea neminem conviciatus sum, neque cum ullo contendi, ex quo vitam hausi. » In eodem Testamento obsecrat suos discipulos ut absque ulla solemnitate et pompa eum sepeliant ac ejus exequias celebrent, sed pro peccatore assiduas fundant preces. Celebrat Gregorius Nyssenus Ephræmi fidem ejusque in debellandis hæreticis strenuitatem, necnon spem et charitatem qua ejus animus flagrabat erga Deum et erga proximum, castitatem etiam, paupertatis amorem, atque humilitatem quam maximam. Addit hoc quod in multis Ephræmi sermonibus se prodit : « Jam vero diffluentes lacrymas referre volenti, vere oboriuntur lacrymæ : cum vix absque lacrymis ejus lacrymarum pelagus liceat transfretare. Nulla quippe dies, nulla nox, nulla diei noctisque pars, nullumque brevissimi temporis momentum fuit, in quo non vigiles ipsius oculi lacrymis conspicerentur profusi : nunc enim communes, nunc privatas, ut aiebat, calamitates absurditatesque deplorabat. Neque tantummodo ubi de pœnitentia, de moribus, de rectis vitæ institutis agit ipsum plangentem ac suspirantem inveniet : verum etiam et in ipsis laudationibus... Quis ejus de humilitate orationem legens, non omnem mox de se existimationem, stultamque arrogantiam deponat, ac se omnium abjectissimum confiteatur ? Quis ea quæ de charitate conscripsit lectitans, non sic accendatur, ut ad quodvis etiam subeundum periculum paratus sit ? Quis illa evolvens quibus castitatem laudat, non se Deo castum corpore, animoque offerre contendat ? Quis audiens vel legens ejus sermones, quibus judicium extremum, sive secundum Christi adventum describit, non ita corde et animo afficiatur, quasi ad illud judicium jamjam sistendus esset ? metuque sic exhorrescat, ac si adversus ipsum judicis sententia feratur ? Nam ita futurum istud Dei judicium accurate ac plene expressit, et ob oculos omnium statuit præclarus ac sanctus hic Vir, ut ad ejus cognitionem aliud nil videatur deesse, nisi ut res ipsa agatur, ac coram fiat. » Et infra : « Tantam sapientiæ abundantiam largitus illi fuerat Deus, ut quamtumvis ei perpetui quasi verborum fontes suppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam essent. Illudque non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat. » Narrat etiam præclarum Ephræmi artificium ad destruendum Apollinarii hæretici librum.

[Syriac text]

virum maledictis convitiisque gravibus eum impetivit. Quum autem quotidie diris, probris ac vexationibus Ephræmum afficeret, sanctus vir ad eum conversus dixit : « Non licet tibi creatura Dei ad loquendum abuti. » Eodem momento, dæmon qui intus latebat manifestans se cœpit allidere monachi manus pedesque ac caput. Congregati sunt omnes deserti monachi ut viderent in quamnam humiliationem in senectute incidisset qui in Ægypto adeo celebrabatur. Nemo autem ad eum accedere audebat. Viso eo, beatus Ephræm commiseratione motus est. Apprehensa igitur ejus manu, totis membris contremiscens execrabili dæmoni imperavit hisce verbis : « In nomine Domini nostri Jesu-Christi, qui Hierosolymis pro hominum salute cruci affixus fuit, tibi præcipio ; exi de hoc plasmate et imagine Dei, » confestimque dæmon exivit. Surgens autem monachus adoravit eum : « Adoro te, inquit, serve Dei, qui solvisti me a servitute satanæ et jugo crucis me subjecisti. Ab illa hora correxit suos mores et transiit ad veram fidem. Scripsit autem Sanctus Ephræmus multos libros[1] in deserto et celebrari cœpit.

25. Post hæc non amplius sustinuit remanere ibi ; egressus igitur se contulit ad littora maris ad locum quo naves a Cæsaræa[2] adveniebant, ut inviseret S. Basilium in sancta Epiphaniæ Domini die, quo comme- Venit Cæsaream ad S. Basilium.

[1] Non dicit eum scripsisse lingua ægyptiaca, quod affirmant Acta vaticana.

[2] Videtur auctor confudisse Cæsaream Palæstinæ cum Cæsarea Cappadociæ quæ procul a mari distabat.

ܡܪܝ ܡܡܐ . ܘܟܕ ܥܠ ܠܬܡܢ ܀ ܫܐܠ
ܡܛܠ ܠܒܣܝܠܝܘܣ ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܕܠܡܚܪ
ܚܙܐ ܐܢܬ ܠܗ ܒܥܕܬܐ . ܘܩܡ ܗܘܐ ܒܫܘܩܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܐܢܫ ܠܐ ܡܩܒܠ ܠܗܘܢ . ܘܒܓܘ
ܒܥܕܬܐ ܗܘ ܥܡ ܡܢ ܚܒܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ . ܠܨܦܪܐ
ܕܝܢ ܥܠ ܗܘܐ ܡܛܫܝܐܝܬ ܠܥܕܬܐ : ܘܚܙܝܗ
ܠܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܒܥܕܬܐ . ܘܐܡܪ
ܠܡܬܪܓܡܢܐ ܗܘ ܕܥܡܗ . ܣܒܪ ܐܢܐ ܐܘ
ܐܚܝ ܕܣܪܝܩܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܠܢ ܠܡܐܬܐ . ܗܢܐ
ܓܝܪ ܕܒܕܪܓܐ ܝܩܝܪܐ ܗܢܐ ܦܫܝܛܐܝܬ
ܡܬܩܪܐ ܀ ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܐܝܟܘܬܗ ܐܝܟܢܐ
ܕܚܙܝܬܗ . ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ ܘܟܘܬܝܢܐ
ܡܨܒܬܢܝܬܐ ܀ ܟܕ ܚܕܪ ܠܗ ܟܢܘܫܝܐ ܟܗܢܐ
ܕܒܠܒܘܫܐ ܫܘܦܪܐ ܡܨܒܬܝܢ ܀ ܗܢܘܢ ܕܡܫܡܫܝܢ
ܠܗ ܒܟܠ ܙܝܚܐ . ܘܩܡ ܗܘܐ ܒܐܬܪܗ ܗܘ ܀
ܟܕ ܦܠܡ ܒܬܘܗܐ ܥܒܕ ܐܝܟ ܙܥܘܪܐ
ܦܫܝܛܬܐ . ܘܟܕ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܡܣܬܟܠܘ .
ܐܡܪ ܠܡܬܪܓܡܢܐ ܗܘ . ܕܐܚܝ ܐܘ ܐܚܝ ܀
ܕܣܒܠܢ ܝܘܩܐ ܘܚܘܡܐ ܀ ܐܝܟܐ ܗܝ ܥܘܕܪܢ
ܐܬܝܢܢ ܠܟܐ . ܘܐܝܟܢܐ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܕܒܫܘܒܚܐ
ܘܩܠܘܣ ܗܢܐ : ܡܫܟܚ ܕܢܗܘܐ ܥܡܘܕܐ ܕܢܘܪܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܬ . ܘܟܕ ܬܡܝܗ ܗܘܐ ܘܗܘ ܡܢܝ
ܐܦܝܣ . ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ . ܗܐ
ܣܠܩ ܛܘܒܢܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܡܩܕܫܐ ܠܒܐܡ
ܠܒܐܡܐ : ܕܢܦܫܩ ܠܥܡܐ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ .
ܘܚܙܐ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܡܠܠ
ܗܘܐ ܒܦܘܡܗ . ܘܐܬܕܡܪ . ܘܒܬܪ
ܦܣܘܩܐ ܦܣܘܩܐ . ܫܠܐ ܗܘܐ ܒܣܝܠܝܘܣ.

moratio fiebat sancti Mamæ. Quum illuc advenisset inquisivit de sancto Basilio[1]. Dictum illi fuit : « Cras videbis eum in ecclesia. » Stetit itaque cum socio in quadam civitatis platea. Mane ecclesiam occulte ingressus vidit ibi Sanctum Basilium, et dixit interpreti qui eum comitabatur : « Puto, frater, nos in vanum laborasse ut huc veniremus ; impossibile est enim ut qui in tam magnifico gradu positus est sit qualem vidi. Hic quippe stola candida et tunica fulgida indutus circumdatur cœtu clericorum magnificis vestibus ornatorum, qui eum cum tremore et pompa deducunt. » Valde igitur perplexus stabat clam et timide in loco suo. Quum igitur rem non intelligeret dixit interpreti : « O frater, nos qui portavimus pondus diei et æstus nihil profuerit huc venisse. Quomodo enim hic vir tanto decore et pompa circumdatus potest esse illa ignis columna quam vidi ? » Dum attonitus hæc intra se revolveret, ecce divus præsul Basilius bema ascendit ut populo libros sacros exponeret. Vidit autem beatus Ephræm Spiritum sanctum per os ejus loquentem et obstupuit[2]. Post singula, dum tacebat Basilius, populus plaudebat sed semel tantum. Beatus autem Ephræm bis exclamavit : « Euge, euge. » Conversus autem S. Basilius

[1] Iter S. Ephræmi Cæsaream ad S. Basilium memoratur in Actis vaticanis tum brevioribus tum prolixioribus, a S. Gregorio Nysseno, a Sozomeno, a Metaphraste, ab anonymo græco et in narratione Amphylochio adscripta. Merito P. Maranus illud etiam memorat in *Vita S. Basilii* n. 115. ap. Migne *Patrol. gr.* t. XXIX. Quum Basilius episcopus ordinatus fuerit anno 370 sequitur iter Ephræmi in Cæsaream hoc anno non esse anteriorem.

[2] Vidit Spiritum sanctum scilicet sub specie columbæ, ut habent Acta Vaticana, Gregorius Nyssenus, Anonymus Græcus, et Metaphrastes qui sic scribit : « Perspicaci oculo videbat quamdam columbam (erat autem illius forma radiis solis similis) præclaram ejus humero insidentem, et in aurem cum Basilio loquentem, et illum rursus ea quæ ab illa dictabantur referre populo.

ܘܡܣܬܟܠ ܗܘܐ ܒܬܪܗ ܒܟܠ ܚܝܠ ܐܦܝ̈ .
ܠܘܬ ܕܝܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܟܕ ܗܘܐ ܒܬܪܗ
ܠܐܬܪܐ ܕܥܠܝܗ ܐܝܟ ܐܝܟ . ܘܗܘܐ ܡܚܝܠ
ܒܥܡܠܗܘܢ ܡܬܚܒܠ ܗܘܐ ܘܐܙܠ ܠܗ .
ܘܩܪܒ ܠܘܬܗ ܠܓܘ ܕܥܡܐ ܕܠܗ . ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܥܘܠ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܐ . ܘܗܘܐ ܡܬܥܓܒ
ܐܝܟ ܕܢܬܐ ܕܡܣܟܢ ܒܥܡܡܐ ܘܠܥܠܡ ܙܒܢܐ .
ܟܕ ܐܝܟ ܚܢܝ ܠܗ ܠܘܬܗ ܘܐܡܪ ܠܗ .
ܦܩܘܕ ܡܪܝ ܘܥܘܠ ܠܐܢܕܝܩܘܢ ܐܒܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܩܪܐ ܠܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܦܪܝܡ . ܒܡܠܐ ܬܘܪܓܡܢܐ
ܕܢܝܗ ܠܗ ܠܡܠܐ : ܘܐܝܠܝ ܡܬܪܓܡܢܘܬܐ ܠܐܪܟ
ܕܝܐܩܘܢ ܗܘܐ ܗܘ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܦܩܘܕ ܡܪܝ ܕܥܘܠ ܠܐܢܕܝܩܘܢ . ܐܒܐ
ܐܒܘܢ ܕܝܠܟ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܪܐ ܠܟ . ܟܝ
ܗܟܢܐ ܗܘܐ ܟܕ ܡܬܪܓܡܢܐ ܠܗܘܢ ܠܐܪܟܝܕܝܩܘܢ .
ܦܢܐ ܘܐܡܪ ܠܐܪܟܝܕܝܩܘܢ . ܒܪܟ ܡܪܝ . ܐܒܐ
ܛܥܝܬ ܠܟ . ܚܢܢ ܓܒܪ̈ܐ ܚܢܢ ܐܟܣܢܝܐ .
ܘܠܐ ܝܕܥ ܠܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܘܗܦܟ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܘܐܘܕܥ ܗܠܝܢ ܠܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܡܚܕܐ ܥܒܪ ܒܝܬ ܥܡܐ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܩܐܡ ܗܘܐ
ܒܗ ܠܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ . ܘܗܦܟ ܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܐܡܪ ܠܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܙܠ
ܠܕܘܟܬܐ ܦܠܢܝܬ . ܘܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܗܘܢ
ܬܡܢ ܕܩܝܡܝܢ . ܗܟܢ ܐܡܪ ܠܗ . ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ . ܬܐ ܠܩܕܡ ܒܐܡܐ ܩܕܝܫܐ :
ܗܐ ܐܒܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܪܐ ܠܟ . ܘܟܕ ܐܙܠ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܕܠܗ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ . ܢܫܩ
ܠܪܓܠܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܐܡܪ
ܠܗ ܗܟܢ . ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܐܒܘܟ ܐܦ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܪܐ ܠܟ . ܦܘܫ ܘܥܘܠ ܠܒܝܬ
ܒܐܡܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܬܗܪ ܗܘ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ

eumque intuitus misit ad eum archidiaconum suum dicens: « Vade ad hunc locum[1] et invenies monachum capite cucullo opertum pannisque vestitum cum viro socio, ei dicito : « Jube, Domine, ingredere in sacrarium (?). Archiepiscopus vocat te. » Archidiaconus, discissa multo labore populi multitudine, confestim pervenit ad locum ubi Sanctus Ephræm constiterat dixitque ei: « Jube, domine, ingredere in sacrarium ; pater enim meus archiepiscopus vocat te. » Miram hanc rem per interpretem edoctus Ephræm archidiacono respondit : « Benedic, domine. Erras, pater, nos enim viri sumus advenæ, archiepiscopus non novit nos. » Reversus archidiaconus retulit hæc sancto Basilio. Confestim autem Ephræmus transiens inter populum recessit e loco in quo stabat in alium. Conversus vero sanctus Basilius dixit archidiacono : « Vade ad hunc locum et invenies eos ibi stantes. Sic dices ei : Domine Ephræm, veni coram sancto bemate. Ecce archiepiscopus vocat te. » Perrexit archidiaconus ad locum designatum, et, osculatis sancti Ephræmi pedibus, dixit ei: « Domine Ephræm, pater tuus archiepiscopus vocat te, age, ingredere ad sanctum bema. » Hisce obstupefactus Ephræm Deum laudavit, facta autem inclinatione, cœpit dicere : « Vere magnus es tu, vere magnus es. Columna ignis est Basilius, Spiritus sanctus vere per os ejus

[1] Antiqua Ephræmi vita olim Amphilochio adscripta in plerisque pro his quæ sequuntur fere verbotenus convenit cum nostris Actis ; addit autem hic hunc locum fuisse ad occidentem.

loquitur. » Petiit autem ab archidiacono ut posset ei responsum dare eumque salutare in gazophylacio post sanctam oblationem. Absolutis divinis sacramentis, vocavit Basilius syncellum suum et jussit ut arcesseret ad se sanctum Ephræm his verbis : « Accede, apostole Christi, ut tua præsentia fruamur. » Quum igitur beatus Ephræm accessisset, Basilius eum vultu mœstum, pannis vestitum et tacentem intuitus, surrexit et inclinavit coram eo caput dicens : « Sine, Domine, me pauperem et peccatorem, » et cecidit ante eum pronus in terram. Quum sibi invicem pacem dedissent, dixit ei Sanctus Basilius : « Sospes advenisti, pater deserti, dæmonum persecutor, quodnam est, o pater, suscepti laboris scopus ? Ad quid venisti invisere hominem peccatorem ? Det tibi Dominus præmium itineris tui. » Respondens autem Beatus Ephræm aperuit ei omnia quæ in corde recondita servabat. Et statim cum socio participes effecti sunt sanctorum sacramentorum e manibus antistitis.

Quum porro mutuum amorem sibi significassent divus præsul magnus Basilius dixit ei : « Dic mihi, pater, quomodo tu Syrus cum sis et quæ exponebam non intelligens per duas vices applaudisti ? » Respondit ei Ephræm : « Ita, pater, Spiritui sancto applaudebam, qui per os tuum loquebatur. » Surrexit Basilius et coram eo se prosternens dixit : « Utinam esses Basilius et ego Ephræm, et dignus habitus fuissem dono tibi a Domino con-

ܡܟܝܠ ܡܬܦܣܩܢܐ ܘܐܡܪ ܆ ܠܗ ܐܚܐ ܠܐ ܬܟܠܐ
ܗܘܝܬ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܘܐܬܐ ܐܦܪܝܡ .
ܘܐܫܬܘܕܥ ܠܡܗܝܡܢܘܬܐ ܗܕܐ ܕܢܦܩܬ ܠܟ ܡܢܢ .
ܘܒܬܪܟܢ ܐܡܪ ܠܗ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܐܚܝ .
ܠܐ ܬܟܠܐ ܡܢܝ ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܫܐܠܬ ܐܢܐ
ܡܢܟ . ܘܬܐ ܢܬܒܣܡ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܗܝ ܕܝܗܒ
ܐܠܗܐ ܐܫܦܥ ܠܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ
ܐܦܪܝܡ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܐܘ ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ..
ܐܦ ܠܝ ܒܥܘܬܐ ܚܕܐ ܐܝܬ ܠܝ ܠܘܬܟ . ܕܬ
ܡܢ ܒܥܘܬܗܘܢ ܕܠܡܬܦܝܣܘ . ܐܡܪ ܠܗ ܪܒܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ . ܦܩܘܕ ܡܚܝܒܐ ܐܢܐ ܠܟ
ܠܟ . ܡܛܠܬܗ . ܡܛܠ ܥܡܠܐ ܘܠܐܘܬܐ
ܕܣܒܠܬ ܠܘܬܝ . ܐܡܪ ܠܗ ܢܨܝܚܐ ܐܦܪܝܡ .
ܝܕܥ ܐܢܐ ܐܘ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܐ .. ܕܟܠ ܕܬܫܐܠ
ܠܐܠܗܐ ܝܗܒ ܠܟ . ܨܒܐ ܗܘܝܬ ܕܬܒܥܐ ܡܢ
ܐܠܗܐ . ܕܐܡܠܠ ܒܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ . ܘܟܕ ܗܕܐ
ܫܡܥ ܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܐܡܪ ܠܗ .
ܐܘ ܐܒܐ ܪܚܡܗ ܕܥܘܡܪܐ ܘܫܝܢܐ . ܫܐܠ ܡܢ
ܡܪܝܐ ܕܡܨܐ ܗܘ ܠܡܥܒܕ ܨܒܝܢܟ . ܟܬܝܒ
ܓܝܪ ܕܨܒܝܢܐ ܕܕܚ̈ܠܘܗܝ ܆ ܥܒܕ
ܒܥܘܬܗܘܢ ܘܫܡܥ ܘܦܪܩ ܠܗܘܢ . ܠܐ ܓܝܪ ܥܛܠܐ
ܗܘ ܠܗ ܡܕܡ . ܘܟܕ ܨܠܝܘ ܒܨܠܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܣܓܝܐܬܐ . ܘܩܡܘ ܡܢ ܨܠܘܬܗܘܢ ܆ ܐܡܪ
ܠܗ ܪܝܫܐ ܕܟܗܢܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܠܡܢܐ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܠܐ ܢܣܒ ܐܢܬ ܟܝܪܛܘܢܝܐ .
ܕܩܫܝܫܘܬܐ . ܠܫܘܠܡܗ ܠܟ ܓܝܪ . ܘܥܢܐ
ܠܗ ܒܝܕ ܡܬܪܓܡܢܐ ܘܐܡܪ . ܚܛܝܐ ܐܢܐ ܐܘ
ܐܒܐ .. ܐܡܪ ܠܗ ܕܝܢ ܕܐܢܐ ܚܛܗܝܟ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܠܝ . ܘܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܟܪܘܥ ܡܟܝܟܐ
ܘܟܕ ܟܪܥ ܗܘܐ ܥܠ ܐܪܥܐ . ܣܡ ܐܝܕܐ
ܕܐܠܗܐ ܐܝܕܗ ܥܠܘܗܝ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܐܡܪ
ܥܠܘܗܝ ܨܠܘܬܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ . ܘܡܚܕܐ ܐܡܪ

cesso. » Adjecit postea Basilius : « Frater, ne deneges mihi donum divinum quod a te exposco ; age, fruamur doctrina quam Deus largitus est tibi. » Respondens autem beatus Ephræm dixit : « Pater sancte, est etiam mihi una ad te petitio, quam suscipias omnino velim. » Respondit ei magnus Basilius : « Jube, multorum erga te debitor sum, præsertim ob laborem et defatigationem quam sustinuisti ut venires ad me. » Reposuit inclytus Ephræm : « Scio, o Sancte Domini, quia quæcumque poposceris a Deo dabit tibi. Vellem igitur poscas a Deo ut græca lingua loqui possim. » Hoc audito sanctus Basilius dixit ei : « O pater, cœnobii et solitudinis amator, postula a Deo qui voluntatem tuam adimplere potest. Scriptum est enim quod « facit voluntatem timentium se et preces eorum audit et salvat eos[1], » nihil enim ipsi difficile est. » Postquam igitur diu oravissent et ab oratione surrexissent dixit ei divus præsul Basilius : « Domine Ephræm, cur non accipis presbyteratus ordinationem ? Te quippe prorsus decet. » Respondit ei per interpretem : « Quia peccator sum, o pater... » « Utinam peccata tua mea essent, » reposuit Basilius, qui dixit ei : « Fac inclinationem. » Qui cum fecisset usque ad terram, divus præsul Ephræmo manum imposuit et recitavit super eum orationem diaconatus[2] et illico Ephræmo dixit : « Jube,

[1] *Psal.* CXIV, 19.

[2] Acta vaticana tum breviora tum prolixiora cum nostris Actis asserunt Ephræmum a Basilio diaconum, non presbyterum, ordinatum fuisse, ejus vero socium ordinem presbyteratus accepisse. Silent de hac re S. Gregorius Nyssenus, Metaphrastes, et græcus

ܠܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܩܘܡ ܘܐܩܝܡ ܠܢ .
ܘܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܒܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ .
ܦܩܘܕ ܘܐܩܝܡܢܝ ܐܠܗܐ ܂ ܒܛܝܒܘܬܟ .
ܘܐܬܕܡܪܘ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ . ܘܟܕ ܨܒܐ ܕܢܬܠ
ܠܗ ܒܪܬܘܒܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ : ܚܦܝܛܐܝܬ
ܐܬܟܫܦ ܠܗ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܗܕܐ ܠܐ ܢܥܒܕ .
ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܘܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ . ܘܡܠܠ
ܒܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܐ ܡܬܟܫܠܐܝܬ ܒܗ̇ ܒܫܥܬܐ
ܘܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܡܨܐ ܗܘܐ ܒܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܠܐ ܡܬܡܨܝܢܝܬܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ : ܐܚܝܕܗܘ

resuscita nos. » Tunc Dominus Ephræm lingua græca dixit : « Jube, suscita me Deus per gratiam tuam. » Mirati sunt omnes. Quum autem vellet Basilius ipsi ordinem presbyteratus conferre, instanter rogavit eum S. Ephræmus ut hoc non faceret quia Deo dignus non erat. Confestim autem græca lingua recte locutus est laudavitque Deum qui omnia potest quæ sunt hominibus impossibilia[1]. Retinuit autem

anonymus. *Vita* autem olim Amphilochio adscripta, prout edita est apud Vossium et in *Ephræmi Opp. syr. lat.* I, tradit Ephræmum in presbyterum ordinatum fuisse his verbis : « Spiritali itaque lætitia cum illis triduo refectus (Basilius), ordinatisque interprete in diaconum et ipso in presbyterum (Καὶ αὐτὸν πρεσβύτερον), eos dimisit in pace. » Supra tamen dixerat orationem diaconatus super Ephræmum recitatam fuisse, nulla presbyteratus mentione facta. In codice autem pervetusto Vallicelliano ejusdem Vitæ habetur : « Καὶ χειροτονήσας τὸν ἑρμηνέα διάκονον καὶ πρεσβύτερον id est quumque ordinasset interpretem diaconum et presbyterum, » ut Acta Syriaca habent. Amanuensis intruserit pronomen αὐτὸν in codicibus græcis et pro « diaconum et presbyterum » posuit « diaconum et *ipsum* presbyterum. » Unde ortus est error ille, quo Menologium Basilianum, Vincentius Bellovacencis, Trithemius, Versio latina Vitæ pseudo-Amphilochii ap. Bollandum t. 1 febr. p. 76 aliique Ephræmum presbyterum fecerunt. Nam una est antiquorum traditio Ephræmum diaconum non presbyterum fuisse. S. Hieronymus, cujus tam verax est eruditio, diserte asserit Ephræmum diaconum fuisse. Idem docent Sozomenus, Theodoretus, Palladius, Gennadius. Cfr. J. S. Assemanus, *S. Ephræmi Opp. gr. lat.* III. p. XLV.

Porro quod Acta tradunt Ephræmum a S. Basilio diaconum ordinatum nullam difficultatem ingerit. Vocatur quidem ab antiquis diaconus *edessenus*, at, non quia ab episcopo edesseno pro ecclesia edessena ordinatus fuerit, sed quia Edessæ ultimos suæ vitæ annos peregit ibique obiit. Recte J. S. Assemanus in hanc rem ait : « Constans est Syrorum opinio, quibus hac in re Sozomenus plurimum deferendum docet, a Basilio magno Ephræmum *diaconum* creatum, dictumque dumtaxat *Edessenum* a diutina conversatione in illa ecclesia et plebe. Ad Em. Baronii argumentum, *quod non esset* Basilii *juris syrum hominem ordinare* doctissime respondent Combeficius et Pagius. Paulo ante Ephræmi ordinationem, S. Athanasius Alexandrinus et Eusebius Samosatensis extra provinciam propter cogentem necessitatem ordinationes peragebant. Nec diaconi tantum aut presbyteri sine certis ecclesiis ordinabantur, sed etiam episcopi in Mesopotamia, ut Sozomenus lib. VI, 32 tradit de Barse, Lazaro et Eulogio, quorum duo ad Edessenum postea thronum temporibus Basilii et Ephræmi assumpti sunt, ut latet. I Bibl. Orient. 396 et 398 ostensum. » *Ephræmi Opp. gr. lat.* I, p. VIII. Cfr. Combefis *Notæ in Amphiloch.* Paris, 1644, p. 274. Ejus verba recitantur in Ephræmi *Opp. gr. lat.* I, p. LX.

[1] In Actis vaticanis additur Basilio donum linguæ Syriacæ simul concessum fuisse ; at recte Vita pseudo-Amphilochii cum nostris Actis de hac re silent. Quod Basilius aliquando Syriace locutus sit, alibi quam in Actis vaticanis memoriæ proditum non est.

Ephræm igitur S. Basilii precibus linguæ græcæ peritiam accepit. Putant socii bollandiani (*Acta Sanct.* t. I febr. p. 49, sqq) gratiam hanc in eo perdurasse neque solum ad illud cum Basilio colloquium fuisse concessam. Et infra asseritur Ephræmum græca scripta reliquisse. At J. S. Assemanus contrarium tenet (*Ephræm Opp. gr. lat.* I, p. VIII). Certe S. Hieronymus docet Ephræmum *Syro sermone* scripsisse et se legisse librum ejus de Spiritu sancto græce translatum. Theodoretus rem magis definit dicens (*Hist. Eccl* IV, 26) Ephræmum inter Syros scriptorem esse peritissimum qui « Syriaca usus lingua spiritualis gratiæ radios diffundebat. Nam etsi *Græcorum disciplinam* (παιδείας) *non degustarat* multiplices tamen illorum errores patefecit. » Sozomenus (*Hist. Eccl.* III, 16) docet Ephræmum lingua Syra scripsisse, græcæ vero eruditionis fuisse expertem, libros autem ejus, ipso adhuc vivente, in græcum sermonem transferri cœpisse et usque ad sua tempora transferri. Concinit Gregorius Barhebræus in Chronico ecclesiastico docens Ephræmum « nihil ex institutione Græcorum delibasse. » Quare cum J. S. Assemano concludimus donum linguæ græcæ Ephræmo collatum non perdurasse postquam Basilium reliquit. Cfr. quæ diximus t. I, Proleg. p. XXXII, sqq. De hac re rursus disputabitur infra.

ܕܝܢ ܠܘܬܗ ܠܬܪܬܝܢ ܫܒܘܥܝܢ. ܘܚܕܝ ܗܘܐ ܥܡܗ
ܪܘܚܢܐܝܬ. ܘܝܗܒ ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܐܦ ܕܩܫܝܫܘܬܐ. ܠܡܬܪܓܡܢܐ ܗܘ ܕܥܡܗ.
ܟܠܝܘܡ ܕܝܢ ܡܬܒܣܡܝܢ ܗܘܘ ܒܡܠܦܢܘܬܐ
ܪܘܚܢܝܬܐ. ܘܣܓܝܐܬܐ ܩܒܠ ܡܢܗ ܗܘ
ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ.

ܟܕ ܩܡ ܕܝܢ ܚܕ ܝܘܡܐ ܡܐܡܪ ܥܒܕ ܗܘܐ ܗܘ
ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܥܠ
ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܫܡܥ ܥܡܐ ܕܐܡܪ ܗܘ. ܕܒ
ܫܡܥܘܗ ܗܘܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܡܬܚܪܐ ܕܡܢܩܕܡ ܠܐ ܐܡܪ ܗܘܐ
ܪܘܚܐ. ܘܗܘܝ ܒܗ ܒܥܠܝ ܕܪܘܚܐ ܕܒ ܐܡܪ.
ܘܠܐ ܬܬܥܝܩܘܢ ܒܗܕܐ ܐܚܝ.. ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ
ܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ
ܫܡܥܬ. ܗܘܐ ܕܒܠܫܢܗ ܝܬܝܪ ܡܕܪܫ ܗܘܐ.
ܘܗܘܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܐܦ ܒܠܫܢܐ ܕܐܬܪܗ. ܕܠܐ
ܡܫܟܚܐ ܕܬܫܬܠܡ ܬܫܒܘܚܬܐ ܫܪܝܪܐ
ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܒ ܐܬܬܣܝܡ ܐܬܘܬܐ
ܕܡܬܩܪܝܐ ܘܐܘ ܥܠ ܐܦ ܫܡܗܐ ܐܠܗܝܐ.
ܘܬܬܐܡܪ ܗܟܢܐ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ
ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܗܘܝ ܚܕ ܫܠܝܐ ܘܫܬܩܘ
ܗܟܢܐ. ܘܐܬܬܪܝܨܬ ܕܝܢ ܒܟܠܕܘܟ ܗܟܢܐ ܡܫܬܠܡܐ
ܗܘܘ.

ܬܘܒ ܕܝܢ ܒܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ. ܟܕ ܦܫܩ
ܠܫܬܬ ܝܘܡܝܢ : ܟܕ ܩܡ ܝܘܡܐ : ܒܨܘܡܐ
ܕܬܪܝܢ ܕܨܘܡܐ. ܟܕ ܩܐܡ ܥܠ ܒܐܡܐ ܘܡܬܟܪܟ
ܠܥܡܐ : ܬܪܝܢܐ ܕܬܪܝܢ. ܥܠ ܗܝ ܕܐܡܪ

eum Basilius apud se per duas hebdomadas et gavisus est cum eo spiritualiter et dedit impositionem manus diaconatus et presbyteratus interpreti, Ephræmi socio. Quotidie autem doctrina spirituali se reficiebant et multa quidem divus præsul ab Ephræmo mutuatus est.

26. Quadam autem die surgens divus præsul concionem habuit de Spiritu Sancto. Populus, audito quod diceret « *Pater et Filius et Spiritus sanctus*, » cœpit cum eo disputare quia antea non dicebat: « Et Spiritus[1]. » Tunc Basilius sui dicti apologiam fecit his verbis: « Ne commoveamini, fratres.. Ego enim a viro Dei qui est e Mesopotamia et linguam suam apprime callet hoc audivi. Ipse enim asserebat in lingua regionis suæ veram non posse laudem Trinitati tribui aliter, nisi nominibus divinis præponatur littera *vav* appellata et dicatur: « *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*[2]. » Tunc sedatus populus ita recitavit et ex tunc ita ubique recitatur[3]. Ephræmus a S. Basilio laudatur.

27. Alio autem in loco, quum explicaret Basilius Hexæmeron secunda jejunii (quadragesimalis) die et ad populum e bemate secundam concionem haberet super illud:

[1] Pro ܪܘܚܐ scribendum est ܘܪܘܚܐ ut habent Acta vaticana. Contexta enim oratio expetit conjunctionem « *vav, et*. »

[2] Hoc assertum confirmatur a S. Basilio in libro *De Spiritu sancto* XXXIX, 74 ubi formulas quibus sancta Trinitas laudatur et quibus Spiritus sanctus per conjunctionem *et* Patri et Filio associatur defendens ait: « Sed quid opus est vetera commemorare? Sed et nunc in Oriente, nonne hoc uno potissimum eos qui pie sentiunt agnoscunt, hac voce veluti quodam signo suos ab alienis dijudicantes? Ut autem ego e quodam Mesopotamio audivi, viro et linguæ perito et sententia incorrupto, ne fieri quidem potest ut aliter lingua vernacula loquantur, etiamsi velint: sed necesse illis est ut per syllabam *et*, vel potius per voces, quæ idem pollent quod illa, juxta proprietatem linguæ regionis illius glorificationem proferant. »

[3] Jam antea ejusmodi formulæ in usu erant, ut patet ex allegato Basilii libro *De Spiritu Sancto*.

ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܗܘܬ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ . ܐܡܪ:
ܗܘܐ ܗܘܝܐ . ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ . ܠܐ ܗܘܐ ܡܠܬܐ
ܕܝܠܝ ܀ ܐܠܐ ܕܓܒܪܐ ܣܘܪܝܝܐ ܗܘ ܕܪܚܝܩ
ܡܚܟܝܡܐ ܗܘܐ . ܗܘ ܕܥܠܡܐ ܩܪܝܒ ܗܘܐ ܡܢ
ܝܕܥܬܐ ܕܗܘܬ ܒܥܠܡܐ : ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܡܚܟܝܡܐ
ܗܘܐ ܕܡܢܝܢ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܡܪܚܦܘܬܐ ܕܡܬܟܬܫܝܢ
ܕܡܪܚܦܢܐ . ܐܡܪ ܕܝܢ ܠܡܠܬܐ ܒܠܫܢܐ ܕܐܪܡܝܐ
ܐܪܡܝܐ . ܟܕ ܩܪܝܒܐ ܗܘܬ . ܠܥܒܪܝܐ ܀ ܡܬܦܫܩ
ܗܘ ܕܝܢ ܐܪܡܝܐ ܠܥܒܪܝܐ . ܐܝܟ ܡܐ ܕܡܠܬܐ
ܐܡܪܐ . ܡܬܦܪܫܐ ܕܝܢ ܠܥܒܪܝܐ ܕܡܠܬܐ ܕܟܬܒܐ :
ܕܗܝ ܕܐܙܠܐ ܗܘܬ ܘܐܬܝܐ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ :
ܕܒܙܘܥܗ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܡܬܚܡܡܝܢ
ܗܘܘ ܡܝܐ . ܐܝܟ ܬܪܢܓܘܠܬܐ ܕܡܬܪܓܫܐ :
ܕܡܪܚܦܐ ܘܡܫܚܢܐ ܒܚܘܡܗ ܥܠ ܦܪܘܓܐ
ܕܢܫܬܟܚܘܢ : ܕܢܐܠܦ ܒܗܘܢ ܚܝܐ . ܘܙܘܥܐ
ܒܗܘܢ ܢܗܘܐ . ܒܗ ܕܡܠܠ ܒܗܘܢ ܕܡܬܒܪܐ ܀
ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ :
ܘܡܚܡܡܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ ܕܢܬܝܠܕܘܢ ܗܘܘ
ܠܢܦܫܬܐ ܢܦܫܐ ܚܝܬܐ ܠܓܢܣܗ . ܘܡܢ ܗܪܟܐ
ܐܦ ܠܡܐܡܪ ܡܬܝܕܥܐ ܕܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܒܪܘܝܬܐ
ܗܝ . ܘܠܐ ܫܠܝܐ ܥܒܕܐ ܡܢ ܒܪܘܝܘܬܐ ܀

ܢܦܢܐ ܠܢ ܕܝܢ ܠܘܬ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܀ ܡܢ
Edessam redit.
ܒܬܪ ܕܐܬܒܣܡ ܥܡܢ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ .
ܐܬܐ ܠܗ ܠܓܒܐ ܕܐܬܒܣܡ ܐܘܪܗܝ ܡܬܠ ܕܝܢ

« *Et Spiritus Dei incubabat super faciem aquarum,* dixit : « Dico autem, sed verbum non est meum, verum hominis Syri, qui quantum ab hujus sæculi sapientia remotus videbatur tanto doctrinæ veritatis propinquius aderat. Is igitur dicebat verbum « ibat et ferebatur super aquas » in lingua aramæa (siquidem revera affinis est lingua aramæa cum hebræa) quando elucidatur, præsertim juxta verbi Scripturæ sensum, significare quod sub exagitatione ejus incalescebant aquæ sicut gallina sese exagitat et calore suo fovet pullos suos sub se ut in eis vitam evolvat et motum acquirant. Simili modo Spiritus Dei incubabat aquis easque calore suo fovebat ut præpararentur ad generandas animas viventes juxta genus suum. Exinde etiam notum sit Spiritum Dei creatorem esse et actu creandi non destitui[1].

28. Revertamur ad ea quæ supra dicta sunt. Postquam nobiscum doctrina spirituali sese refecisset,

[1] Hæc sunt S. Basilii verba *Homil.* 2 *in Hexæm.* 6 : « Quomodo igitur ferebatur super aquas ? Dicam tibi non meam, sed viri syri sententiam, qui tantum a mundi distabat sapientia, quantum ad rerum verarum scientiam appropinquabat. Aiebat igitur vocem Syrorum et significantiorem esse, et ob suam cum lingua hebraica cognationem, quodammodo ad Scripturarum sensum propius accedere. Itaque talem dicebat esse hujus dicti sententiam. Illud, inquiebat, verbum « ferebatur » interpretantes sumunt pro « confovebat, » et ita naturæ aquarum vim tribuebat fetificandi, instar incubantis avis, et vitalem quamdam facultatem iis qui foventur impartientis. Talem quamdam intelligentiam aiunt hac voce indicari. Nimirum *ferebatur super aquas*, hoc est naturam aquæ ad feturam præparabat. Quare quod a quibusdam quæritur, satis ex hoc liquet, nempe ab actu creandi Spiritum sanctum non abfuisse. » « Monet Tillemontius, inquit editor operum Basilii Garnerius, hic intelligi posse Eusebium Samosatensem ; sed convenit fere inter doctos, designari potius Ephrem diaconum Syrum. » S. Ephræmus etsi de aere vocabulum « Spiritus » in allato Geneseos loco interpretetur, tamen verbum « ferebatur » per « incubabat » revera explicat, ut Basilius asserit. Quare cum P. Benedicto putamus Ephræmum Basilio vim verbi hebraici מרחפת, quod suis Syris commune esset, tantummodo explicuisse non autem cum eo de vocabulo « Spiritus » egisse. Vid. S. Ephræmi. *Opp. Syr. lat.* I, p. 8 et præf. ad lect.. Alia quæ sub nomine Ephræmi habentur commentaria, *ibid.*, p. 116-117 non Ephræmi sed Jacobi Edesseni fœtus sunt Cfr. Ibid. *præf. ad lect.*

ܟܕ ܫܡܥ ܐ̈ܪܗܣܝܣ . ܘܐܬܚܒܪܬܗ ܗܘܘ
ܠܐܘܪܗܝ ܡܢ ܬܫܥܐ ܕܛܘܥܝܬܐ . ܐܦܪܝܡ ܕܝܢ ܘܚܒܪܗ
ܠܩܣܘܪܐ . ܘܡܢ ܕܢܣܒܘ . ܐܡܪ ܬܫܥܐ ܕܛܘܥܝܬܐ
ܕܐܣܬܠܩܘ . ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܠܗܘܢ ܘܡܢ ܥܡ
ܗܘܘ ܠܘܬܗ . ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܟܕ ܩܐܡ
ܒܥܕܬܐ . ܘܬܪܝܢ ܡܠܐܟܐ ܕܠܒܝܫܝܢ ܢܘܗܪܐ
ܕܢܘܗܪܐ .· ܘܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܗ .
ܘܚܕ ܡܢ ܣܡܠܗ ܀

ܘܢܦܩ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܘܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܢܐܙܠ .
ܕܢܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ
ܠܫܡܝܫܛ ܦܓܥ ܒܗ ܪܫܐ ܚܕ ܐܪ̈ܛܝܩܐ :
ܘܟܢܝܫ ܣܓܝܐܐ ܕܛܠܝܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܘܬܗ
ܐܡܪ ܫܠܡܐ ܫܠܡܐ . ܚܕ ܕܝܢ ܡܢܗܘܢ . ܗܘ
ܕܫܩܠ ܦܪܨܘܦܐ ܕܥܒܕܐ ܗܘ ܕܡܚܝܗ ܠܡܪܢ
ܥܠ ܦܟܗ . ܡܚܝܗ ܗܘ ܠܛܘܒܢܐ . ܗܘ
ܕܝܢ ܠܐ ܡܠܠ . ܟܕ ܕܝܢ ܥܒܪܘ ܩܠܝܠ ܘܝܬܒܘ
ܠܡܠܥܣ ܠܚܡܐ ܘܡܓܚܟܝܢ ܗܘܘ ܒܗ
ܒܛܘܒܢܐ . ܛܠܝܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܡܚܝܗ . ܝܬܒ
ܗܘܐ ܥܠ ܟܐܦܐ ܚܕܐ . ܘܢܦܩܬ ܐܟܕܢܐ ܡܢ
ܬܚܘܬܗ ܘܡܚܬܗ ܘܡܝܬ ܒܪܫܥܬܗ . ܗܘ
ܕܝܢ ܪܫܐ ܪܗܛ ܒܬܪܗ ܕܛܘܒܢܐ . ܘܐܕܪܟܗ
ܠܗ ܡܢ ܠܒܪ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܩܘܪܝܐ ܚܕ ܕܝܬܒ
ܠܚܡܐ . ܗܘ ܘܚܒܪܗ ܗܘ ܕܚܕܪܘ . ܘܢܦܠܘ
ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ .
ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܢܬܗܦܟ
ܥܡܗܘܢ . ܘܟܕ ܕܗܦܟ ܘܚܙܐ ܠܡܝܬܐ ܒܟܐ
ܘܦܩܕ ܠܗܘܢ ܕܢܪܚܩܘܢ ܡܢ ܠܘܬܗ . ܘܟܕ
ܕܐܪܚܩܘ ܐܬܟܪܟ ܥܠ ܦܓܪܗ ܘܨܠܝ ܘܐܚܕ
ܒܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ . ܘܦܪܩܗ ܠܟܠܗܘܢ ܢܦܠ

pervenit ad eum rumor corruptam esse Edessam novem erroribus in ea exortis. Ephræm igitur ejusque socius, a divo præsule benedictione accepta, perrexerunt in Syriam. Postquam autem profecti sunt, dixit divus præsul Basilius clericis adstantibus : « Vidi eum in ecclesia stantem duosque angelos fulgentibus vestibus indutos stantes, unum a dextris alterum a sinistris. »

29. Profectus est itaque[1] beatus Ephræm cum monacho socio ut veniret in urbem Edessam. Cum Samosatam pervenisset, obvium habuit principem quemdam hæreticum puerorum turba stipatum, quos salutavit verbis « Pax, pax. » Unus autem e pueris sortem sibi assumens servi illius qui Domino nostro alapam dedit, eum percussit. Beatus porro nihil dixit. Quum paululum progressi essent et sederent ut panem manducarent, pueri beatum irridebant. Puer autem qui percusserat eum, sedebat super saxo ; tunc vipera sub saxo latens exivit et percussit puerum qui illico mortuus est. Princeps autem illico cucurrit post beatum eumque assecutus est, quum jam portam urbis prætergressus in vico quodam ipse cum monacho socio panem mendicaret. Ceciderunt omnes ad pedes beati deprecantes ut reverteretur cum eis. Reversus itaque statim ac vidit mortuum flevit et jussit ut ab eo recederent. Ubi recesserunt, inclinavit se super cadaver, orans et manu apprehensa suscitavit mor-

Pervenit Samosatam.

[1] Concinunt Acta Vaticana.

ܡܩܕܡܘܗܝ ܘܡܫܬܥܠܝܢ ܗܘܘ ܠܫܪܪܐ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܫܩܠܗ ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܀

Edessam erroribus purgat.

ܘܟܕ ܥܠܘ ܠܬܡܢ. ܐܫܟܚܘ ܒܗ ܬܫܥ ܗܪ̈ܣܝܣ. ܘܒܚܝܠܗ ܕܡܪܢ ܠܟܠܗܘܢ ܥܩܪ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܐܬܬ ܠܘܬܗ ܕܒܪ ܕܝܨܢ: ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܐܡܪ. ܘܗܘ ܐܦ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܐܪܝܘܣ ܘܕܡܐܢܝ ܘܡܪܩܝܘܢ. ܘܫܪܟܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ. ܢܦܠ ܕܝܢ ܒܙܒܢ ܚܕ ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ ܡܢ ܡܠܦܢܘܬܗ ܚܒܝܠܐ ܕܒܪ ܕܝܨܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܡܚܝܠ ܐܡܪ ܗܘܐ ܘܐܬܟܪܝ. ܕܡܠܐ ܗܘܐ ܫܢܝܐ ܕܫܐܕ̈ܐ. ܘܐܡܪ ܒܥܝܬ ܐܪ̈ܚܐ ܕܐܕܢ̈ܝ ܕܟܝ̈ܐ. ܘܐܪܚܩ ܐܢܝܢ ܡܢ ܡܠ̈ܘܗܝ ܡܠܝ̈ ܓܘܕܦܐ. ܘܛܥܢ ܙܪܝܙܐܝܬ ܐܫܟܚܬ ܠܗܝܢ ܡܢ ܩܪܝܢܐ ܢܝܚܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܐܠܗ̈ܝܐ. ܫܡܥܬ.

ܒܡܓܕܦ ܥܠ ܒܟܐܢܘܬܐ
ܘܥܠ ܒܪܬ ܙܘܓܗ ܛܝܒܘܬܐ.
ܩܪܝܢܗ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܡܟܪܝܗ
ܠܦܓܪܐ ܘܢܦܫܐ ܫܘܝܐܝܬ.
ܘܐܪܡܝ ܒܝܢܬܝܗܘܢ
ܦܘܪܫܢܐ ܕܦܣܩ ܣܒܪܐ..
ܠܦܓܪܐ ܡܢ ܢܘܚܡܐ.
ܘܠܢܦܫܐ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܗ ܀

Hymnos scribit.

ܚܙܐ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ. ܟܕ ܚܙܐ ܠܗܠܝܢ ܗܪ̈ܣܝܣ ܗܠܝܢ. ܘܛܢܦܘܬܐ ܕܟܠܗ ܡܠܦܢܘܬܗܘܢ ܕܠܗܘܢ ܛܡܐ. ܕܚܠ ܕܥܡܐ ܠܡܛܥܝܘ ܬܚܝܬ ܒܣܝܡܘܬܐ ܕܒܪܬ ܩܠܐ ܕܠܗܘܢ ܡܫܝܚܝܐ. ܘܐܢܗܪ ܠܗܘܢ. ܟܕ ܚܙܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܚܝܠ ܗܘܐ. ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܥܡܐ ܕܡܬܚܫܚܝܢ ܗܘܐ ܒܒܣܝܡܐ ܩܠܐ ܕܬܘܕܝܬܐ ܕܠܗܘܢ ܕܡܫܚܝ ܙܡܝܪܬܐ ܀ ܡܛܠ ܕܗܪܡܘܢܝܘܣ (sic)

tuum. Accedentes omnes ceciderunt ad pedes ejus et veram fidem professi sunt. Profectus autem Ephræmus cum socio venit Edessam.

30. Illuc ingressi invenerunt in ea novem hæreses, quas omnes Ephræmus per virtutem Domini nostri, prostravit, illam præsertim, ut ipse dixit, Bardesanis, hæreses etiam Arii, Manetis et Marcionis cæterasque. Cecidit[1] aliquando, ut ipse ait, in manus ejus liber doctrinæ exitialis Bardesanis, et contristatus est, quia plenus erat deliriis dæmonum : « Quæsivi, inquit, occludere aures meas mundas, easque a sermonibus ejus blasphemis removere et festinans eas præbui placidæ sanctorum divinorumque librorum lectioni. Audivi :

Blasphemias evomentem in justitiam
Et in sociam ejus gratiam.
Lectio ejus contristabat
Corpus æque ac animam,
Et statuit inter utrumque
Discrimen desperationis ;
Corpus privavit resurrectione
Et animam ejus participatione.

31. Conspectis igitur hisce hæresibus deprehensaque earum immunda doctrina, Beatus timuit ne plebs avida seduceretur blandis inimicorum suorum vocibus. Spiritu quippe Sancto illustratus videbat populum blandis hisce et impiis vocibus deceptum insanire. Quia Harmonius, Bardesanis filius, olim composuerat laudes, quibus, aptata

[1] Isti versus libere exscripti sunt ex hymno 57 collectionis Nisibenæ, stroph. 2 et 3. Vid. Bickell, *Carmina Nisibena* Lips. 1846, Text. Syr. p. 102.

ܒܪܗ ܕܝܢ ܕܝܠܗ ܗܪܡܘܢ ܗܘܐ ܡܣܬܡܟ ܠܡܫܬܡ̈ܥܢܐ
ܡܢ ܡܠܘܗܝ ܠܪܘܫܡܗ ܕܐܒܘܗܝ ܒܡܫܘܚܬܐ
ܘܒܣܝܡܬܐ . ܦܣܝܣ ܗܘܐ ܠܡܫܡ̈ܥܢܐ . ܘܡܝܬܐ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܐܒܕܢܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܡܪ
ܥܠ ܐܒܘܗܝ ܕܒܪ ܕܝܨܢ . ܕܓܒܠ ܡܕܪ̈ܫܐ
ܘܩܒܥ ܒܡܫܘܚܬܐ ܘܪܟܒ ܙܡܝܪ̈ܬܐ . ܐܝܟ ܕܒܢ
ܙܢ ܕܒܕܝܢ . ܕܐܝܟ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܡܙܡܘܪ̈ܐ .
ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܙܡܝܪ̈ܬܐ . ܘܗܟܢ[a] ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ
ܚܒܪ ܟܠܗ ܀ ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܕܟܡܐ ܛܥܝܐ
ܠܡܘܬܐ ܠܒܢ̈ܬ ܩܠܐ ܗܠܝܢ . ܗܘ ܕܝܢ ܢܣܒ
ܠܗ ܗܘ ܡܦܠܚܘܬܐ ܕܩ̈ܠܐ ܘܡܢܝܢܐ ܘܒܠܗ
ܒܗܘܢ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܘܦܠܓ ܠܡܫܡ̈ܥܢܐ ܐܣܝܐ
ܒܣܝܡܐ ܘܗܢܝܐ ܘܡܚܠܡܢܐ . ܘܗܢܘܢ ܕܝܢ ܗܠܝܢ
ܡܕܪ̈ܫܐ . ܗܐ ܡܢܨܚܝܢ ܠܗܘܢ ܠܗ ܗܫܐ .

patris sui impietate modulationibus suavibus, auditores alliciebat eosque in perniciem trahebat (Beatus porro Ephræm de ejus patre dixit Bardesanem formavisse hymnos eosque modulationibus aptasse cantusque composuisse centum quinquaginta in una mensura. Davidem quippe imitari volebat qui psalmos centum quinquaginta composuit[1]). Videns[2] igitur quantum error cantica ista appeteret, tunc arripuit sibi oblectamentum cantuum et modorum eisque immiscuit pietatem et obtulit auditoribus pharmacum jucundum et harmonicum. Isti hymni usque hodie splendorem tribuunt festis

[1] Ephræmus hæc de Bardesane habet in hymno 53 : *adv. hær.*

ܓܒܠ ܓܝܪ ܡܕܪ̈ܫܐ .
ܘܩܒܥ ܒܡܫܘܚܬܐ .
ܘܐܪܟܒ ܙܡܝܪ̈ܬܐ .
ܘܐܥܠ ܡܘܩܫ̈ܐ .
ܒܟܝܠܐ ܘܡܬܩܠܐ .
ܦܠܓ ܒܗܢ ܩ̈ܠܐ .
ܘܐܫܩܝ ܠܦܫܝܛ̈ܐ .
ܡܪܪܐ ܒܚܠܝܘܬܐ .
ܟܪ̈ܝܗܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ .
ܠܐ ܓܒܘ ܕܚܘܠܡܢܐ .
ܕܘܝܕ ܨܒܐ ܕܢܚܙܐ .
ܒܫܘܦܪܗ ܕܢܬܨܒܬ .
ܒܕܡܘܬܗ ܕܢܫܬܒܚ .
ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܐܪܟܒ .
ܐܦ ܗܘ ܙܡܝܪ̈ܬܐ ܀

« Fecit quippe hymnos eosque modulationibus aptavit et composuit cantica et induxit metra et mensuris ponderibusque distinxit versus. Ita propinavit simplicibus venenum dulcedine temperatum. Ægroti quippe cibum salubrem non elegerunt. Davidem intueri voluit ut ejus pulchritudine ornaretur et similitudine commendaretur. Centum quinquaginta hic quoque composuit cantica. »

Liberius ista redduntur in *Opp. Syr.-lat.* II, 554. Rectius Hahn, *Bardesanus gnosticus primus Syrorum hymnologus*, Lips. 1819 p. 29.

[2] « Videns.... Græcorum sapientiam. » Hæc ad verbum leguntur in cod. vat. syr. XXIV ut habet J. S. Assemanus *Bibl. Or.* I, 48, not. Desumpta sunt autem e Theodoreto *Hist. eccl.* IV, 29, vel ut ap. Migne, IV, 26. Putavit Sozomenus *Hist. eccl.* III, 16 Harmonium primum fuisse qui linguam syriacam legibus metri et rythmi subjecerit, sed præferenda est assertio Ephræmi qui libros Bardesanis ad manus habuit. Juvat tamen Sozomeni locum integre recitasse : « Non ignoro olim quoque apud Osrhoenos fuisse viros doctissimos, Bardesanem scilicet qui hæresim ex ipsius nomine appellatam condidit, et Harmonium ejusdem Bardesanis filium : qui, cum græcis disciplinis egregie institutus fuisset, primus patrium sermonem metris ac modulis subjecisse dicitur ac choris tradidisse, qua ratione Syri etiamnum frequenter psallunt, non carminibus ab Harmonio scriptis sed numeris ejus utentes. Nam cum a paterna hæresi non omnino alienus esset, neque ab iis quæ de anima, et de ortu atque interitu corporis, deque regeneratione, Græcorum philosophi sentiunt, scripta sua ad lyræ cantum composuit et opiniones illas operibus suis inseruit. Ephraim vero, cum Syros et verborum elegantia et modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio sentirent, ipse, licet græcæ eruditionis expers, operam dedit ut Harmonii numeros intelligentia assequeretur : et juxta numeros Scriptorum Harmonii, alios composuit libros, ecclesiasticæ doctrinæ consentientes. Cujusmodi sunt ea quæ in hymnis et encomiis sanctorum virorum sunt elaborata. Ex eo tempore Syri juxta numeros canticorum Harmonii, scripta Ephraim psallere solent. » Quod asserit ex fama Sozomenus Syros juxta numeros canticorum Harmonii scripta Ephræmi psallere hoc verum esse potest quatenus Ephræmus modis et tonis Harmonii suos hymnos accommodaverit. Nam modi vel toni, qui in fronte hymnorum Ephræmi indicantur, plerique, si non omnes, ex iis ejus hymnis desumpti sunt qui maxime noti erant.

[a] Textus hic mendosus videtur.

[illegible]

illustrium martyrum. Vicit autem sua diligentia omnem Græcorum sapientiam.

Uno verbo valebat
Multa exprimere sensa
Parabat quippe sibi thesaurum
Ad bellum adversus eas[1],

hæreses scilicet de quibus supra diximus, per virgines Deo sacratas, quæ assidue ad ecclesiam conveniebant. Constituit itaque illis doctrinam et docuit eas hymnos. Vespere porro et mane conveniebant in ecclesia ante sacrum officium et in martyriis, psallebant etiam in exequiis defunctorum; quod et fecit pro iis, quæ extra urbem aut in montibus degebant. Pulcher autem erat quando stans inter sorores voce decantabat laudes. Scripsit enim pro eis libros multos et fere innumerabiles etiam in lingua græca[2]. Fama ejus totum implevit orbem.

Invehitur in Bardesanem.

32. Cum evertisset omnes hæreses propalavit etiam fraudes Bardesanis eumque cum omnibus suis asseclis anathemate perculit sic locutus :

« Maledicta spes nostra si sit in
septem (*eonibus*)
Quæ confitetur Bardesanes[3].
Anathema sit qui dicit, ut ille dixit,
Pluviam et rorem ab illis descendere.

[1] Hisce versibus præfigitur nomen auctoris « [illegible] Ephræmi. »

[2] Acta vaticana non docent Ephræmum aliqua Scripta græce exarasse. Vide quæ diximus supra, sed asserunt S. doctorem hymnos scripsisse de Christi nativitate, baptismo, jejunio, passione, resurrectione, ascensione deque reliquis divinæ illius dispensationis mysteriis, de martyribus, de pœnitentia et de defunctis.

[3] Versus heptasyllabi hic recitati conveniunt cum versibus in Actis vaticanis adductis. Observantur tamen satis multæ variæ lectiones. Eis in codice præfigitur nomen Ephræmi. Porro Bardesanem septem admisisse *eonas* docet S. Ephræmus hymno 50 *Adversus hæreses, Opp. Syr lat.* II, 550 : « [illegible] » statuit eones septem. » Cfr. ibid. 553.

ܘܡܢܗܘܢ ܡܛܪܐ ܘܐܪܣܣܐ .
ܠܘܛ ܗܘ ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܕܐܡܪ .
ܘܡܢܗܘܢ ܬܠܓܐ ܘܓܠܝܕܐ :
ܘܡܢܗܘܢ ܙܪ̈ܥܐ ܠܐܟܪ̈ܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܡܘܕܐ ܐܝܟ ܕܐܘܕܝ .
ܘܡܢܗܘܢ ܦܐܖ̈ܐ ܠܦܠܚܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܡܣܒܪ ܐܝܟܘܬܗ .
ܘܡܢܗܘܢ ܟܦܢܐ ܐܦ ܣܒܥܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܡܘܕܐ ܐܝܟ ܕܐܠܦ :
ܘܡܢܗܘܢ ܩܝܛܐ ܐܦ ܣܬܘܐ .
ܚܪܡܐ ܢܗܘܐ ܥܠ ܓܒܪܐ :
ܘܥܠ ܐܢܬܬܐ ܕܗܟܢ ܐܡܪܐ :
ܚܪܡܐ ܢܗܘܐ ܥܠ ܒܝܬܐ .
ܐܝܟܐ ܕܡܫܪܪ ܗܟܢܐ .
ܚܪܡ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܗܘ ܕܒܫܒܥܝܢ .
ܬܘܟܠܢܗ ܣܝܡܐ .
ܠܘܛ ܗܘ ܕܡܨܥܪ ܠܒܪܘܝܗ .
ܘܠܫܒܥܐ ܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ .
ܠܘܛ ܗܘ ܕܩܪܐ ܟܬܒ̈ܐ .
ܘܗܘܐ ܠܣܘܩܒܠܐ ܕܟܬܒ̈ܐ .
ܠܘܛ ܗܘ ܕܩܪܐ ܢܒܝ̈ܐ .
ܘܫܪܐ ܡ̈ܠܐ ܕܢܒܝ̈ܐ .
ܠܘܛ ܗܘ ܕܩܪܐ ܫ̈ܠܝܚܐ
ܘܠܐ ܩܐܡ ܥܡ ܡ̈ܠܝܗܘܢ .

ܕܒܠܝ

ܡܪܟ ܡܪܝܡ ܩܪܢܟ .
ܥܕܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ .
ܘܡܠܟܐ ܘܒܪ ܡܠܟܐ .
ܣܝܡܝܢ ܒܩܒܘܬܟ ܀

ܡܫܪܝܐ ܕܝܢ ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ . ܘܟܠܝܘܡ
ܝܬܒ ܗܘܐ . ܩܕܡ ܬܪ̈ܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܪܒܐ ܕܬܐܘܡܐ
ܫܠܝܚܐ . ܘܡܢܝܪ ܗܘܐ . ܘܐܝܟ ܕܩܪܝܒܐ ܠܗ

Anathema sit qui asseverat, ut ille,
Ab illis esse imbres et pruinas.
Maledictus qui dicit, ut ille dixit,
Ab illis nivem et glaciem ;
Ab illis semina (nasci) agricolis.
Anathema sit qui profitetur, ut ille professus est,
Ab illis fructus (dari) agricolis.
Anathema qui putat, ut ille,
Ab illis (oriri) famem et satietatem.
Anathema qui profitetur, ut ille docuit,
Ab illis (esse) æstatem et hiemem.
Anathema viro
Et mulieri quæ sic loquitur.
Anathema domui
Ubi ita asseveratur.
Anathema sit doctrina illius
Qui spem suam reponit in septenario.
Maledictus qui probris afficit creatorem suum et septem (eonibus) dat imperium.
Maledictus qui legit Scripturas,
Et Scripturarum fit adversarius.
Maledictus qui legit Prophetas,
Et solvit verba Prophetarum.
Maledictus qui legit Apostolos,
Et non permanet in eorum verbis. »

Balæi[1].

« Dominus tuus exaltat cornu tuum
Ecclesia fidelis
Quia rex regisque filius
Sunt in arca tua. »

33. Erat quidam paralyticus qui quotidie sedebat ad portas templi magni Sancti Thomæ. Propinquis Sanat paralyticum.

[1] Addit auctor ex Balæo, Ephræmi discipulo, quatuor versus pentasyllabos.

ܗܘܐ ܠܗ. ܘܚܕ ܡܢ ܝܘ̈ܡܝܢ ܟܕ ܐܬܐ ܗܘܐ
ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܠܥܕܬܐ: ܚܙܝܗܝ ܠܡܫܪܝܐ ܗܢܐ
ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܘܗܝ. ܘܚܪ ܠܟܠ ܓܒ̈ܝܢ.
ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܠܐ ܩܪܝܒ ܐܢܫ: ܩܪܒ ܠܘܬܗ
ܘܐܡܪ ܠܗ. ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܬܬܚܠܡ. ܗܘ ܕܝܢ
ܐܡܪ. ܐܝܢ ܡܪܝ. ܣܝܡ ܐܝܕܟ ܥܠܝ. ܘܐܡܪ
ܠܗ ܛܘܒܢܐ ܒܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܩܘܡ ܗܠܟ.
ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ ܩܡ ܗܘܐ ܘܢܦܩ: ܘܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܀

destitutus mendicabat. Quadam die, quum in ecclesiam intrasset beatus Ephræm vidit hunc paralyticum et miseratione commotus circumspexit per diversas templi partes, et quum vidisset neminem adesse accessit ad eum : « Vis-ne, inquit, sanus fieri ? » Dixit ille : « Ita, Domine, impone manum tuam mihi. » Dixit illi Beatus : « In nomine Christi surge et ambula. » Et eadem hora surrexit et exivit glorificans Deum[1].

Renuit episcopus fieri.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܐܪܒܥ ܫܢ̈ܝܢ: ܫܕܪ ܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܠܘܬܗ ܬܪ̈ܝܢ ܡܫܡܫ̈ܢܐ ܢܟ̈ܦܐ
ܕܝܠܗ. ܕܬܐܘܦܝܠܘܣ ܘܬܐܘܡܐ.
ܐܝܟ ܕܢܥܒܕܘܢܝܗܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ. ܚܙܘ ܟܕ ܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐܘܪܗܝ.
ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܓܒܪܐ ܡܠܦܢܐ ܕܠܒܝܫ
ܨ̈ܘܪܐ. ܘܐܦ ܠܫܪܟܐ ܕܐܬܘܬܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ.
ܠܒܘܟܘܗܝ ܙܗܝܪܐܝܬ ܘܐܦ ܟܕ ܢܫܢܐ
ܫܛܝܐ. ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܬܫܒܩܘܢܝܗܝ. ܘܟܕ ܐܬܘ
ܠܘܬ ܐܘܪܗܝ. ܝܕܥ ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ
ܐܢܘܢ ܕܡܥܩܒܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ: ܠܒܫܗ
ܗܘܐ ܠܡܥܦܪܗ ܦܣܝ̈ܩܐ. ܘܪܗܛ ܗܘܐ
ܒܫܘܩܐ ܘܐܟܠ ܗܘܐ ܠܚܡܐ: ܘܪܩ ܗܘܐ
ܪܘܩܗ. ܗܕܐ ܥܒܕ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܕܚܠ ܗܘܐ

34. Elapsis quatuor annis, Sanctus Basilius misit ad eum duos suos probatos ministros Theophilum et Thomam ut Ephræmum crearent episcopum[2] dixitque eis : « Attendite, quum ingrediemini Edessam, invenietis quemdam doctorem pannis indutum, » — cæteraque indicia descripsit eis — « sedulo apprehendite eum, nec dimittatis etiamsi stultitiam simulet. » Profecti igitur Edessam venerunt. Rei certior factus sanctus Ephræm, viso quod inquirerent de eo induit pallium pannosum et per plateam discurrere cœpit panem manducans et salivam evomens. Hoc faciebat præ timore

[1] Cfr. Acta vaticana n. 36.

[2] Quæ hic narrantur confirmat Sozomenus *Hist. Eccl.* III, 16 his verbis : « Decretum quo fuerat electus episcopus quidam ad eum attulerunt, ac simul eum comprehendere conabantur, tanquam ad ordinationem ducturi. Id cum præsensisset, statim in forum cucurrit : et indecore incedens ac vestem trahens, et in publico comedens, se pro insano spectandum exhibuit. Ubi vero qui illum comprehensuri venerant hominem mente captum esse arbitrati sunt, appetere eum ulterius ac persequi destiterunt, ille opportunitatem nactus aufugit et eo usque delituit donec alius ordinatus fuisset. » Præmiserat autem Sozomenus hanc narratiunculam : « Ephræmus, cum antea supra modum iracundus esset ; ex quo monasticam disciplinam excolere cœpit a nemine unquam visus est iratus. Quodam igitur tempore, cum multos per dies uti solebat jejunasset, minister qui ei cibum afferebat ollam fregit. Quem ille pudore ac metu constrictum animadvertens : bono animo esto, inquit; eamus ad cibum quando ille ad nos non venit. Mox ad ollæ fragmenta sedens cœnavit. » Porro quod hic narratur Ephræmum episcopatum refugisse quarto anno a suo ad Basilium itinere, difficultatem patitur ex eo quod Syri communiter tradunt Ephræmum anno 373 obiisse. Cum enim Basilius episcopus ordinatus sit anno 370, Ephræm ab eo ordinatus diaconus non fuit ante hunc annum ; quare annus quartus nonnisi in annum 374 vel postea incidere potuit. Fieri potest ut vel error irrepserit in numero quarto, vel res chronologica aliter sit expedienda. De anno mortis Ephræmi disputabitur infra.

ܡܢ ܟܗܢܘܬܐ . ܘܟܕ ܫܐܠܘ ܠܗܘܢ . ܐܡܪܝܢ
ܠܗܘܢ ܕܗܘܝܘ ܐܦܪܝܡ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܣܒܪܘܗܝ
ܫܢܝܐ ܘܗܦܟܘ ܠܘܬ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܟܕ
ܚܙܐ ܐܢܘܢ ܐܣܬܟܠ . ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܡܛܠ
ܡܢܐ ܫܒܩܬܘܢܝܗܝ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ . ܐܘ
ܐܒܘܢ ܡܛܠ ܕܚܙܝܢܝܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܫܢܐ
ܗܘ . ܐܗܡܝܢ ܫܒܩܢܝܗܝ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܐܘ ܠܡܪܓܢܝܬܐ ܝܩܝܪܬܐ ܘܟܣܝܬܐ
ܕܥܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥ ܠܗ . ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ
ܐܝܬܝܟܘܢ ܫܢܝܐ . ܘܗܘ ܓܝܪ ܓܡܝܪܐ ܗܘ ܀

ܗܘܘ ܠܗ ܕܝܢ ܠܛܘܒܢܐ ܡܪܚܡܢܐ ܐܢܫܐ
ܓܡܝܪܐ ܘܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܣܒܐ ܚܣܝܐ . ܓܒܪܐ
ܕܡܝܬܪ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ . ܘܟܕ ܥܢܕ
ܥܒܕ ܥܠܘܗܝ ܡܕܖ̈ܫܐ : ܟܕ ܡܦܪܫ ܒܗܘܢ
ܟܠܗܘܢ ܕܘܒܪܘܗܝ . ܡܛܠ ܕܛܒ ܡܝܩܪ
ܗܘܐ ܠܗ ܠܓܒܪܐ . ܐܦ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ
ܣܓܝܐܐ ܘܐܢܫܐ ܙܕܝܩܐ ܕܐܝܟܘܬܗܘܢ ܗܘܘ
ܒܙܒܢܗ . ܐܦ ܠܗܠܝܢ ܥܒܕ ܡܕܖ̈ܫܐ .
ܢܦܠܬ ܕܝܢ ܒܙܒܢܗ ܐܦ ܢܝܩܘܡܕܝܐ . ܘܐܟܬܒ
ܥܠܝܗ̇ . ܘܐܟܬܒ ܬܘܒ ܥܠ ܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ .
ܘܐܦ ܥܠ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܝܠܗ̇ . ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܠܗ ܡܠܦܢܐ . ܥܒܕ ܕܝܢ
ܥܠ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܘܐܦ ܥܠ
ܣܓܝܐܐ ܐܚܪ̈ܢܐ . ܦܫܩ ܕܝܢ ܟܬܒ̈ܐ
ܘܚܕܬܐ . ܗܘܝ ܕܝܢ ܘܐܬܝ ܒܙܒܢܗ ܡܚܘܬܐ
ܣܓܝܐܐ ܘܐܟܬܒ ܥܠܝܗܝܢ . ܬܘܒ ܥܒܕ
ܡܕܖ̈ܫܐ . ܥܠ ܫܡܘܢܐ ܘܓܘܪܝܐ ܕܐܣܗܕܘ ܗܘܘ
ܒܐܘܪܗܝ ܀

ܒܙܒܢܗ ܕܝܢ ܐܬܐ ܥܡܐ ܕܗܘܢܝܐ ܠܐܘܪܗܝ
ܘܐܬܟܒܫܬ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܠܐ ܐܝܟ ܢܣܒ ܗܘܐ

sacerdotii. Quum inquisiissent quis esset audiverunt ipsum esse Ephræmum; sed eum amentem reputantes regressi sunt ad Basilium. Qui, cum vidisset eos, re intellecta, dixit eis: « Cur dimisistis eum? » Responderunt: « O pater, quia vidimus eum amentem esse neglexismus eum. » Ipse autem dixit: « O margarita pretiosa et abdita quam mundus non cognoscit! Vos amentes estis et ille perfectus. »

35. Fuerunt autem beato Ephræmo multi amici viri perfecti atque sancti: Mar Saba monachus, vir pietate eximius. Quo mortuo composuit in eum hymnos, quibus descripsit omnem ejus vitæ rationem, quia hunc virum plurimum venerabatur[1]. Ephræmi coætanei fuerunt multi episcopi et viri justi in quos hymnos composuit[2]. Ejus etiam tempore cecedit Nicomedia, in quam etiam scripsit; scripsit pariter de urbe Nisibi et de illius episcopo Jacobo, suo præceptore. Scripsit denique de Constantino victore aliisque multis[3]. Fecit Commentaria in Vetus et Novum Testamentum. Venerunt ejus ætate multa flagella et scripsit de illis. Præterea hymnos composuit de Samona et Guria qui martyrium Edessæ passi sunt. Ejus amici.

36. Ejus autem tempore Hunnorum populus Edessam invasit. Urbs

[1] Isti hymni e codd. Musæi britanici descripti in hoc opere prodibunt.

[2] Scripsit hymnos in episcopos Nisibis: Jacobum, Babu, Vologesem et Abraham, et in Vitum, Harani episcopum. Hos hymnos edidit Bickell, *Carmina Nisibena* ubi et hymni in Nisibin primo loco occurrunt. Scripsit etiam vitam Abrahæ Qidunæi et hymnos in eum quos edituri sumus.

[3] Scripsit hymnos in 40 martyres Sebastiæ quos edituri sumus. Plura etiam composuit contra Julianum apostatam quæ ab Overbeek edita sunt.

ܠܘܩܒܠܗܘܢ܀ ܘܒܙܘ ܘܐܚܪܒܘ ܠܟܠܗ ܒܝܪܬܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܣܠܩܘ ܠܛܘܪܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܥܠ
ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܥܘܡܪ̈ܐ ܣܓܝܐܐ
ܕܒܢܝ̈ ܩܝܡܐ ܕܓܒܪ̈ܐ ܘܕܢܫ̈ܐ. ܘܪܕܦܘ ܕܝܢ
ܠܓܒܪ̈ܐ ܕܒܗܘܢ. ܘܡܢܗܘܢ ܥܪܩܘ.
ܘܡܢܗܘܢ ܕܒܪܘ ܒܫܒܝܐ ܥܠܘ ܕܝܢ ܥܠ ܗܠܝܢ
ܒܢ̈ܬ ܩܝܡܐ ܘܒܙܘ ܥܘܡܪ̈ܝܗܝܢ. ܘܠܗܝܢ
ܪܕܦܘ. ܘܐܦ ܗܘܘ ܗܢܘܢ ܕܛܢܦܘ ܗܘܘ
ܒܗܝܢ. ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܡܕܡ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܠܐ ܚܒܠܘܗܝ. ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܐܟܬܒ. ܥܠ ܟܠ ܡܐ ܕܐܬܥܒܕ
ܗܠܝܢ ܣܢ̈ܝܐ ܀

ܦܫ ܕܝܢ ܒܚܝ̈ܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܥܕܡܐ
ܠܙܒܢܗ ܕܐܘܠܝܣ ܪܫܝܥܐ. ܘܒܗ ܒܙܒܢܗ
ܕܩܕܝܫܐ ܐܬܐ ܗܘ ܗܘܐ ܪܫܝܥܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ
ܕܪܕܦ ܠܟܠܗܘܢ ܪ̈ܫܝ ܟܘ̈ܡܪܐ ܚܣܝ̈ܐ ܘܠܥܢܗܘܢ
ܡܬܒܥܗܘܢ ܐܬܐ ܗܘܐ ܠܐܘܪܗܝ ܗܘ ܗܘܐ
ܪܫܝܥܐ: ܒܝܘܡܝ ܒܪܣܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܠܗ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܫܪܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܚܝܠܐ ܚܕ.
ܘܦܩܕ ܠܗܘܢ ܠܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܐ. ܕܢܦܩܘܢ
ܠܘܬܗ ܕܢܕܥ ܡܢܐ ܨܒܝܢܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܐ ܡܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܒܗܝܟܠܐ ܪܒܐ
ܕܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ. ܘܒܗ ܟܬܪܝܢ ܗܘܘ ܒܨܠܘܬܐ
ܥܡ ܪܥܝܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܐܘܪܟ ܘܠܐ ܢܦܩܘ.
ܦܩܕ ܠܚܕ ܡܢ ܪ̈ܫܝ ܚܝܠܐ ܕܝܠܗ. ܕܢܥܘܠ
ܘܢܩܛܘܠ ܐܢܘܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܡܪܚܡܢܐ
ܗܘܐ. ܫܕܪ ܠܗܘܢ ܕܢܦܩܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܡܬܚܦܛܝܢ. ܟܕ ܒܥܕܬܐ ܦܫܝܢ ܗܘܘ.

clausa est et nemo exivit contra eos; depopulati sunt ac vastarunt totam arcem civitatis et ascenderunt in montem urbi imminentem in quo plurima erant cœnobia virorum ac mulierum Deo sacrarum. Persecuti sunt monachos quorum pars fugit, pars in captivitatem ducta est. Progressi sunt contra virgines Deo consecratas et diripuerunt cœnobia earum easque persecuti sunt, sunt etiam quas constuprarunt. Extra urbem nihil intactum reliquerunt. Tunc Sanctus Ephræmus scripsit contra facinora ab istis execrandis perpetrata.

37. Vivus autem permansit S. Ephræmus usque ad tempora impii Valentis[1]. Ephræmi igitur tempore venit impius ille imperator, et postquam persecutus esset pios omnes pontifices eorumque greges, Edessam advenit in diebus Barsetis hujus urbis episcopi. Cum suas vires adunasset, castra posuit extra urbem; tunc jussit incolas urbis ad se exire et quid vellent sibi significare. Incolæ autem urbis congregati erant in magno Thomæ apostoli templo, orationi instantes cum suo pastore. Cum aliquamdiu expectavisset nec exirent, jussit cuidam e ducibus sui exercitus ut urbem ingrederetur et incolas trucidaret. Dux autem ille, ut erat indolis benignæ, monuit eos ut

[1] Pro Valente Acta vaticana falso obtrudunt Julianum imperatorem, quum ille anno 363 defunctus sit. Porro Socrates *Hist. eccl.* IV, 18 prorsus confirmat ea quæ hic habentur. « Sed ea, inquit, quæ Edessæ in Mesopotamia facta sunt nefas arbitror silentio prætcrire. In ea urbe ilustris ac splendida est basilica S. Thomæ apostoli, in qua propter loci sanctitatem collectæ sine intermissione celebrantur. Hanc imperator (Valens) videre cupiens, cum sciret universam convenientium multitudinem hæresim suam detestari ipse manu sua præfectum percussisse fertur quod illos inde etiam expellendos non curasset. » Totam deinde rei seriem narrat prout hic habetur. Concinunt Theodoretus *Hist. eccl.* IV, 14-15; Sozomenus *Hist. eccl.* VI, 18, qui tamen insinuant Barsem episcopum tunc exulem fuisse.

ܣܝܓܬܗ ܡܡܠܟܬܗ . ܘܒܡܠܟܗ ܠܗܘܢ ܒܣܪܘ
ܒܨܠܘܬܗܘܢ . ܘܟܕ ܥܒܪ ܗܘܐ ܚܕ ܡܢ ܫܘܩܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ . ܘܗܐ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܡܗܝܡܢܬܐ :
ܕܒܪܐ ܗܘܬ ܠܬܪܝܢ ܒܢܝܗ̈ ܘܪܗܛܐ ܗܘܬ
ܠܗܝܟܠܐ . ܘܟܕ ܐܪܥܬܗ ܠܗܘܦܠܐ . ܥܒܪܬ
ܠܓܘܢܝ ܕܥܡܗ . ܘܪܕܝܐ ܕܠܐ ܕܚܠܬܐ . ܗܘ
ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܠܗ̇ . ܬܡܗ ܘܦܩܕ ܕܢܩܪܒܘܢܗ̇ . ܘܟܕ
ܐܬܬ ܐܡܪ ܠܗ̇ . ܠܐܝܟܐ ܐܙܠܐ ܐܢܬܝ . ܗܝ ܕܝܢ
ܐܡܪܐ ܠܗ . ܕܫܡܥܬ ܥܠ ܩܛܠܐ ܘܥܘܠܐ
ܕܐܬܛܝܒ ܥܠ ܕܚܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ . ܘܪܗܛܐ ܐܢܐ
ܕܐܬܟܠܠ ܥܡܗܘܢ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ̇ .
ܘܗܠܝܢ ܛܠܝܐ ܕܐܝܬ ܥܡܟܝ ܒܢܝܟܝ ܐܢܘܢ :
ܘܗܝ ܐܡܪܐ ܒܢܝ ܐܢܘܢ . ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܒܥܝܢ
ܕܢܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܪܝܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܬܡܗ ܥܠ
ܚܘܒܐ ܚܡܝܡܐ ܕܥܡܐ ܕܠܘܬ ܡܘܬܐ ܘܐܬܗܦܟ
ܐܘܕܥ ܠܡܠܟܐ . ܘܐܦ ܗܘ ܐܬܕܡܪ .
ܡܢ ܒܬܪܟܢ ܢܦܩܘ ܥܡ ܪܥܝܐ ܕܝܠܗܘܢ .
ܘܟܕ ܝܕܥ ܨܒܝܢܗܘܢ . ܫܪܝܗܝ ܠܪܥܝܐ ܛܒܐ .
ܘܠܟܗܢܐ ܕܥܡܗ . ܘܐܫܬܢܝܘ . ܐܙܠ ܒܒܗܬܬܐ
ܘܗܟܢܐ ܒܝܕ ܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܡܗܝܡܢܬܐ ܐܬܦܪܩܬ
ܡܢ ܡܘܬܐ ܀

exirent. Illi autem, spreto jussu, in oratione perseverarunt enixe et cum gemitu orantes. Rursus misit ad eos, et, cum transiret per aliquem civitatis vicum, ecce mulier fidelis ducebat duos filios suos et festinabat ad templum. Duci obviam facta inter ejus satellites transiit et ibat absque metu. Qua visa, dux obstupuit et jussit eam ad se adduci. Quæ cum advenisset, dixit ei : « Quo vadis ? » Respondit mulier : « Audivi de cæde nefaria quæ parata est Deum timentibus et propero ut cum eis coronam accipiam. » Rursus autem dux : « Isti autem pueri tecum gradientes, suntne filii tui? » « Filii mei sunt, inquit, ego et illi preces fundimus ut efficiamur oblatio Domino. » Miratus est dux ardens populi ad mortem desiderium. Reversus igitur nuntiavit hæc imperatori qui et ipse rem miratus est. Tandem egressi sunt incolæ cum pastore suo. Cognita autem voluntate eorum, imperator liberos remisit bonum pastorem et sacerdotes ejus qui illico profecti sunt ; ipse vero abiit pudore suffusus. Sic Edessa a morte liberata est, per fidem incolarum suorum.

ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܗܠܝܢ ܐܟܬܒ
ܥܠܝܗ̇ ܟܕ ܐܡܪ :

38. Quod conspiciens beatus Ephræm de Edessa in hunc modum scripsit : Carmen de Edessæ liberatione.

ܬܪܥܐ ܕܒ̈ܬܐ ܦܬܝܚܝܢ .
ܫܒܩܘ ܐܘܪܗܝ̈ܐ ܟܕ ܢܦܩܘ
ܥܡ ܪܥܝܐ ܠܩܒܪܐ ܕܢܡܘܬܘܢ .
ܘܠܐ ܢܫܚܠܦܘܢ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ .
ܡܕܝܢܬܐ . ܘܩܘܪܐ ܘܒ̈ܢܝܢܐ .
ܘܒ̈ܬܐ ܠܡܠܟܐ ܢܬܝܗܒܘܢ .

« Januas domorum apertas
Edesseni reliquerunt dum exirent
Cum pastore ad sepulchrum ut morerentur
Et fidem suam non immutarent.
Urbs et arx (?) et ædificia
Domusque regi dentur,

ܩܢܝ̈ܢܐ ܘܕܗܒܐ ܢܫܒܘܩ .
ܘܠܐ ܢܫܚܠܦ ܗܝܡܢܘܬܢ .
ܐܘܪܗܝ ܡܠܝܐ ܢܟܦܘܬܐ .
ܡܠܝܐ ܗܘܢܐ ܘܣܘܟܠܐ .
ܠܒܝܫܐ ܛܥܡܐ ܕܪܥܝܢܐ .
ܐܣܪ ܚܨܘܗ̇ ܗܝܡܢܘܬܐ .
ܙܝܢܗ̇ ܩܘܫܬܐ ܙܟܝܐ ܟܠ .
ܟܠܝܠܗ̇ ܚܘܒܐ ܡܪܘܡ ܟܠ .
ܡܫܝܚܐ ܢܒܪܟ ܒܥܡܘܪ̈ܝܗ̇ .
ܐܘܪܗܝ ܕܫܡܗ̇ ܫܘܒܚܘܗܝ :
ܘܫܡ ܟܪܘܙܗ̇ ܫܘܒܗܪܗ̇ .
ܡܕܝܢܬܐ ܡܪܬ ܚܒܪ̈ܬܗ̇ .
ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܛܠܠܐ .
ܕܗ̇ܝ ܐܘܪܫܠܡ ܕܫܡܝܐ .

ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܫܝܚܐ : ܕܕܥܟܝܢ ܥܡܝܘ ܟܠܗܘܢ ܐܪ̈ܣܝܣ ·. ܘܢܨܝܚܐ ܗܘܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ : ܢܦܩ ܠܛܘܪܐ ܘܚܒܫ ܢܦܫܗ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܡܥܝܕ ܀

Peccatrix cæsareensis ad eum mittitur.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ·. ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܡܬܝܪܬܐ . ܘܛܒ ܚܛܝܬܐ ܗܘܬ ܘܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܒܩܣܪܝܐ . ܒܙܒܢܘܗܝ ܕܝܢ ܕܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗ̇ ܒܩܕܝܫܐ . ܐܬܬ ܘܟܬܒܬ ܒܟܪܛܝܣܐ ܟܠܗܘܢ ܚܛܗ̈ܝܗ̇ . ܘܐܬܬ ܘܩܪܒܬܗ ܠܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܟܕ ܡܦܝܣܐ ܠܗ ܘܒܥܝܐ ܡܢܗ . ܕܢܨܠܐ ܚܠܦܝܗ̇ ܠܐܠܗܐ : ܕܢܫܬܒܩܘܢ ܟܠܗܘܢ ܚܛܗ̈ܝܗ̇ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܠܥܡܠܐ ܐܬܛܦܝܣ ܠܗ̇ ܠܐܢܬܬܐ . ܘܢܣܒܗ ܠܟܪܛܝܣܐ ܕܒܗ ܟܬܝܒܝܢ ܗܘܘ ܚܛܗ̈ܐ . ܘܐܝܬܝ ܘܣܡܗ ܩܕܡ ܡܪܝܐ . ܘܗܟܢܐ ܒܝܕ ܨܠܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܘܒܝܕ ܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܕܐܢܬܬܐ ·. ܐܬܥܛܝܘ

Bona aurumque cedamus
Ut fidem non immutemus.
O Edessa, plena castitatis !
Plena prudentiæ et intelligentiæ,
Induta mentis judicio.
Cingulum renum ejus est fides,
Armatura ejus veritas omnium victrix,
Corona ejus charitas omnium exaltatrix,
Christus benedicat ejus incolas !
Edessa cujus nomen gloria Christi est,
Et nomen prædicatoris ejus laus urbis,
Urbs sociarum domina,
Urbs quæ umbra est
Jerusalem cœlestis [1].

Quum autem vidisset in urbe Christi extinctas omnes hæreses orthodoxamque fidem triumphare secessit in montem et inclusit se ubi erat prius.

39. Hoc autem tempore erat Cæsareæ mulier quædam nobilis et valde peccatrix. Tempore autem S. Basilii et propter fidem quam in sanctum virum habebat, scripsit in charta omnia peccata sua et veniens chartam obtulit Basilio deprecans eum rogansque ut ille pro ipsa Deum exoraret ut delerentur omnia illius peccata. Sanctus autem vir ægre a muliere persuasus tandem apprehendit chartam in qua descripta erant peccata eamque attulit et posuit coram Domino. Sic porro per preces sancti viri et per fidem mulieris deleta sunt de charta omnia peccata ejus. Remansit tamen pec-

[1] Iste hymnus sensu non verbis convenit cum illo qui recitatur in Actis vaticanis.

ܒܠܚܘܕ ܀ ܚܕ ܕܝܢ ܚܛܗܐ ܕܗܘ ܪܒ ܗܘܐ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܂ ܘܟܕ ܦܬܚܬܗ ܘܐܫܟܚܬܗ
ܠܗܢܐ ܂ ܢܦܠܬ ܩܕܡܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܟܕ ܡܬܟܫܦܐ
ܠܗ ܡܛܠ ܚܛܗܐ ܗܢܐ ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ
ܠܗ̇ ܀ ܒܪܬܝ ܀ ܗܘ ܕܥܛܐ ܠܟܝ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ
ܠܣܘܓܐܐ ܕܚܛܗ̈ܝܟܝ ܀ ܗܘ ܐܦ ܠܗܢܐ
ܢܥܛܐ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ ܂ ܐܢ ܗܘ ܗܟܝܠ
ܕܡܩܘܝܐ ܐܢܬܝ ܂ ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܫܘܒܩܢܐ ܢܣܒܐ ܀
ܐܠܐ ܐܦ ܠܛܝܒܘܬܐ ܫܘܝܐ ܂ ܒܪܡ ܙܠܝ
ܠܘܬ ܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ ܀ ܘܬܡܢ ܡܫܟܚܐ ܐܢܬܝ
ܠܓܒܪܐ ܩܕܝܫܐ ܂ ܕܡܫܠܡ ܒܟܠܗܝܢ ܡܝܬܪܘܬܐ ܂
ܕܫܡܗ ܐܦܪܝܡ ܂ ܘܐܩܪܒܝ ܠܗ ܟܬܒܬܟܝ
ܠܗܘ ܘܗܘ ܫܒܩ ܠܟܝ ܚܛܗܟܝ ܠܗ
ܠܚܛܗܟܝ ܂ ܟܕ ܗܠܝܢ ܫܡܥܬ ܐܢܬܬܐ ܀
ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܘܩܒܠܬ ܒܘܪܟܬܐ ܂ ܘܐܙܠܬ
ܡܚܕܐ ܀ ܘܐܬܬ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܐܬܐܡܪ ܂
ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܒܥܝܬ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܐܬܚܘܝܬ
ܠܗ ܀ ܘܫܐܠܬ ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܐܦܪܝܡ ܂ ܘܟܕ
ܐܫܟܚܬܗ ܠܩܠܝܬܗ ܀ ܩܥܬ ܘܐܡܪܬ ܂
ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ ܩܕܝܫܗ ܕܐܠܗܐ ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ
ܐܬܦܢܝ ܘܚܙܐ ܠܗ̇ ܀ ܐܫܬܘܕܥ ܒܪܘܚܐ ܠܡܕܡ ܀
ܘܐܡܪ ܠܗ̇ ܀ ܦܪܘܩܝ ܡܢܝ ܐܢܬܬܐ ܀ ܡܛܠ
ܕܒܪܢܫܐ ܚܛܝܐ ܐܢܐ ܂ ܗܝ ܕܝܢ ܫܕܬ ܟܬܒܬܐ
ܘܐܡܪܬ ܀ ܪܫ ܐܦܣܩܘܦܐ ܫܕܪܢܝ ܠܘܬܟ ܂
ܕܬܒܥܐ ܠܐܠܗܐ ܀ ܘܢܬܥܛܐ ܚܛܗܐ ܗܢܐ
ܕܥܒܕܬ ܂ ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܚܛܗ̈ܝ ܡܢ
ܗܢܐ ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܣܒܪ ܠܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܀ ܘܡܢ
ܨܠܘܬܗ ܐܬܥܛܝܘ ܂ ܐܢܬ ܕܝܢ ܠܐ ܬܬܟܠܐ ܕܬܒܥܐ
ܘܬܬܟܫܦ ܚܠܦܝ ܠܐܠܗܐ ܂ ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܕ
ܚܛܗܐ ܂ ܠܘܬܟ ܓܝܪ ܫܕܪܢܝ ܂ ܐܡܪ ܠܗ̇
ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܂ ܠܐ ܒܪܬܝ ܠܐ ܀ ܐܠܐ ܗܘ ܕܐܫܟܚ
ܠܡܫܒܩ ܣܓܝܐܬܐ ܀ ܗܘ ܡܫܟܚ ܕܢܥܛܐ
ܐܦ ܠܗܢܐ ܂ ܝܬܝܪ ܡܢܝ ܂ ܐܠܐ ܙܠܝ ܠܐ
ܬܬܟܠܝ ܀ ܐܝܟܢܐ ܕܬܕܪܟܝܘܗܝ ܂ ܥܕܠܐ ܢܦܘܩ

catum quoddam ceteris majus. Quum autem illa, aperta charta, hoc invenisset, cecidit ad pedes sancti viri eum deprecans pro isto peccato. Qui dixit ei : « Filia, qui sua misericordia delevit multitudinem peccatorum tuorum etiam hoc per misericordiam suam delebit. Si igitur perseveras non tantum condonationem accipies, sed etiam gratia digna eris. Sed vade ad montem Edessæ et ibi invenies virum sanctum omnibus virtutibus præstantem nomine Ephræm, offer ei chartam tuam et ipse condonabit tibi peccatum tuum. » Hisce auditis mulier a sancto viro, benedictione accepta, recessit et confestim profecta est. Quum pervenisset ad locum ipsi designatum, inquisivit sanctum Ephræm et cum invenisset cellam ejus exclamans dixit : « Miserere mei, sancte Dei. » Ille autem circumspiciens cum eam intuitus esset per spiritum rem cognovit et dixit ei : « Recede a me mulier quia homo peccator sum. » Illa autem, projecta charta, dixit : « Archiepiscopus misit me ad te ut Deum depreceris et deleatur peccatum quod commisi ; omnia enim peccata mea, præter hoc, oratione sancti viri deleta sunt ; tu autem ne renuas poscere et deprecari Deum pro me propter istud unum peccatum. Misit quippe me ad te. » Respondit illi sanctus vir : « Non, filia, non ; sed qui potuit condonare multa potest et hoc delere potius quam ego : vade igitur sine mora ut eum attingas antequam ab hac vita recedat. » Illico mulier, petita

ܪܒܐ . ܘܗܦܟܬ ܡܢ ܬܡܢ ܘܐܬܝܐ . ܐܬܬܐ ܕܝܢ
ܒܗ̇ ܒܡܕܝܢܬܐ ܩܣܪܝܐ ܡܠܟܬܗ . ܘܐܫܟܚܬܗ
ܠܡܠܦܢܐ ܩܕܝܫܐ . ܗܘ ܦܓܪܗ ܕܩܕܝܫܐ
ܡܬܠܘܐ . ܐܬܬܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܬ ܩܥܝܬ ܗܘܬ
ܦܪܟܡܐ : ܟܕ ܡܬܦܚܠܐ ܥܠ ܥܦܪܐ : ܘܐܡܪܐ
ܚܢ ܡܛܠ ܐܦܣܪ . ܘܝ ܠܝ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ..
ܠܡܢܐ ܫܕܪܬܢܝ ܠܐܬܪܐ : ܪܚܝܩܐ ܕܐܘܚܪ
ܘܐܚܙܝܟ ܟܕ ܡܬܠܒܐ ܐܢܬ . ܕܗܘܐ ܗܦܟܬ
ܠܝ ܣܪܝܩܐܝܬ . ܢܚܙܐ ܐܠܗܐ ܘܢܕܘܢ ܒܝܢܝ
ܘܠܟ . ܡܛܠ ܕܟܕ ܡܨܐ ܗܘܝܬ ܠܡܫܪܝܘ
ܠܝ ∴ ܪܒ ܐܚܪܢܐ ܫܕܪܬܢܝ . ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܡܪܬ
ܘܫܕܬ ܟܪܛܝܣܐ ܥܠ ܥܪܣܗ . ܘܐܫܬܥܝܬ
ܠܟܠܗ̇ ܡܕܝܢܬܐ ∴ ܬܫܥܝܬܗ̇ . ܦܓܥ ܕܝܢ ܒܗ̇ ܐܢܫ
ܡܢ ܩܠܝܪܘܣ . ܘܐܚܕ ܠܟܪܛܝܣܐ ∴ ܟܕ ܨܒܐ
ܠܡܕܥ ܕܡܢܘ ܗܘ ܚܛܗܐ . ܘܟܕ ܦܫܩܗ ∴
ܐܫܟܚ ܕܠܐ ܟܬܝܒ ܠܐ ܡܕܡ . ܘܐܪܝܡ ܩܠܗ
ܪܒܐ ܘܐܡܪ ܠܐܢܬܬܐ . ܟܪܛܝܣܟܝ ܠܐ ܟܬܝܒ
ܐܘ ܐܢܬܬܐ .. ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܬ ܐܬܐ ∴ ܕܢܫܬܒܚ
ܐܠܗܐ ܒܩܕܝܫܘܗܝ . ܘܗܟܢܐ ܒܝܕ ܨܠܘܬܗ
ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܘܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ∴ ܘܒܝܕ
ܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܘܥܡܠܗ̇ ܕܐܢܬܬܐ . ܟܠܗܘܢ
ܚܛܗ̈ܝܗ̇ ܐܬܥܛܝܘ ∴

ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܥܠ ܡܘܬܗ
ܕܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܛܒ . ܘܐܟܬܒ
ܥܠܘܗܝ ܡܕܪ̈ܫܐ . ܟܕ ܡܫܒܚ ܠܟܠܗܘܢ
ܕܘܒܪ̈ܘܗܝ ܕܠܘܬ ܐܠܗܐ ∴

benedictione, reversa est in urbem Cæsaream. Ecce corpus sancti viri deducebatur. Quod cum vidisset mulier clamare cœpit in pulvere se volutans et cum sancto contendens hisce sermonibus : « Væ mihi, serve Dei, quare misisti me in longinquam regionem ut retardarer et viderem te quando deduceris. Ecce frustra reversa sum. Videat Deus et judicet inter me et te, quia cum posses me absolvere ad alterum misisti. » Talia locuta projecit chartam super feretrum et narravit toti urbi suam historiam. Occurrens autem aliquis de clero apprehendit chartam scire volens quodnam esset peccatum ; et cum solvisset eam nihil prorsus in ea scriptum reperit ; clamans porro voce magna dixit mulieri : « Charta tua scripta non est, o mulier. » Factum est hoc signum ut Deus in sanctis suis clarificaretur. Sic per orationem Basilii et sancti Ephræmi ac per fidem mulieris ejusque laborem omnia ejus peccata fuere deleta[1].

40. Beatus autem Ephræmus de morte sancti Basilii valde afflictus fuit scripsitque in eum hymnos[2], quibus totam ejus in Deo vitam collaudat.

[1] Istud peccatricis factum fusius narratur in Actis vaticanis et in Vita Basilii et Ephræmi Amphilochio tributa (S. Ephræmi *Opp. Græco-lat.* I, proleg. XXXVII.) Legitur etiam in *Vitis Patrum* a Rosweido editis ap. Migne *Patrol lat.* LXXIII, col. 307-309. At in antiquissimo codice vallicelliano, ubi habetur hæc eadem narratio quæ in codd. recentioribus Amphilochio erronee tribuitur, ista narratio deest. Illius nulla mentio fit a S. Gregorio Nysseno, a Sozomeno, a Metaphraste, nec ab anonymo græco quem edidit Vossius. Porro simile factum legitur in *Vita Joannis Eleemosynarii* (*Patrol. lat.* LXXIII. col. 380-382.) Merito itaque suspecta habetur, eo vel magis quod Ephræmus jam tunc ut infra demonstrabitur, e vita migraverat et quod nihil tale in vita Basilii referatur.

[2] Acta vaticana « habuit hymnos et sermones. » Exstat inter opera græca S. Ephræmi (*Opp. græco-lat.* II, 289, sqq.) encomium in S Basilium, in quo S. Basilii virtutes, pietas et miracula celebrantur. Refert Ephræmus se divino monitu ad Basilium accessisse, laudibus extollit Basilii in resistendo Valenti imperatori constantiam, miraculum refert hac occasione in filium Valentis patratum, aliudque miraculum quo

ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܗܠܝܢ ܡܒܝܫܬܐ ܚܝ̈ܐ ܕܢܦ̈ܫܐ.
ܘܟܠܗܘܢ ܕܩܪ̈ܒܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ ܡܒܝܐ ܗܘܐ ܗܘܐ.
ܠܚܐܪܘܬܐ ܓܝܪ ܢܦܩ ܠܗ ܡܢ ܡܥܪܬܗ.
ܡܛܠ ܥܠܬܐ ܗܕܐ. ܟܦܢܐ ܓܝܪ ܚܣܝܢܐ ܡܥܝܩ
ܗܘܐ ܥܠ ܐܘܪܗܝ. ܘܟܕ ܚܫ ܥܠ ܒܢܝ̈ܐ
ܐܢܫܐ ܕܐܒܕܝܢ ܗܘܘ. ܐܡܪ ܠܗܠܝܢ ܕܐܨܢܥܘ
ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܥܒܘܪܐ ܒܐܘܨܪ̈ܐ. ܘܚܙܐ ܗܘܐ
ܕܐܟܪܝܘܢ ܗܢܘܢ ܘܠܐ ܡܪܚܡܢܘܬܐ. ܥܕܡܐ
ܠܐܡܬܝ ܠܐ ܦܓܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܠ ܠܒܟܘܢ
ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܐܠܐ ܗܐ ܥܘܬܪܟܘܢ ܡܩܛܪ̈ܓܢ
ܠܟܘܢ ܗܘܝܢ ܘܡܚܝܒܢܐ ܕܢܦܫܬܟܘܢ. ܘܗܢܘܢ
ܟܕ ܫܡܥܘ ܐܬܡܠܟܘ ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܠܝܬ
ܠܢ ܐܢܫ ܕܢܗܝܡܢܘܗܝ ܥܠ ܦܪܢܣܐ ܕܐܝܠܝܢ
ܕܗܘܐ ܦܣܩܝܢ ܡܢ ܟܦܢܐ. ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ
ܥܢܝܢܐ. ܢܟܠܝܢ ܘܡܬܢܟܠܝܢ ܥܠ ܣܘܥܪܢܐ
ܗܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܦܪܘܫ ܐܢܐ ܢܦܫܝ
ܠܟܠܗܘܢ ܐܟܣܢܕܘܟܝ̈ܐ ܘܝܗܒܘ ܠܗ ܪܒ
ܒܝܬܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܘܟܣܦܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܫܪܝ
ܗܘܐ ܠܡܟܪܟܘ ܕܫܘ̈ܩܐ ܐܝܟܢ ܕܢܕܥ
ܕܘܟܝ̈ܬܐ. ܘܥܒܕ ܗܘܐ ܬܠܬܡܐܐ ܥܪ̈ܣܬܐ.
ܡܢܗܘܢ ܠܡܩܒܪ ܐܝܠܝܢ ܕܡܝܬܝܢ. ܡܢܗܘܢ
ܠܢܝܚܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܣܒܪ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܣܒܪܐ
ܕܚܝ̈ܐ. ܘܠܘܬ ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܒܪ ܒܩܘܪ̈ܝܐ:
ܘܡܬܢܓܕܝܢ ܗܘܘ ܒܟܦܢܐ. ܐܝܟ ܕܝܠܗ ܗܘ.
ܘܟܠܗܘܢ ܠܡܬܝܐ ܡܫܪܐ ܡܫܝܠ ܗܘܐ

41. Ducebat S. Ephræmus vitam purissimam et omnes ad ipsum accedentes consolabatur. Tandem voluntaria coactione e cella exivit hac de causa. Fames gravis Edessam premebat ; ipse miseratus generis humani pereuntis dixit ad eos qui asservabant sibi frumentum in horreis, quos immisericordes esse cernebat : « Quousque retardaveritis inducere misericordiam in cor vestrum? divitiæ vestræ accusatores vestri erunt vosque damnabunt. » Quum hæc audiissent, inierunt consilium et dixerunt ei : « Neminem habemus, cui dispensationem committamus pro iis qui fame moriuntur. Omnes enim et fraudant et fraudantur in hac re. » Respondit eis : « Pro vobis impendam me omnibus Xenodochiis. » Et constituerunt eum œconomum et rectorem præbueruntque ei pecuniam multam. Cœpit igitur percurrere plateas ut agnosceret loca convenientia. Ejus curis facti sunt trecenti lectuli partim ad sepeliendos defunctos, partim ad refocillationem eorum quibus spes vitæ remanebat. Qui autem erant foris in pagis et vicis fameque premebantur eos

Famis Edessæ.

calamus in manu imperatoris exilium Basilii scribentis ter confractus elapsus est. Narrat etiam Basilium ipsi auctorem fuisse ut hymnos et sermones in quadraginta Sebastiæ martyres scriberet. Hos hymnos numero quinque hucusque ignotos e codice perantiquo Musæi britannici eruimus et publica luce donabimus. Porro de reliquis Basilii gestis Ephræmus nihil habet. Quare, cum Bollando *Acta Sanct.* t. 1, febr. 51 et Fabricio, *Bibl. gr.* 5 contra Tillemontium et J. S. Assemanum *Ephræmi Opp. græco-lat.* II, Proleg. L, sentio hoc encomium ab Ephræmo habitum fuisse, vivente adhuc Basilio, paulo post suum a Cæsarea reditum. Et revera in fine encomii loquitur de Basilio tanquam adhuc superstite adhibens verba de præsenti, ut : « O pater Basili, qui velut stimulo errorem pungis, et abigis, qui sagaciter proficisceris cum apibus, etc. » Quare minus recte Acta nostra et vaticana hoc encomium post mortem Basilii habitum volunt. Quod utique admitti nequit, siquidem, ut mox demonstrabitur, Ephræmus ante Basilium obiit. Unde alii ansam arripuerunt negandi encomium illud esse authenticum. Immerito, nam præter codicum auctoritatem, Ephræmo illud vindicant ratio dicendi, sententiæ, metaphoræ, Scripturæ usus, uno verbo totum argumentum et stylus. Cfr. D. Cellier, *Hist. des auteurs eccl.* VI, 42. Ed. Vives.

ܠܗܘܢ܆ ܡܢ ܟܠ ܕܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ
ܡܪܐ. ܒܝܕ ܐܢܫܐ ܐܢܫ ܕܗܘܘ ܡܩܝܡܝܢ ܥܠ
ܗܕܐ ܣܘܥܪܢܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܫܬܠܡܬ ܫܢܬܐ ܗܝ
ܕܟܦܢܐ: ܒܬܪܗ ܗܘܬ ܐܚܪܬܐ ܕܣܒܥܐ:
ܘܟܠܢܫ ܡܦܢܐ ܗܘܐ ܠܒܝܬܗ ܀

Ephræmi mors. ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܛܘܒܢܐ. ܐܙܠ ܠܩܠܝܬܗ.
ܘܒܬܪ ܝܪܚܐ ܚܕ ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ. ܟܕ ܝܗܒ
ܠܗ ܐܠܗܐ ܥܠܬܐ ܗܕܐ܆ ܕܒܗ ܢܫܬܟܠܠ
ܒܟܠܝܠܐ ܕܚܝܘܗܝ. ܟܕ ܕܝܢ ܒܝܘܡܐ
ܕܟܢܘܫܗ܆ ܐܬܟܢܫܬ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ܆ ܘܐܦ
ܡܢ ܕܘܟܝܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ. ܘܐܬܘ ܟܠܗܘܢ ܒܐܝܩܪܐ
ܪܒܐ ܘܒܙܘܝܚܐ ܣܓܝܐܐ. ܟܕ ܐܬܬܣܝܡ ܕܝܢ
ܒܩܘܡܝܛܪܝܢ܆ ܐܝܟܐ ܕܡܬܩܒܪܝܢ
ܐܟܣܢܝܐ. ܘܦܩܕ ܓܝܪ ܗܘܐ. ܕܡܕܡ ܡܢ
ܢܚ̈ܬܘܗܝ ܠܐ ܢܬܬܣܝܡ ܥܡܗ. ܣܛܪ ܡܢ
ܟܘܬܝܢܗ. ܐܠܐ ܐܝܟܐ ܕܡܬܬܣܝܡܝܢ ܐܟܣܢܝܐ
ܢܬܬܣܝܡ. ܡܢ ܕܐܬܬܣܝܡ ܡܟܝܠ ܙܒܢܐ.
ܐܝܠܝܢ ܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܐ ܐܣܩܘܗܝ ܠܦܓܪܐ:
ܗܢܐ ܘܐܣܝܡܘܗܝ ܒܡܥܪܬܐ ܕܡܬܩܒܪܝܢ ܗܘܘ.
ܗܘܐ ܡܬܝܩܪ ܘܡܫܬܒܚ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ
ܕܝܠܗ. ܒܨܠܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ.
ܘܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܒܣܝܠܝܘܣ܆ ܘܕܟܠܗܘܢ
ܩܕܝܫܐ ܒܢ̈ܝ ܥܕܬܐ܆ ܘܕܩܕܝܫܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܡܪܝܡ. ܫܘܠܡܗ ܕܡܢ ܢܗܘܘܢ ܥܡ ܟܠܢ

ad se recepit, et recumbere fecit quotidie eis ministerii plurimum impendens. Quod ipsi dabatur hilariter eis tribuebat per præpositos huic negotio. Transacto anno famis, secutus est annus satietatis; et unusquisque rediit in domum suam [1].

42. Tunc beatus ille vir rediit ad cellam suam et, transacto mense, vitam finivit, postquam præbuerat ei Deus hanc occasionem ad vitæ coronam [2]. Facta autem exequiarum die, congregata est universa civitas et turba e locis vicinis, atque deductus fuit cum maximo honore et pompa [3]. Repositus fuit in cœmeterio ubi sepeliebantur advenæ. Præceperat [4] quippe ut ex ejus vestimentis nullum præter tunicam secum poneretur et corpus sepeliretur in loco ubi jacebant advenæ. Elapso autem a depositione exiguo tempore, incolæ urbis elevarunt corpus illudque deposuerunt in spelunca ubi sepulti sunt urbis episcopi. Honoratur et colitur ibi ab omnibus incolis [5].

Per orationes sancti Ephræmi et S. Basilii et omnium Sanctorum et sanctæ genitricis Dei Mariæ

[1] Fames edessena et præclara agendi ratio Ephræmi iisdem fere verbis describitur in *Historia Lausiaca* a Palladio, qui vix triginta annis post obitum Ephræmi scribebat. Is etiam memorat, impleto anno successisse fertilitatem, Ephræmum ad cellam rediisse et, elapso uno mense, obiisse (Vid. *Patrol. gr.* XXXIV, 1206). Illud idem factum memoratur a Sozomeno, *Hist. Eccl.* III, 16.

[2] Acta vaticana addunt Ephræmum, quum sentiret diem suum ultimum instare suum scripsisse testamentum. Et revera in illo documento loquitur S. Doctor tanquam qui morti proximus est. Hoc confirmat S. Gregorius Nyssemus in Encomio.

[3] Cum hymnis et psalmis Spiritus Sancti ab angelis, episcopis, sacerdotibus et diaconis totoque clero et populo. Convenere etiam ad parentalia laudabilis chorus et benedictum agmen anachoretarum, stylitarum, et cœnobitarum. Ita Acta vaticana, qui in fine addunt obitum ejus accidisse 15 junii.

[4] In suo Testamento illud graviter præcepit. Narrat porro in suo Ephræmi encomio Gregorius Nyssenus : « In cœlum ergo jam perrecturus sanctus hic vir iis qui tunc ibi aderant mandabat ne pretioso vestimento corpus suum sepelirent. Et, si quis amantior patris, tale quidpiam cogitasset, id ne exsequeretur, sed consilio in melius mutato, hoc ipsum, quod sepulturæ cohonestandæ decrevisset, pauperibus impertiretur. » Addit quemdam eo quod obedire intus renuebat a dæmone correptum fuisse et precibus S. Ephræmi liberatum.

[5] Ostenditur hodie sepulchrum S. Ephræmi in monasterio S. Sergii. Vide supra not. 3 ad n. 12.

[Syriac text]

misericordia Domini nostri sit cum cœtu christianorum et cum lectore sedulo et cum auditore fideli et cum infirmo scriptore et cum hoc monasterio ejusque monachis; fraternitas servet eos per crucem victricem ab omnibus insidiis mali semper, amen; et Deus regnare faciat pacem inter eos in generationes generationum.

[Syriac text]

Explicit historia mar Ephræmi Syri.

Oratio ejus nobiscum.

I. DE CHRONOLOGIA VITÆ S. EPHRÆMI, DE DIE ET ANNO MORTIS EJUS.

In hisce Actis dies annusque mortis S. Ephræmi silentio premuntur. Acta vaticana de anno pariter silent, sed mortem ad diem 15 Haziran (junii) referunt, Acta autem breviora habent: [illegible] « Rediit Edessam et ibi vitam finivit anno (Græcorum) sexcentesimo octogesimo quarto 9ª Haziran (junii), qui est annus trecentesimus septuagesimus secundus post adventum Domini. »

Porro quoad diem mortis chronicon Edessenum et alter codex vaticanus (ap. Assemanum, *Bibl. orient.* I, 54, not.) habent etiam 9ᵐ Haziran, Dionysius patriarcha mortem reponit in diem 19 Haziran, Gregorius Barhebræus et Liber Chalifarum in diem 18 Haziran, cum quibus facit antiquus codex Musæi Britanici. Conveniunt igitur omnes Syri Ephræmum mense Haziran id est junio, obiisse, de die autem mensis dissentiunt; plerique tamen stant pro die nona, vel 18ª.

Major autem fit difficultas de anno mortis. Multi recentiores Ephræmum post Basilium mortuum esse circa annum 378, 379 vel 380 autumant[1]. Innituntur isti

[1] Ut omittamus Ant. Arcudium in Anthologia, qui prorsus falso docet Ephræmum sub Theodosio floruisse, citari possunt Butler (*Vie des Saints* 9 juil.,) D. Cellier (*Hist. des auteurs eccl.* VI, 4 ed. Vivis,)

auctores in *Actis* S. Ephræmi, in quibus narratur mulierem peccatricem ad Basilium ab Ephræmo remissam Cæsaream pervenisse quum corpus Basilii (1ª Jan. 379) ad sepulchrum deduceretur. At, ut observavimus, ista historia haud satis certa est. Nituntur secundo in Encomio S. Basilii quod græce exstat inter opera S. Ephræmi et genuinum esse S. Doctoris fœtum pro certo habemus. Sed illud encomium, vivente adhuc Basilio, habitum fuerit. Restat tertium argumentum : chronologia *Actorum* S. Ephræmi. Acta quidem vaticana prolixiora et Acta parisiensia silent de anno mortis, ut diximus, sed ex eorum chronologia tempus mortis Ephræmi hac ratione eruitur. Peccant quidem Acta romana tum in anno baptismi S. Ephræmi, tum in tribuenda Juliano apostatæ persecutione quam Edessa passa est sub Valente. Unde infirmatur graviter auctoritas chronologica horum Actorum. At ab utroque hoc vitio immunia sunt Acta parisiensia, cujus chronologia ita se habet.

Natus est Ephræmus in urbe Nisibi diebus Constantini (306-337) et quidem, ut demonstravimus, primo ejus regni anno seu an. 306. Baptizatus fuit in Beth-Garbaia anno ætatis 18°, Christi 324. Ivit cum S. Jacobo nisibeno ad concilium Nicænum an. 325 ; rediit Nisibin ibique vixit sub S. Jacobo nisibeno († 338), et sub ejus successoribus Babu, Vologese et Abraham, donec Nisibis a Joviano imperatore Persis traderetur, quod factum est in secunda parte an. 363[1]. Inde digressus Ephræmus venit in Beth-Garbaia et inde Amidam, et, transacto anno, Edessam. Adventus igitur Ephræmi in urbem Edessam in finem anni 364 vel in annum 365 reponendus est. Quod affirmant Acta Ephræmum venisse Edessam post traditam Persis a Joviano Nisibin, confirmatur ineluctabili testimonio Hymnorum quos Ephræmus Nisibi degens composuit in Episcopos Nisibenos S. Jacobum, Babu, Vologesem, et Abrahamum. Vologeses quippe sedem nisibenam tenuit usque ad annum 361, quo Abrahamus ipsi successit. Porro Ephræmus in Abraham, quum ille sedem nisibenam teneret, scripsit hymnos collectionis nisibenæ XVII-XXI[2].

Acta non produnt quot annos Ephræmus Edessæ et in monte vicino manserit, sed asserunt ipsum

Alzog (*Hist. Eccl.*,) Darras (*Hist. eccles.* t. 10 p. 419;) J. S. Assemanus (*Bibl. orient.* I, 53, not.;) Fabricius, *Biblioth. gr.* V, 319 mortem reponit in annum 378; quod facit etiam Natalis Alexander, *Hist. eccl.* sæc. IV, c. 6, a. 17. Par. 1714, ac Rœdiger in *Ersch und Grueber Encyclop.* ad V. Ephrem.

[1] Ephræmum Nisibi permansisse sub S. Jacobi successoribus Babu, Vologese et Abraham, ineluctabiliter evincitur e *Carminibus nisibenis* a Cl. D. Bickell Lips. 1866 editis. Hinc cadunt omnes conjecturæ quibus Alsleben totam Vitæ Ephræmi pervertit chronologiam (*Das Leben Ephrem's des Syrers* p. 46, sqq.).

[2] Vid. Bickell. *S. Ephræmi Syri Carmina nisibena* Lips. 1866, p. 108, sqq.

exinde se contulisse in Ægyptum, ubi per octo annos commoratus fuerit. Inde Cæsaream ad Basilium se contulit, quo advenit circa festum Epiphaniæ. Si supponamus Ephræmum Edessæ per unum dumtaxat annum commoratum esse antequam pergeret in Ægyptum, ejus adventus ad Basilium contingere non potuit ante annum 373 vel 374. Diaconus a Basilio ordinatus Ephræmus Edessam rediit et post quatuor annos, anno igitur 377 vel 378 vel posterius suscepit legatos Basilii Thomam et Theophilum. Narrant deinde Acta parisiensia Edessam ab Ephræmo a persecutione Valentis fuisse liberatam, sed non indicant aliter tempus quam asserendo hoc sub Barsete episcopo evenisse. Porro Barses, juxta Chronicon edessenum[1], sedem Edessenam tenuit ab anno Græcorum 672 ad an. 689, (Chr. 361-378). Acta denique referunt mulierem ab Ephræmo ad Basilium remissam Cæsaream pervenisse in die sepulturæ S. Basilii, id est mense januario 379. Ephræmum denique, audita Basilii morte in eum hymnos scripsisse et etiam orationes ut habent Acta vaticana. Quæ si ita sint, Ephræmi mors non evenerit ante mensem junium anni 379. At gravissima testimonia cogunt, ut mox probabimus, eam in annum 373 reponere. Et revera, si attente consideraverimus qualem se habet chronologia Actorum · postquam Ephræmus Edessam advenit, facile apprehendemus in eam aliquod vitium irrepsisse. Acta asserunt Ephræmum octo annos in Ægypto fuisse deinde ad Basilium venisse, deinde Edessam ab exercitu Valentis liberasse. Sed hæc simul stare nequeunt. Nam, juxta Actorum chronologiam, Ephræmus, relicta Ægypto et viso Basilio, Edessam non redierit ante medium anni 373 vel 374; sed persecutio Valentis contra christianos Syriæ et Asiæ minoris sæviit an. 371 et 372. Quum Modestus munus præfecti gesserit quando Valens Edessam advenit ex Antiochia, putaverim persecutionem contra Edessenos motam fuisse an. 371. Nam an. 372 Modestus consul renuntiatus fuit. Itaque admitti nequit Ephræmum octo annos in Ægypto fuisse. Nec etiam intervallum quatuor annorum inter Ephræmi a Basilio recessum et missionem legatorum episcopi Cæsareæ conciliari potest cum obitu Ephræmi in anno 373.

Jam autem gravissima testimonia reponunt Ephræmi obitum in annum 373, qui annus Cl. D°. Bickell[2] prorsus probatur. Primo loco occurrit *Chronicon Edessenum*, sæc. VI e probatissimis fontibus elaboratum. In eo igitur legimus[3]:

» ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܒܚܙܝܪܢ

[1] Ap. J. S. Assemanum, *Bibl. orient.* I, 397-398.
[2] *S. Ephræmi Syri carmina nisibena* p. 9.
[3] Cfr. J. S. Assemanus, *Bibl. orient*, I, 397.

ܚܙܝܪܢ ܒܬܫܥܐ ܒܗ ܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܡܫܒܚܐ ܀ Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Chr. 373) mense Haziran (junio), die nona, migravit ex hoc mundo Mar Ephræm doctrina celeberrimus. » J. S. Assemanus vult e mente Chronici Edesseni sicut e mente Dionysii Jacobitarum patriarchæ Ephræmum obiisse anno Chr. 375; quia uterque iste auctor nativitatem Christi reponit in annum Græcorum 309. At, quamvis isti auctores Christum natum doceant an. græc. 309, nihilominus annos computant quasi æra Græcorum inciperet ab anno 311[1] ante Christum ut ceteri faciunt. Sic Chronicon Edessenum docet concilium Nicænum congregatum fuisse an græc. 636 (Chr. 325). Consonat Dionysius Jacobitarum sæculo X patriarcha[2]: « ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܡܝܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܒܬܫܥܣܪ ܒܚܙܝܪܢ Anno 684 (Chr. 373) obiit Sanctus Ephræm die 19 Haziran (junii). » In Actis S. Ephræmi brevioribus[3]: ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܒܛ ܒܚܙܝܪܢ ܕܐܝܬܝܗ ܫܢܬ ܬܠܬܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܡܢ ܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ « Vitam finiit anno sexcentesimo octogesimo quarto 9ᵃ Haziran, qui est annus tercentesimus septuagesimus secundus post adventum Domini nostri. » Liber Chalifarum e cod. sæc. VIII descriptus et a scriptore antiocheno sæc. V pro hac parte exaratus[4] ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘ ܡܝܬ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܒܝܪܚ ܚܙܝܪܢ ܝܚ Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Chr. 373) mortuus est Mar Ephræm doctor 18ᵃ mensis Haziran. »

Codex add. 12,155 Musæi Britannici sæc. VIII, fol. 177 inter annotationes chronologicas habet: « ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܡܝܬ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܒܬܡܢܬܥܣܪ ܒܚܙܝܪܢ Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Chr. 373) mortuus est Mar Ephræm 18ᵃ Haziran. »

Gregorius Barhebræus in *Chronico ecclesiastico*[5]: « ܢܚ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܝܚ ܒܚܙܝܪܢ ܫܢܬ ܦܒܓ obiit Mar Ephræm 18 Haziran anni 682 (Chr. 371). » Elias autem Nisibenus[6] in *Chronographia* citans Jacobum Edessenum mortem Ephræmi refert ad ann. 684 (Chr. 373). Constans igitur est traditio Syrorum historicis monumentis stabilita Ephræmum supremum obiisse diem mense junio anni 373. Quare admittendum non est quod habetur in Menologio Græcorum ab Arcudio Romæ et a Pinello Venetiis edito, Ephræmum scilicet ad tempora Theodosii pervenisse. Accuratius in Menologio Basiliano dicitur

[1] Ut rectius loquamur Æra Græcorum incipit an. 312, mense Tiserin qedim (octobri) ante Christum natum.

[2] Ap. J. S. Assemanum, *Bibl. Orient.* I, 54, not.

[3] Ap. J. S. Assem. lib. cit. p. 25.

[4] Edidit Land *Anecdota syriaca* t. I, p. 15 et 114.

[5] Edd. Abbeloos et Lamy t. I, col. 107.

[6] Vid. notam ad citat. loc. Greg. Barhebræi.

Ephræmum a tempore Constantini usque ad imperium Valentis vitam produxisse[1]. Cum traditione Syrorum concinit Hieronymus[2] docens Ephræmum sub Valente decessisse. Cum quo facit etiam Georgius, Arabum episcopus[3], juxta quem Ephræm sub finem Valentis florebat. Quum Valens mense augusti 378 obierit sequitur e testimonio S. Hieronymi aliorumque Syrorum mortem S. Ephræmi non posse reponi post mortem Basilii in an. 379 aut 380 adeoque falsam esse pro hac parte Actorum quæ edidimus chronologiam.

II. DE TEMPORE QUO EPHRÆMUS SUA SCRIPTA EXARAVIT.

Hucusque satis compertum non est quonam tempore Ephræmus commentaria sua suosque innumeros fere hymnos ac sermones ediderit. Editores romani operum S. Doctoris hanc quæstionem vix attigerunt. Nemo adhuc eam enodavit; deficiebant quippe ad hoc idonea documenta. Hodie tamen, quamvis multa adhuc remaneant incerta, aliqua lux affunditur ex Actis quæ edidimus et ex aliis fontibus recens detectis.

Georgius, Arabum sæc. VII episcopus, in *Epistola ad Josue reclusum*[4] ait : « Inde a synodo Nicæna usque ad annum Græc. 656 (Chr. 345) anni sunt viginti, et hoc quidem tempore scriptorem illum Persam (Aphraatem) scripsisse colligimus ; annis autem anterioribus, iis præsertim qui annum Græc. 648 (Chr. 337) præcesserunt Mar Ephræmum docuisse vel scripsisse, ita ut dicere possimus ipsum antecessisse scriptori nostro Persæ hujusque doctorem aut magistrum fuisse nuspiam invenimus. » Infra idem auctor addit Ephræmum *Contra doctrinas* (ܥܠ ܡܘܠܦ̈ܢܐ) scripsisse postquam, Nisibi Persis tradita, Edessam venerat. Ex Georgio igitur discimus Ephræmum nihil ante an. 337, imo ante an. 345 vix aliquid scripsisse. Liber Chalifarum[5] asserit : « Anno Græc. 670 (Chr. 359) primum innotuit Mar Ephræm doctor. » E quo testimonio sequitur Ephræmum tanquam scriptorem innotuisse quinque tantum annis antequam Edessam se conferret.

Hisce testimoniis aliquantisper contradicere videtur Greg. Barhe-

[1] *Ephræmi Opp gr. lat.* I Prolog. p. IX.
[2] *De Vir. ill.* 115. Idem testatur. Inscriptio cod. gr. criptoferratensis.
[3] Apud Forget, *Dissert. De Vita et Scriptis Aphraatis* Lovan. 1882, p. 25.
[4] Edita est a D. de Lagarde in *Analecta Syriaca*, Lips, 1858 p. 108, sqq. ; deinde pro parte recusa a D. Wright in *The homilies of Aphraates the Persian Sage* et a D. F. Forget, *De Vita et scriptis Aphraatis.*
[5] Ap. Land, *Anecdota syriaca* I, 117.

bræus[1] asserens : « A tempore concilii in Nicæa congregati cœpit S. Ephræm noster cantica et hymnos (ܩܝ̈ܢܬܐ ܘܡܕܖ̈ܫܐ) adversus sui temporis hæreses conscribere. » Quæ tamen verba ita intelligi possunt ut pauci dumtaxat hymni ab Ephræmo exarati fuerint in annis qui concilium Nicænum proxime secuti sunt.

Porro si Acta S. Ephræmi ejusque scripta hucusque reperta interrogaverimus hæc statui posse videntur. Primo loco occurrunt *Hymni nisibeni* a cl. D. Bickell e codicibus Londinensibus editi Lips. 1866. Novem priores hymni agunt de variis Nisibis obsidionibus quæ ab anno 338 ad annum 363 factæ sunt, et in hymno quidem septimo asseritur afflictiones duravisse per annos 20 unde datur intelligi hunc hymnum non ante annum 358 fuisse conscriptum. Hymnus 10^{us} agit de expugnatione castelli Anazit quæ anno 359 contigit ; hymni 13-14 agunt de tribus Nisibis episcopis S. Jacobo, Babu et Vologese, quo vivente, scripti sunt. Unde recte concluditur hos hymnos ante an. 361 quo ille defunctus est fuisse compositos ; hymni 17-21 agunt de Abraham Nisibis episcopo et scripti sunt anno 363 paulo ante quam Nisibin Persis traderetur ; hymni 25-30 referendi videntur ad res Edessenas, certe hymni 31-34, quibus de Haran et Vito ejus episcopo agitur, post traditam anno 363 Nisibin, scripti sunt. Qui vero sequuntur in eadem collectione hymni de Domino nostro et de morte ac diabolo, etc., quonam tempore exarati fuerint dici nequit.

Porro hymni quatuor adversus Julianum apostatam ab Overbeek editi scripti fuerunt antequam Nisibin Persis traderetur. Commentaria autem in S. Scripturam edita fuerint quo tempore monachus degebat in monte Edessæ. Ad hoc enim tempus pertinet commentarium in Genesin. Hymni adversus scrutatores et adversus doctrinas seu hæreses, qui secundo et tertio operum syriacorum tomo habentur scripti fuerint partim antequam pergeret ad Basilium, partim postquam ab itinere redux erat, ut colligitur ex Actis. Hymni in Julianum Sabam anno 367, quo ille mortuus est, posteriores sunt. Historia pariter Abrahæ Qidunensis († 367) et hymni in eum ejusdem sunt ætatis. Sermones ascetici ad fratres monachos directi utique referendi sunt ad tempus quo monachum agebat in monte Edessæ. Hymni denique in festa Domini et martyrum, juxta Acta vaticana et parisiensia ad tempus pertinent quo Edessæ commorabatur. Ejus autem Testamentum paulo antequam e vita migraret exaratum fuit.

[1] In *Ethicis* apud J. S. Assemanum (*Bibl. Orient.* I., 116.)

III. DE CULTU S. EPHRÆMI.

S. Ephræmum inde a suo obitu sanctorum cultu honoratum fuisse constat ex ejus Actis, quibus refertur S. Doctoris exequias ab omnibus Edessenis cum honore et reverentia sanctis viris debita fuisse celebratas ejusque corpus paulo post fuisse elevatum et in sepulchro episcoporum Edessæ repositum. Fama ejus sanctitatis illico ultra fines Syriæ se extendit. S. Gregorius, Nyssæ episcopus, in anniversaria ejus solemnitate præclaro encomio ejus virtutes celebravit. Sozomenus et Theodoretus Ephræmum inter Sanctos viros et Ecclesiæ doctores numerarunt. Ante eos S. Hieronymus testatus fuerat Ephræmi scripta tantam auctoritatem immediate post ejus mortem nacta esse, ut in nonnullis ecclesiis post lectionem S. Scripturæ legerentur. Jacobus, Batnarum Sarugi episcopus ad finem sæc. V, in Ephræmi encomio[1] testatur eum apud Edessenos sanctitate et doctrina inter ceteros præcelluisse.

Quamvis autem beatus Ephræm æstate in Domino obdormiverit, ejus tamen natalis dies ab Orientalibus ad diem 28 januarii, a latinis vero ad diem 1 februarii celebratur. Martyrologia Usuardi, et Adonis sicut et martyrologium romanum obitum S. Ephræmi in diem 1m februarii reponunt[2]; Græci vero in Menologio et in Menæis in diem 28 januarii ; Menæa syriaca pariter diem 28 januarii assignant[3]. In Tropologio autem syriaco sæculi IX assignatur dies 1a februarii[4]. In Calendariis omnium ecclesiarum orientalium, Græcorum, Slavorum, Armenorum, Chaldæorum, Syrorum, Maronitarum, Nestorianorum, Ephræmi natalis die 28 januarii celebratur[5]. Quod cur factum sit non liquet. Jacobitæ insuper commemorationem S. Ephræmi peragunt Sabbato 1r hebdomadis jejunii quadragesimalis[6]. Hodie vero Syri uniti, Chaldæi ac Nestoriani hanc commemorationem peragunt feria 6a post Epiphaniam[7]. Sed Copti Ephræmi obdormitionem in suo Calendario in diem 15 julii reponunt[8].

1 Cod. par. Syr. 195, fol. 109-119.
2 Cfr. *Acta Sanctor.* febr. t. I, 50.
3 Cod. paris. 136, fol. 237; Bibl. Bodl. Oxon. codd. Dawk. 11, 15, 24.
4 Musæi Britann. cod. addit. 14,504 f. 33.
5 Vid. N. Nilles, *Kalendarium manuale utriusque ecclesiæ* t. I, 48, 416, 435, 440, Æniponte, 1879.
6 Musæi Brittann. cod. addit. 12, 147, fol 24 14,695, fol. 143; 14,698, fol. 72; 14696 fol. 113.
7 Nilles, Lib. cit. t. II, p. 664-665.
8 Nilles, *Ibid.* t. II, 658.

MONITUM

IN COMMENTARIA SEQUENTIA.

Quæ sequuntur Commentaria in capp. XLIII-LXVI Isaiæ, in Lamentationes Jeremiæ, in Jonam, Nahum, Habacuc, Sophoniam et Aggæum, desumpta sunt e Musæi Britannici codice addititio 12,144. Exaratus fuit is codex in Ægypto anno gr. 1392, Chr. 1081. Continet porro *Catenam Patrum in S. Scripturam* a Severo monacho Edesseno, anno Christi 861 elaboratam. Ejusdem Catenæ alter codex exstat in Bibliotheca vaticana. Ex hoc codice editores romani operum S. Ephræmi eruerunt commentaria S. Ephræmi in libros protocanonicos veteris Testamenti. Deficiunt tamen in editione romana ultima pars vaticiniorum Isaiæ, Lamentationes Jeremiæ fere integræ et quinque prophetæ minores; nempe : Jonas, Nahum, Habacuc, Sophonias et Aggæus. Quod cur factum sit ignoro, quum ista commentaria non defuerint in codice romano, ut constat e J. S. Assemani *Bibliotheca orientali* I, 70, sq, ubi iste codex describitur et quædam allegantur scholia nostris apprime correspondentia. Quum igitur editores romani hæc omiserint, operæ pretium esse duxi ea hic addere ad complendum opus S. Doctoris exegeticum. Quum autem mens sit typis ea tantum mandare quæ hucusque inedita sunt incipio ab Isaiæ capite XLIII. Scholia enim in capp. I-XLII in editione romana habentur.

Porro codex britannicus, in quo Ephræmi scholia feliciter reperi fuse et docte describitur in W. Wright *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, part. II, p. 908-914. Illud dumtaxat hic observo orthographiam satis negligenter a scriba fuisse observatam pluraque menda manifesta hic illic occurrere, ut legenti patebit.

ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܦܘܫܩܐ ܕܐܫܥܝܐ

CAPUT XLIII.

ܡܢܘ ܐܝܬ ܒܟܘܢ ܕܢܚܘܐ ܗܕܐ . ܘܩܕܡܝܬܐ ܢܫܡܥܢ . ܬܘܒ ܠܒܘܚܪܢܐ ܩܪܐ ܐܢܘܢ ܀

ܐܢܬܘܢ ܣܗܕܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܗܿ . ܐܡܪ ܕܝܢ ܥܠ ܙܕܝܩܐ ܕܐܢܬܘܢ ܣܗܕܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܀

ܘܡܕܡ ܕܥܒܕ ܐܢܐ ܡܢܘ ܡܗܦܟ .. ܗܿ ܥܠ ܐܚܪܝܬܐ ܕܡܠܟ ܕܢܬܠ ܠܗܘܢ . ܗܢܘ ܕܫܠܗܒܝܬܐ ܠܐ ܬܘܩܕ ܀ ܒܗ ܫܪܟܐ ܕܡܘܠܟܢܘܗܝ ܛܒܬܐ ܀

ܢܬܠܘܢ ܣܗܕܝܗܘܢ ܘܢܙܕܕܩܘܢ ܘܢܫܡܥܘܢ ܘܢܐܡܪܘܢ . ܗܿ . ܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ ܘܚܘܪ ܘܝܫܘܥ ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ ܦܪܩ ܐܢܘܢ ܀

ܡܛܠܬܟܘܢ ܫܕܪܬ ܠܒܒܠ ܘܐܚܬܬ ܠܟܠܗܘܢ ܟܠܕܝܐ ܕܒܐܠܦܐ ܡܫܬܒܗܪܝܢ . ܗܿ . ܟܕ ܐܬܢܣܒܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܘܪܝܐ ܒܚܛܗܝܗܘܢ ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܒܒܠܝܐ . ܘܟܕ ܙܥܘܪܐ ܗܘܘ ܘܫܝܛܐ . ܡܛܠ ܕܢܪܕܘܢ ܠܐܝܣܪܝܠ . ܐܚܝܠ ܐܢܘܢ ܥܠ ܐܬܘܪܝܐ ܀

ܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܦܪܘܩܟܘܢ .. ܕܒܪܝܬ ܠܐܝܣܪܝܠ ܡܠܟܟܘܢ . ܘܐܢܐ ܚܘܝܬ ܘܦܪܩܬ ܘܐܫܡܥܬ . ܗܿ . ܠܫܘܥܒܕܐ ܕܫܥܒܕ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܥܘܠܘܬܗܘܢ .. ܐܠܐ ܦܪܩ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܪܚܡܘܗܝ ܕܠܘܬܗܘܢ ܀

ܘܢܕܥܟܘܢ ܐܝܟ ܫܪܓܐ ܕܡܬܛܦܛܦ . ܗܿ .

[1] ܢܫܡܥܘܢ in forma Aphel.

[2] Versio simplex cum hebræo habet « Sanctus vester. »

EJUSDEM MAR EPHRÆMI

COMMENTARIUM IN ISAIAM.

CAPUT XLIII.

9. *Quis est in vobis qui hoc indicet, et priora enarret?* rursus ad probationem provocat eos.

10. *Vos estis testes, inquit Dominus.* Scilicet de justis dixit: *Vos estis testes mei dicit Dominus* (vers. 12).

13. *Et quod ego facio quis subvertet?* Loquitur de novissimis quæ promisit se eis præstiturum, nempe eos flamma non esse comburendos (vers. 2); loquitur etiam de ceteris promissionibus bonis.

9. *Producant testes suos* nempe Moysen, Aaron, Hur et Josue, per quos salvavit eos *et justificentur et annuntient*[1] *et dicant.*

14. *Propter vos misi Babylonem, et adduxi omnes Chaldæos qui in navibus gloriantur.* Quando ablatum fuit regnum Assyriorum propter eorum peccata et datum fuit Babyloniis, istos etsi parvos et despectos prævalere fecit Assyriis ut castigare possent Israel.

15. *Ego sum Dominus salvator vester*[2], *qui creavi Israel, rex vester. Et ego ostendi et salvavi et audire feci*[3], quod scilicet servituti eos subjecit propter eorum iniquitates et salvavit propter suam in eos misericordiam.

17. *Et extinguentur velut lu-*

[3] Hæc e vers. 11 adjecta sunt.

ܐܘ ܒܒ̈ܠܝܐ ܐܡܪ. ܐܘ ܠܗܘܢ ܗܢ ܠܗܘܢ
ܠܩܕ̈ܡܝܐ ܕܗܘܘ ܒܡܨܪܝܢ ܡܕܟܪ ܀

ܗܐ ܐܥܒܕ ܐܢܐ ܚܕܬܐ ܐܥܒܕ ܐܘܪܚܐ ܒܡܕܒܪܐ.
ܗ̄ܘ. ܒܗܕܐ ܣܘܠܩܟܘܢ ܐܥܒܕ ܐܘܪܚܐ ܕܦܘܢܝܐ
ܒܡܕܒܪܐ ܀

ܢܫܒܚܢܢܝ ܚܝܘܬܐ ܕܕܒܪܐ. ܗ̄ܘ. ܬ̈ܢܢܐ ܘܒ̈ܢܬ
ܝܥܢܐ. ܗ̄ܘ. ܢܫܒܚܘܢܢܝ ܕܡܬܬܠܝܢ ܒܚܝܘܬܐ.
ܒܬ̈ܢܝܢܐ ܘܒ̈ܢܬ ܝܥܢܐ ܀

ܢܫܬܐ ܥܡܝ ܓܒܝܐ. ܗ̄ܢܘܢ ܗ̄ܘ ܕܐܬܓܒܝܬܘܢ
ܗܘܝܬܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܫܘܬܐܣܘܗܝ ܕܥܠܡܐ ܀

ܠܐ ܐܝܬܝܬ ܠܝ ܐܡܪ̈ܐ ܕܝܩܕ̈ܝܟ. ܗ̄ܘ. ܕܠܦܬܟ̈ܪܝܟ
ܩܪܒܬ ܐܢܘܢ. ܐܦܠܐ ܐܢܐ ܫܥܒܕܬܟ ܒܩܘܪ̈ܒܢܐ.
ܗܘܐ ܐܢܐ. ܕܚ̈ܛܗܝܟ ܪ̈ܘܪܒܐ ܘܙܥܘܪ̈ܐ ܐܠܨܘܟ
ܠܡܩܪܒܘ. ܐܝܟ ܚܛܗ̈ܐ ܐܦ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܀

ܠܐ ܙܒܢܬ ܠܝ ܒܟܣܦܐ ܩܢܝܐ. ܕܠܥ̈ܓܠܐ
ܗܘ ܥܒܕܬܘܢ ܗܠܝܢ ܀

ܐܢܐ ܐܢܐ ܕܡܚܐ ܐܢܐ ܥܘܠܟ. ܗ̄ܘ. ܡܛܠܬܝ
ܘܠܐ ܡܛܠ ܬܝܒܘܬܐ ܗ̄ܝ ܕܠܐ ܐܫܬܟܚܬ ܒܟ..
ܘܚܛܗ̈ܝܟ ܠܐ ܐܬܕܟܪ. ܗ̄ܘ. ܐܘ ܒܬܢܝܐ ܐܘ
ܒܡܓܪܬ ܪܘܚܐ ܕܡܘܣܦ ܀

ܢܬܕܝܢ ܐܟܚܕܐ. ܗ̄ܘ. ܕܢܥܒܕ ܒܥܘܩܒܐ ܘܢܬܕܝܢ
ܚܕ ܥܡ ܚܕܐ ܐܢܐ ܘܐܢܬ. ܐܠܐ ܥܒܕܬ ܠܟ ܗܠܝܢ
ܐܝܣܪܝܠ ܀ ܫܐܘܠ ܐܒܘܟ ܚܛܐ. ܗ̄ܘ. ܠܐ
ܗܘܐ ܚܕܐ ܙܒܢ ܚܛܐ. ܕܒܙܒ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܚܛܐ ܀

ܫܠܝܛܢܝܟ ܐܥܠܘ ܒܝ. ܗ̄ܘ. ܕܒܥܠ

cerna quæ crepitat. Hi sunt Babylonii, aut memorat hos ipsos antiquos qui fuerunt in Ægypto.

19. *Ecce ego faciam novum, faciam viam in deserto,* in hoc ascensu vestro faciam viam reditus in deserto.

20. *Laudabunt me bestiæ agri,* canes scilicet aurei et struthiones. Nempe laudabunt me qui per bestias, per canes aureos et struthiones figurantur.

21. *Bibet populus meus electus,* vos scilicet qui electi fuistis ante fundamenta mundi[1].

23. *Non attulisti mihi agnos holocaustorum tuorum*, quia scilicet idolis tuis obtulisti eos. *Non te servire feci in oblationibus,* non ego sed peccata tua magna et parva coegerunt te ad offerendas (idolis) oblationes. Peccatis conformes fuerunt oblationes.

24. *Non emistis*[2] *mihi argento calamum*, quia vitulis hæc fecistis.

25. *Ego ipse sum qui deleo iniquitatem tuam,* deleo scilicet propter me et non propter pœnitentiam quæ non est inventa in te. *Et peccatorum tuorum non recordabor,* quod addit aut per repetitionem aut per longanimitatem.

14. *Frangam jugum ejus a te,* i. e. jugum Assyrii regis tui, *et vincula tua disrumpam,* quibus subjiciebas populos. *Et non seminabitur nomen tuum in domo Dei tui,* i. e. non orabunt pro regibus suis in domo Deorum suorum. *Et perdam sculptilia tua et conflatilia tua* in captivitate, *et faciam illam sepulchrum tuum cito;* ibi in

[1] Vers. simpl. : « ad protegendum . »

ܒܒܝܬ ܦܬܟܪܝܗܘܢ . ܐܬܩܛܠܘ ܣܓܝܐܐ
ܡܢܗܘܢ ܀

domo idolorum eorum trucidati sunt multi ex illis.

CAPUT II.

ܗܐ ܥܠ ܛܘܪ̈ܐ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܡܣܒܪ ܫܠܡܐ ܀
ܗ̄ܘ . ܥܠ ܦܘܪܩܢܐ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܒܒܠ .
ܐܘ ܕܝܢ ܒܗ ܒܣܢܚܪܝܒ ܀ ܥܒܕܝ ܝܗܘܕܐ
ܥܐܕܝܟܝ . ܗ̄ܘ . ܕܒܛܠܘ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܪܒ
ܫܩܐ ܀ ܘܫܠܡܝ ܢܕܪܝܟܝ . ܗ̄ܘ . ܗܢܘܢ ܕܢܕܪܬܝ
ܒܐܘܠܨܢܝܟܝ ܀

ܡܛܠ ܕܡܦܢܐ ܐܢܐ ܐܝܩܪܗ ܕܝܥܩܘܒ ܀ ܗ̄ܘ .
ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܟܕ ܚܪܒܘ ܗܘܘ ܠܟܢܥܢܝܐ .
ܘܗܘ ܕܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܒܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ ܀

ܣܠܩ ܡܕܒܪܢܐ ܩܕܡܝܟܝ ܘܢܛܪ ܡܛܪܬܐ ܘܣܟܐ
ܐܘܪܚܐ . ܗ̄ܘ . ܡܠܐܟܐ ܕܡܕܒܪ ܠܗܘܢ ܀ ܘܕܫܘ
ܐܢܘܢ ܕܝܫܐ . ܗ̄ܘ . ܡܠܟܘܬܐ ܕܥܡܡܐ ܀

ܡܓܢܐ ܕܓܢܒܪܘܗܝ ܡ̇ܣܡܩܝܢ . ܗ̄ܘ .
ܕܒܗ ܣܢܚܪܝܒ ܀ ܘܓܢܒܪܐ ܡܫܬܥܝܢ
ܒܠܡܦܐܕܐ ܕܢܘܪܐ . ܗܢܘ . ܒܣܟܪ̈ܝܗܘܢ
ܕܡܙܠܓܝܢ[a] ܐܝܟ ܠܡܦܐܕܐ ܕܢܘܪܐ ܀ ܘܦ̈ܪܫܐ
ܡܬܕܡܪܝܢ ܠܡܛܝܒܘ ܩܪܒܐ . ܗ̄ܘ . ܕܒܗ
ܩܪܒܐ ܢܦܩܝܢ ܀

ܚܙܘܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܡܦܐܕܐ . ܗܢܘ . ܚܙܘܐ
ܕܐܬܘܢܝܗܘܢ ܀ ܘܐܝܟ ܒܪܩܐ ܪܗܛܝܢ . ܗ̄ܘ .
ܥܠ ܡܪܗܛܘܬܗܘܢ ܕܐܚܕܝܢ ܠܫܠܝܛܢܝܗܘܢ
ܕܣܠܩܝܢ ܒܬܪ ܪ̈ܝܫܝܗܘܢ ܀ ܘܢܛܝܒܘܢ
ܣܟܐ . ܗ̄ܘ . ܕܒܗ ܝܗܘܕܐ ܕܡܚܝܠܝܢ ܠܫܘܪܐ ܀

ܬܪ̈ܥܐ ܕܝܗܘܕܐ ܐܬܦܬܚܘ . ܗ̄ܘ . ܠܓ̈ܠܘܝܐ

1. *Ecce super montes pedes annuntiantis pacem,* i. e. liberationem quæ procurata est eis e Babylone, aut etiam a copiis Sennacherib. *Celebra Juda solemnitates tuas,* quæ adveniente Rabsace cessaverunt. *Et persolve vota tua,* quæ vovisti in tribulationibus tuis.

3. *Quia ego restituam gloriam Jacobi,* quam Israelitæ obtinuerunt quum destruxerunt Chananæos, et quam antea jam in Moyse et Aaron possederunt.

2-3. *Ascendit ductor ante te, et excubiarum excubitor, et viæ speculator,* angelus qui eos ducebat. *Et conculcaverunt eos conculcatores,* i. e. regna gentium.

4. *Clypei heroum eorum rubent,* clypei ducum Sennacheribi. *Et belligeri ludunt cum facibus ignitis*, i. e. cum scutis suis(?), quæ fulgent velut faces ignitæ. *Admirationi sunt equites in parando bello,* i. e. qui ad bellum procedunt.

5. *Aspectus eorum ut lampades,* i. e. aspectus furnorum eorum. *Et velut fulgura discurrunt.* Hoc dicit de celeritate eorum ad capiendos principes qui post suos duces ascendebant. *Et præparabunt propugnacula sua,* Judæi scilicet qui muros muniunt.

7. *Portæ Judæ apertæ sunt* exulibus ut ingrediantur. *Et templum*

[a] In Cod. ܕܡܙܪܓܝܢ .

ܕܒܟܠ ܀ ܘܡܫܚܠܐ ܐܢ . ܗ̄ . ܐܘ ܡܢ ܒܟܝܬܐ
ܕܓܘܝܐ . ܐܘ ܡܢ ܡܠܐ ܓܘܕܦܐ ܕܒܪ̈ܝܐ ܀

ܐܬܥܝܪܬ ܦܪ̈ܫܝܗ̇ . ܘܣܠܩܘ . ܗ̄ . ܕܩܡܘ
ܦܪ̈ܫܐ ܥܠ ܬܪ̈ܥܐ . ܘܪ̈ܓܠܐ ܣܠܩܘ ܠܡܛܪ
ܫܘܪܐ ܀ ܘܐܡܗܬܗ̇ ܡܢܗܡܢ ܗܘ̈ܝ ܐܝܟ
ܝܘܢܐ . ܗ̄ . ܡܛܪ̈ܬܐ ܕܓܘܝܐ ܕܩܥܝܢ ܘܢܛܪ̈ܢ
ܫܘܪܐ ܀

ܘܢܝܢܘܐ ܐܝܟ ܡܥܝܢܐ ܗܝ ܕܡ̈ܝܐ ܘܒܝܬ ܡ̈ܝܐ .
ܗ̄ . ܐܦ ܥܠ ܢܝܢܘܐ ܐܡܪ ܕܒܝܬ ܡ̈ܝܐ ܡܛܠ
ܢܒ̈ܥܝܗ̇ . ܘܕܡܛܠ ܕܡܫܡܫ ܠܗ̇ . ܐܠܐ ܠܗ̇
ܗܘ ܠܡܫܪܝܬܗܘܢ . ܕܝܪܘܫܠܡ ܗܘܬ ܠܐܚܕܐ .
ܩܪܐ ܡܥܝܢܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܦܬܚܬ ܬܘܪܥܬܐ
ܒܚܝܠܐ ܕܪܒ ܫܩܐ . ܥܪܩ ܣܢܚܪܝܒ
ܘܕܥܡܗ ܘܐܬܛܪܕܘ ܠܡܨܪܝܢ ܀ ܐܬܥܝܪܘ
ܐܬܥܝܪܘ ܘܠܝܬ ܕܡܬܦܢܐ . ܗ̄ . ܥܠܘܗܝ ܗܘ
ܐܡܪ ܐܬܥܝܪܘ ܐܬܥܝܪܘ ܘܠܝܬ ܕܡܬܦܢܐ
ܠܡܣܟܝܘ ܠܒܪ ܙܘܓܗ . ܐܦ ܗܟܢܐ ܩܥܘ
ܚܕ ܠܚܕ ܘܠܝܬ ܗܘܐ ܕܡܬܦܢܐ ܠܒܪܙܘܓܗ ܀

ܒܙܘ ܣܐܡܐ ܘܒܙܘ ܕܗܒܐ . ܗ̄ . ܕܚܝܠܗ
ܚܙܩܝܐ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ ܀

ܕܫܝܐ ܘܡܫܝܒܬܐ ܘܡܬܦܪܥܬܐ . ܗܘ . ܠܗ̇
ܗܘ ܠܡܫܪܝܬܐ ܕܥܠܝܗܘܢ ܫܒܩܘ ܗܘܐ . ܥܠ
ܕܐܬܒܙܬ ܘܐܬܦܫܚܬ ܀ ܠܒܐ ܕܝܢ ܬܒܝܪܐ
ܘܢܩܫܐ ܕܒܘܪ̈ܟܐ ܘܙܘܥܐ ܒܟܠܗܝܢ ܚܨ̈ܝܢ . ܗ̄ .
ܢܩܫܐ ܘܬܢܝܢ ܢܩܫܐ ܘܙܘܥܐ ܘܬܒܪܐ
ܕܠܒܐ . ܗ̄ . ܥܠ ܡܦܠܛܐ ܕܩܛܠܐ ܕܥܪܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ
ܠܐܬܘܪ ܒܙܒܢܐ ܐܡܪ ܗܟܝܠ .. ܘܐܦ ܒܠܚܘܕ

commotum est aut lamentatione eorum qui intus sunt aut blasphemiis exterorum.

8. *Excitavit illa equites suos et ascendit,* i. e. remanserunt equites ad portas et pedites ascenderunt ad servandum murum. *Et ancillæ gemebant sicut columbæ,* i. e. excubiæ internæ quæ clamabant et servabant murum.

9. *Et Ninive similis est lacui aquarum et est inter aquas.* Etsi de Ninive dicit eam esse inter aquas propter illius aquarum scaturigines et propter Tigrim ei inservientem, tamen castra eorum quibus Jerusalem circumdabatur lacum vocat. Quum autem aperta fuit scissura in exercitu Rabsaces, fugit Sennacherib et qui cum eo erant expulsi sunt in Ægyptum. *Excitate, excitate, et non sit qui retro se vertat.* De Sennacherib dicit : *excitate, excitate et non sit qui retro se vertat* ad expectandum socium suum. Eodem modo clamarunt unus ad alterum et non erat qui se converteret ad comitem suum.

10. *Diripuerunt argentum*[1], *et diripuerunt aurum* copiæ Ezechiæ e castris.

11. *Conculcata, dejecta et perrupta.* Ita appellat castra eorum, quia direpta et disjecta fuerunt. *Cor confractum, collisio genuum et tremor in omnibus lumbis* i. e. excussio et iterata excussio (genuum) et commotio et confractio cordis. Hæc dicit de servatis a cæde[2] qui fugerunt ex Ægypto in

[1] Verti etiam posset « diripite » ut habet Vulgata.

[2] Pro ܡܦܠܛܐ legendum ܡܦܠܛܐ ut mox habet.

ܐܘܟܡܐ[a] ܐܝܟ ܩܘܣܪܐ ܕܩܕܪܐ . ܗ̄ . ܗܘ
ܬܒ ܗܘ ܥܠ ܡܫܘܙܒ̈ܐ ܕܦܪܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ
ܠܐܬܘܪ ܒܪܘܬܬܐ ܐܡܪ ܗܠܝܢ ܀

ܐܝܟܐ ܡܪܒܥܬܗ ܕܐܪܝܘܬܐ . ܗ̄ܝ ܫܘܪܐ .
ܡܫܪܝܬܗ ܚܣܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ ܀ ܘܬܘܒ ܐܪܝܘܬܐ
ܠܐܬܘܪ ܩܪܐ ܗܪܟܐ ܀ ܘܪܥܝܐ ܕܒܪ ܓܘܪܝܐ .
ܕܐܪܝܘܬܐ ܀ ܗ̄ . ܕܢܡܪܘܕ ܨܝܕܢܝܬܐ ܘܨܝܕܢܝܬܐ
ܡܢܡܪܘܕ ܐܦ ܟܬܒܐ ܩܪܐ ܠܢܡܪܘܕ . ܘܗܘܐ
ܐܬܩܪܝ ܐܝܟ ܡܢ ܕܩܕܡܝܐ ܩܪܒ ܠܐܠܗܐ
ܩܘܪܒܢܐ ܡܢ ܨܝܕܗ ܕܩܪܐ . ܕܐܙܠ ܐܪܝܐ ܠܡܥܠ
ܠܬܡܢ . ܘܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ ܕܠܝܬ ܕܡܪܗܒ ܠܗ .
ܗ̄ . ܢܦܩ ܕܝܢ ܚܙܩܝܐ ܠܡܒܙ ܡܫܪܝܬܗܘܢ
ܘܠܐ ܕܟܠܐ ܠܗ ܀

ܐܟܪ ܡܐܟܠܬܐ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܓܘܪܘܗܝ . ܘܚܢܩ
ܐܦ ܠܡܬܢܘܗܝ . ܗ̄ . ܕܠܗ ܘܠܒܢܘܗܝ
ܘܠܒܢܝ̈ ܒܢܘܗܝ ܟܢܫ ܡܢ ܬܡܢ ܥܘܬܪܐ
ܘܡܠܝܗ ܠܐܘܪܫܠܡ ܒܙܬܐ ܀ ܘܠܐ ܢܫܬܡܥ
ܬܘܒ ܕܒܝܫܬܟ . ܗ̄ . ܙܟܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܐ
ܬܘܒ ܕܝܠܗ ܒܝܢ ܡܠܟܐ ܀ ܘܡܠܐ ܢܩܥܘܗܝ
ܘܡܪܒܥܬܗ ܚܛܦܐ . ܗ̄ . ܕܡܠܝܗ ܠܐܘܪܫܠܡ
ܒܙܬܐ ܀

CAPUT III.

ܘܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܕܡܐ . ܗ̄ . ܬܘܒ ܥܠ
ܢܝܢܘܐ ܀ ܕܟܠܗ ܕܓܠܘܬܐ ܘܡܠܝܐ ܚܛܘܦܝܐ . ܘܠܐ
ܡܬܪܓܫ ܒܗ ܬܒܪܐ . ܗ̄ . ܠܡܛܠ ܕܡܛܠ
ܣܓܝܐܘܬܐ ܠܐ ܥܒܕ ܬܒܪܐ ܒܥܡܡܐ ܀

ܩܠܐ ܕܦܪܓܠܐ . ܗ̄ . ܕܙܘܥܐ ܘܩܠܐ ܕܙܘܥܐ

Assyriam cum tremore. *Et omnium vultus nigros reddam ut fuliginem ollæ.* Iterum loquitur de servatis a cæde qui fugerunt ex Ægypto cum tremore in Assyriam.

12. *Sicut*[1] *est lustrum leænæ* i. e. mœnia fortissima Ninivis. Rursus hic leænam appellat Assur. *Et pascuum catuli leænæ,* i. e. pascuum Nemrodis venatoris. Venatorem autem Scriptura Nemrodem appellat, et sic appellatus est quia primus ipse Deo obtulit oblationem e sua Karæ venatione. *Ivit quippe leo cum catulo leonis ad ingrediendum illuc quia non erat qui eum exterreret.* Scilicet exivit Ezechias ad spoliandum castrum eorum et non erat qui eum impediret.

13-14. *Rapuit sufficientem escam catulis suis, imo discerpsit etiam pro secundis suis cibis,* i. e. sibi et filiis suis et filiis filiorum suorum congregavit exinde divitias et implevit Jerusalem spoliis. *Nec amplius audietur rumor facinorum tuorum,* i. e. non amplius audietur victoria ejus inter reges. *Replevit lustra sua et cubile suum præda,* i. e. replevit Jerusalem præda.

CAPUT III.

1. *Væ civitati sanguinis.* Iterum de Ninive loquitur. *Quæ tota mendacium est, et plena celere, nec tamen sentitur in ea confractio,* quia propter multitudinem non faciet confractionem in populis.

2-3. *Sonus flagellorum,* i. e.

[1] Vers. simplex cum hebræo : « ubi. »

[a] Vers. simpl. ܐܘܟܡܐ .

ܕܓܝܓܠܐ . ܗ̄ . ܕܩܠܐ ܕܓܝܓܠܐ ܕܥ̈ܓܠܬܐ
ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܥܠܝܗ ܀ ܣܘܣܝܐ ܕܪܗܛ
ܘܡܪܟܒܬܐ ܕܡ̈ܙܝܥܐ . ܗ̄ . ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܕܟܠܕܝ̈ܐ ܕܡܩܪܒܝܢ ܥܡܗ ܀ ܘܦܪܫܐ ܕܡܕܒܪ
ܘܣܝܦܐ ܕܡܒܪܩ . ܘܢܝܙܟܐ ܕܡܨܛܠܩ ܀
ܕܝܠܗܘܢ ܕܝܢ ܕܟܠܕܝ̈ܐ ܀

ܡܢ ܣܘܓܐܐ ܕܙܢܝܘܬܗ ܕܙܢܝܬܐ ܫܦܝܪܬ ܚܙܘܐ .
ܘܡܪܬ ܚܪ̈ܫܐ ܕܡܙܒܢܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܒܙܢܝܘܬܗ .
ܘܠܫܪ̈ܒܬܐ ܒܚܪ̈ܫܝܗ . ܗ̄ . ܕܙܪܥܬ ܙܢܝܘܬܗ
ܒܥܡ̈ܡܐ . ܘܡܙܓܬ ܚܪܫܘܬܗ ܐܦ ܒܫܪ̈ܒܬܐ
ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܀

ܟܠ ܕܚܙܐ ܠܟܝ ܢܣܠܐ . ܗ̄ . ܢܣܠܐ
ܡܛܠܟܝ ܀ ܡܢܘ ܢܬܬܢܐ ܠܟܝ ܀ ܗ̄ .
ܕܠܝܬ ܕܢܬܬܢܐ ܠܟܝ ܀ ܐܝܟܐ ܐܒܥܐ
ܠܟܝ ܡܒܝܐܢܐ . ܗ̄ . ܕܗܐ ܟܠܗܘܢ ܚܕܝܢ
ܣܓܝ ܒܡܦܘܠܬܟܝ ܀
ܕܠܡܐ ܛܒܐ ܐܢܬܝ ܡܢ ܢܘ ܕܐܡܘܢ ܕܝܬܒܐ
ܒܝܢܝ̈ ܢܗܪ̈ܘܬܐ . ܗ̄ . ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܕܡܢ ܝܡܐ
ܗܘܬ ܥܘܬܪܗ . ܘܐܦ ܝܡܐ ܘܢܝܠܘܣ ܐܝܟ
ܫܘܪܐ ܟܪܝܟܝܢ ܠܗ ܀
ܟܘܫ ܘܡܨܪܝܢ ܥܘܫܢܗ . ܗ̄ . ܡܩ̈ܪܒܢܘܗ ܀
ܘܦܘܛܝܐ ܘܠܘܒܝ̈ܐ ܗܘܘ ܒܥܘܕܪܢܗ ܀ ܗ̄ .
ܒܩܪܒܐ ܕܐܬܟܬܫܘܗ ܀
ܘܥܘܠܠܝܗ ܐܬܪܛܫܘ ܒܪܫ ܫܘܩܝ̈ܗ . ܘܥܠ
ܝܩܝܪ̈ܘܗ ܐܪܡܝܘ ܦܣ̈ܐ . ܗ̄ . ܐܘ ܥܠ ܥܘܬܪܗ
ܘܣܝܡ̈ܬܗ . ܐܘ ܥܠ ܛܠܝ̈ܐ ܘܛܠܝ̈ܬܐ
ܕܫܦܝܪ̈ܝܢ ܀
ܘܐܦ ܐܢܬܝ ܬܪܘܝܢ ܘܬܗܘܝܢ ܡܣܠܝܬܐ .
ܗ̄ . ܐܝܟ ܐܚܬܟܝ . ܘܬܒܥܝܢ ܥܘܕܪܢܐ ܡܢ
ܒܥܠܕܒܒ̈ܝܟܝ ܐܝܟܘܬܗ ܀

[1] Vers. simpl. ܢܘ, Hebr. נא.

strepitus. *Et vox strepitus rotarum,* strepitus scilicet rotarum Chaldæorum qui contra eam congregantur. *Et equus anhelans et currus sese agitans* cum reliquis Chaldæis qui præliantur cum ea. *Et eques ducens* (equum) *et gladius coruscans et hasta fulgurans* eorumdem Chaldæorum.

4. *Propter multitudinem scortationum meretricis aspectu formosæ et magorum dominæ, quæ nutrit gentes in scortatione sua et tribus in maleficiis suis,* i. e. seminavit scortationem suam in gentibus et instillavit maleficium suum in ceteris tribubus.

7. *Omnis qui videt te abominabitur te* propter abjectionem tuam. *Quis condoleat tibi?* Nemo est qui condoleat tibi. *Unde quæram consolatorem tibi?* Ecce enim omnes valde gaudent de ruina tua.

8. *Numquid melior es Nun*[1] *Amon quæ sedet inter flumina,* i. e. Alexandria, quia ex mari divitias suas accepit et mare ac Nilus velut murus eam cingunt.

9. *Chus et Misraim fortitudo ejus,* i. e. bellatores ejus. *Phutæi et Lybæi fuerunt ejus auxiliatores* in tempore prælii.

10. *Et parvuli ejus elisi sunt in capite platearum*[2], *et super pretiosa ejus miserunt sortes,* i. e. super divitias ejus et thesauros aut super pulchros ejus pueros et puellas.

11. *Tu quoque infelix eris et abjecta* sicut illa, *et etiam præsidium quæres ab hostibus tuis* sicut illa.

[2] Ita hebræus ; vers. simpl. omittit « platearum. »

ܟܠܗܘܢ ܟܪ̈ܟܝܟܝ ܐܝܟ ܬܐܢܐ ܐܝܟ ܒܟܘܪܐ ܀
ܕܡܐ ܕܒܫܠ ܢܦܠ ܒܦܘܡܗ ܕܐܟܘܠܐ . ܗܘ .
ܕܐܝܟ ܕܚܕܐ ܐܟܘܠܐ ܠܒܟܘܪܐ . ܗܟܢܐ ܚܕܝܢ
ܡܟܒܫܝܢ ܠܟܪ̈ܟܝܟܝ ܀

ܘܥܡܟܝ ܐܝܟ ܢܫܐ ܢܗܘܐ ܒܓܘܟܝ . ܗ̄ܘ .
ܕܒܢܝ ܢܡܪܘܕ . ܡܬܬܙܝܥܝܢ . ܗ̄ܘ . ܡܫܬܚܠܛܝܢ ܀

ܥܘܠܝ ܒܛܝܢܐ ܘܕܘܫ ܛܝܢܐ . ܗ̄ܘ . ܐܝܟ
ܛܝܢܐ . ܗ̄ܘ . ܥܘܠܝ ܠܟܝ ܒܥܡ̈ܡܐ ܗܢܘܢ ܕܐܝܟ
ܒܫܠ̈ܕܐ ܐܝܟ ܕܒܥܡܡܐ . ܘܕܘܫ ܫܠ̈ܕܝܗܘܢ
ܐܝܟ ܛܝܢܐ ܀ ܘܐܣܓܝ ܡܘܠܟܢܐ . ܗ̄ܘ . ܒܙܬܐ
ܘܡܘܗܒܬܐ ܠܚܝܠܘܬܟܝ ܀
ܬܐܟܠܟܝ ܢܘܪܐ ܐܝܟ ܕܩܡܨܐ . ܗ̄ܘ . ܡܛܠ
ܕܣܓܝܬܝ ܐܝܟ ܩܡܨܐ ܀

ܢܡܘ ܪ̈ܚܡܝܟܝ . ܗ̄ܘ . ܡܠܟ̈ܐ ܕܐܬܘܪ ܀

ܟܪܝܐ ܗܝ ܡܚܘܬܟܝ . ܗ̄ܘ . ܘܚܠܦ ܒܘܝܐܐ
ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܟܝ . ܗܐ ܟܠ ܐܢܫ ܢܩܫ
ܟܦܐ ܥܠܝܟܝ ܒܚܕܘܬܐ . ܡܛܠ ܡܢܐ ܚܕܘ
ܒܬܒܪܟܝ ܘܠܐ ܐܬܟܪܝܘ . ܡܛܠ ܕܥܠ ܟܠܗ
ܐܡܝܢܐܝܬ ܒܝܫܘܬܟܝ ܗܘܬ ܒܡܥܒܪܐ ܀

ܘܐܘܒ ܗܝ ܕܩܠܐ ܕܡܩܘܐ ܘܪܘܓܙܐ ܕܓܝܓܠ̈ܐ ܀
ܘܗܝ ܕܣܘܣܝܐ ܕܢܦܫ ܘܡܪܟܒܬܐ ܕܡܬܚܝܠܐ . ܗ̄ܘ .
ܚܝܠܐ ܕܒܒܠܝܐ ܕܒܪܘܓܙܐ ܕܓܝܓܠ̈ܐ ܕܡܪ̈ܟܒܬܗܘܢ ܀
ܢܦܩܝܢ ܘܪܗܛܝܢ ܒܣܘܚܐ ܘܡܣܪܗܒܝܢ ܠܗ̇ ܀
ܘܡܣܬܪܗܒܝܢ ܕܐܬܝܢ ܒܢܝܢܘܐ ܒܥܠ ܕܢܚܪܒܘܢ ܀
ܠܟܠܗܝܢ ܕܫܪܟܐ ܐܡܪ ܒܢܒܝܘܬܐ ܀

ܫܠܡ ܀

12. *Omnes munitiones tuæ sunt sicut ficus præcoces, quæ ubi maturescunt cadunt in os comedentis,* i. e. Sicut gaudet comedens ficum præcocem, sic gaudebunt qui subjugabunt munitiones tuas.

13. *Et populus tuus ut fœminæ erit in medio tui,* i. e. Nemrodis posteri. *Agitati tui*[1], i. e. commixti tui.

14. *Intra in lutum, calca argillam,* i. e. intra in lutum, scilicet in populos ac si essent lutum et calca cadavera eorum velut argillam, *auge promissum,* scilicet prædam et dona exercitibus tuis.

15. *Consumet te ignis ut bruchum,* quia ut bruchus multiplicata es.

18. *Dormierunt socii tui* reges Assur.

19. *Acerbum est vulnus tuum,* et pro consolatione quæ tibi præbenda erat, ecce omnes manibus plaudunt cum gaudio super te. Cur lætati sunt in confractione tua, dum conqueri debuissent? Quia super omnes malitia tua constanter transibat.

Alio modo illud : « *Sonus flagelli et motus rotarum* » et illud : « *equus anhelans et currus sese agitans* » exercitus est Babyloniorum qui motu rotarum suorum curruum cum festinatione sese exagitant in Ninive ad eam destruendam. Plurima deinde repetit liber quæ in prophetia de eadem re dicta sunt.

Finis.

[1] Vers. simpl. ܩܪ̈ܒܬܢܝܟܝ *bellatores tui*, vers. 17.

ܦܘܫܩܐ ܕܚܒܩܘܩ ܢܒܝܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ :

ܚܒܩܘܩ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܫܡܥܘܢ ܡܢ ܓܘܪܥܐ . ܕܒܝܬ ܣܘܟܪܐ . ܗܢܐ ܚܙܐ ܡܢ ܩܕܡ ܫܒܝܐ ܥܠ ܡܬܟܒܫܢܘܬܗ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܘܐܬܐܒܠ ܣܘܓܐܐ ܀

EJUSDEM MAR EPHRÆMI

COMMENTARIUM IN HABACUC PROPHETAM.

Habacuc erat e tribu Simeonis e pago Beth-Socra. Iste ante captivitatem vidit de expugnatione Hierosolymorum eamque multum luxit.

CAPUT I.

ܚܙܘܐ ܕܚܙܐ ܚܒܩܘܩ ܢܒܝܐ . ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܐܩܥܐ ܠܘܬܟ ܡܪܝܐ ܥܠ ܚܛܘܦܐ ܘܠܐ ܫܡܥܬ ܠܟ . ܗ̄ܘ . ܡܓܪܬܐ ܛܒܘܗ ܕܬܗܐ . ܐܫܟܚܬܗ ܠܚܒܩܘܩ ܒܫܘܫܒܐ . ܕܢܣܒܪ ܥܠ ܟܐܢܐ ܕܠܐ ܟܐܢܐ ܗܘ ܀ ܗܐ ܕܟܝܢ ܐܢܝܢ ܥܝܢܝܟ ܐܝܟܢܐ ܚܙܐ ܐܢܬ ܘܡܬܪܫܠ . ܗ̄ܘ . ܐܬܪܫܠ ܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܪܫܠ ܡܢܗ ܕܝܠܗ ܕܗܠܝܢ ܡܡܠܠ ܗܘܐ . ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܘ ܕܐܝܬ ܕܪܐܫ ܠܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ . ܘܠܡܓܪܬܐ ܛܒܘܗ ܕܥܠ ܚܛܝܐ . ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܕܡܛܠ ܡܢܐ ܗܕܐ ܘܗܕܐ ܚܙܐ ܐܠܗܐ ܘܕܥܒܕܝܢ ܒܢܝܢܫܐ . ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܕܕܡܝܢ ܠܗܠܝܢ . ܠܐ ܩܠܝܠ ܪܚܘܩ ܠܥܕܠܐ ܘܠܚܘܣܪܢܐ ܕܓܘܕܦܐ ܡܬܚܫܒ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ . ܡܛܠ ܕܟܕ ܥܕܠܝܢ ܠܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ : ܘܠܡܓܪܬܐ ܛܒܘܗ ܕܥܠ ܒܝܫܐ . ܢܦܠܝܢ ܠܗܝ ܗܝ ܕܢܚܫܘܒ ܕܡܚܝܠ ܐܝܬܘܗܝ ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܕܒܪ ܒܪܝܬܗ ܕܝܠܗ . ܘܕܠܐ ܟܐܢܐ ܐܝܬ ܡܛܠ ܕܠܐ ܦܪܥ ܠܥܘܠܐ ܘܕܩܠܐ . ܘܡܬܪܦܝܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܒܕܝܢ ܒܥܘܠܐ . ܘܐܚܪܢܝܬܐ ܒܝܫܬܐ ܒܗܠܝܢ ܫܒܝܚܐ ܕܗܠܝܢ . ܡܫܘܝܢܐ ܘܠܐ ܦܐܝܐ ܕܢܬܡܠܠ ܀

CAPUT I.

1. *Visio quam vidit Habacuc propheta. Usquequo, clamabo ad te, Domine,* de raptoribus *et non exaudies?* Scilicet longanimitas Boni ita dubium reddidit Habacuc ut de Justo opinionem haberet quæ justa non erat. *Ecce mundi sunt oculi tui*[1]. *Quomodo respicis et negligis?* Neglexit autem illos Deus, sicut neglexit seipsum qui hæc dicebat. Etenim, quod quis reprehendat Providentiam Dei ejusque in peccatores longanimitatem, velut quando dicimus : quare hoc et hoc respicit Deus, aliaque ejusdem generis quæ faciunt homines, non parum reprehendendum nec parum blasphemum esse reputatur ; quia, cum reprehendimus Dei Providentiam ejusque erga malos longanimitatem, incidimus in hanc opinionem, ut putemus ipsum imbecillem esse nec posse creaturas suas regere aut justum non esse, quia non punit iniquos et sollicitus non est de iis qui in iniquitate pereunt, vel incidimus in alias sententias pravas hisce turpibus opinionibus æquiparandas, quas enuntiare non oportet.

[1] Infra vers. 13.

ܡܛܠ ܗܢܐ ܦܫܓ ܢܡܘܣܐ ܂ ܘܠܐ ܢܦܩ ܕܝܢܐ
ܒܬܪܝܨܘܬܐ ܂ ܦ̄ ܂ ܫܪܝ ܢܒܝܐ ܠܡܡܠܠܘ ܥܠ
ܥܘܠܘܬܐ ܂ ܟܕ ܫܪܐ ܠܗ ܫܘܪܝܐ ܡܢ ܒܢܝ
ܥܡܗ ܀ ܡܛܠ ܕܥܘܠܐ ܕܒܪ ܒܝܫ ܒܝܫ
ܠܙܕܝܩܐ ܂ ܦ̄ ܂ ܣܡܗ ܠܗ ܥܠ ܒܐܠܝܨܘܬܐ
ܕܚܛܗܐ ܘܕܚܪܫܘܬܐ ܕܐܫܟܚ ܒܒܒܠܝܐ ܂
ܘܗܟܢܐ ܚܘܝ ܐܝܟ ܒܝܫܬܐ ܕܡܬܢܩܦܢ ܠܗܕܐ ܀
ܘܢܦܩ ܕܝܢܐ ܟܕ ܡܥܩܡ ܂ ܗܢܘ ܕܝܢ ܂ ܗܟܢܐ
ܐܝܬ ܛܒܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܐܝܬ ܠܗ ܒܐܢܫ ܫܘܪܝܐ ܂
ܘܒܡܪܢ ܫܘܡܠܝܐ ܀

ܕܚܝܠ ܗܘ ܘܕܚܝܠ ܂ ܘܕܝܢܗ ܡܢܗ ܘܡܢܗ
ܢܦܩ ܘܡܢܗ ܠܩܣܡܗ ܐܡܪ ܂ ܦ̄ ܂
ܕܡܠܟܘܬܗ ܡܢܗ ܗܘܬ ܀

ܗܝܕܝܢ ܐܫܚܠܦ ܪܘܚܗ ܂ ܦ̄ ܂ ܕܡܪܫܥ ܠܗ
ܐܦ ܒܗܘܢ ܀ ܘܢܥܒܪ ܘܢܬܚܣܢ ܚܝܠܗ
ܠܐܠܗܗ ܂ ܦ̄ ܂ ܗܘܝܘ ܘܚܝܠܗ ܡܬܚܣܢ ܂
ܠܗ ܠܐܠܗܗ ܕܥܡܐ ܀

ܘܢܟܢܫ ܥܦܪܐ ܘܢܐܚܕ ܠܗ ܂ ܦ̄ ܂ ܒܪܘܡܐ
ܕܪܡܘܬܗ ܐܝܟ ܗܘ ܕܟܠܗ ܥܦܪܗ ܕܐܪܥܐ
ܒܩܘܦܗ ܗܘܐ ܀

ܘܠܐ ܡܫܬܥܒܕ ܐܢܬ ܠܗ ܡܪܝܐ ܕܢܡܘܣܐ ܐܢܬ ܐܪܝܟ
ܠܩܛܘܠܐ ܂ ܦ̄ ܂ ܡܕܡ ܕܕܝܢܐ ܕܡܫܥܒܕ ܠܗܢܐ
ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܓܕ ܀ ܣܡܬܝܗܝ ܠܕܝܢܐ
ܘܓܒܠܬܢܝ ܠܡܟܣܢܘܬܗ ܂ ܦ̄ ܂
ܣܡܬܝܗܝ ܟܝ ܠܕܝܢܐ ܕܝܠܗ ܡܢ ܗܝܕܝܢ ܂
ܘܓܒܠܬܢܝ ܠܗ ܠܡܟܣܢܘܬܗ ܀

ܘܥܒܕܬ ܐܢܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܐܝܟ ܢܘܢܐ ܕܡܬܓܪܓܪܝܢ
ܒܡܨܝܕܬܐ ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܒܡܟܡܪܬܐ ܂ ܘܟܕ ܟܢܫ
ܚܕܝ ܘܪܘܙ ܂ ܦ̄ ܂ ܕܐܝܟ ܢܘܢܐ ܠܒܢܝܢܫܐ ܂

[1] Invertit ordinem cum versiculo præcedenti.

4. *Propter hoc debilitata est lex, et judicium non exit cum æquitate.* Incœpit propheta loqui de injuriis, initio sumpto a filiis populi sui. *Quia iniquus tractavit pessime justum,* exposuit eum violentiæ peccati et maleficii a Babyloniis inventi, et sic ostendit alia esse mala huic maleficio conjuncta. *Et exivit judicium perversum,* i. e. Sic sunt bona quæ in homine initium et in Domino nostro complementum habent.

7. *Fortis est et terribilis et judicium ejus ex ipso frontemque suam exerit,* frontem appellat divinationem ejus; *exerit,* quia regnum ejus (populi chaldæi) ex ipso fuit.

11. *Tunc immutabis spiritum ejus,* quia impie agit etiam in illis. *Et transibit et superabitur fortitudo ejus a Deo suo,* ipse et fortitudo ejus superabitur a Deo populi (Israel).

10[1]. *Et pulverem coacervabit et capiet eum,* in exaltatione sua quasi omnem terræ pulverem in pugillo teneret.

12. *Tu autem, Domine, legi non subjaces,* quia longanimus es erga homicidam. Quodpiam judicium legi subjectum protrahi nequit. *Posuisti eum in judicium*[2] *et formasti me ad arguendum eum;* i. e. posuisti eum in judicium ex tunc et formasti me ad arguendum eum.

14-15. *Fecisti homines similes piscibus qui rete trahuntur et congregantur in sagena; cumque piscator eos congregavit, lætatus est*

[2] Pro ܠܕܝܢܐ ܕܝܢܐ Versio simplex habet ܠܕܝܢܐ.

et exsiliit, i. e. sicut pisces homini ita homines Deo subjiciuntur.

16. *Et sacrificavit reti suo,* i. e. sacrificavit idolo suo. Nec justum erat ut tu capturam faceres et idolum laudaretur; quasi putaret se per idola sua prosperare. *Et puinguis facta est pars ejus,* i. e. captura illa quæ est *cibus ejus exquisitus.*

17. *Propterea projecit rete suum omni tempore,* quia perterritus fuit qui in omnibus præliis suis triumphavit. *Et interficit populos nec parcet,* quia quasi vermes absque duce traditi sunt ei.

13. *Mundi sunt oculi tui et non vident malum.* Quomodo igitur respicis quum iniquus Babylonius pessime tractat justum hebræum ?

CAPUT II.

1. *In loco meo consistam, fixo pede super petra.*

2. *Et respondit mihi Dominus et ait,* scilicet de perditione Babylonii docuit non post diem et horam sed eo ipso die ac hora. *Scribe visionem distincte super tabulas,* non in libro operto ut est ille qui in muro reponitur. *Et percurrat eam qui eam legerit, quia visio suo tempore fiet,* i. e. ut percurras eam oculo eam legente. Scribe igitur non alia sed quæ scripta sunt hic :

3-4. *Quia visio suo tempore fiet, et veniet terminus et non mentietur,* i. e. os quod decrevit eam non mentietur. *In isto enim iniquo et in ejus similibus non sibi complacet anima ejus. Justus autem in hac*

ܕܡܗܝܡܢ ܕܐܝܬ ܗܘ ܦܘܪܥܢܐ ܕܗܘܐ ܒܙܒܢܗ ܀

ܘܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܠܐ ܣܒܥ . ܗ̄ . ܘܓܒܪܐ ܗܢܐ
ܒܒܠܝܐ ܡܪܝܚܐ ܘܥܠܝܐ ܠܐ ܣܒܥ ܀ ܘܐܦܬܝ
ܢܦܫܗ ܐܝܟ ܫܝܘܠ . ܗ̄ . ܠܡܟܢܫ ܠܘܬܗ
ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܀

ܘܝ ܠܡܟܢܫ ܡܣܓܐ ܠܗ ܕܠܐ ܕܝܠܗ .
ܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܡܣܓܐ ܥܠܘܗܝ ܥܢܢܐ ܕܛܝܢܐ .
ܗ̄ . ܠܘ ܓܝܪ ܡܠܟܘܬܗ ܡܥܬܪ ܒܗܘܢ ܐܠܐ
ܥܢܢܐ ܗܘ ܕܛܝܢܐ ܡܣܓܐ ܥܠܘܗܝ ܀

ܗܐ ܡܢ ܫܠܝ ܢܩܘܡܘܢ ܡܢܟܬܝܢܟ . ܗ̄ .
ܡܕܝܐ ܀

ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܒܙܝܬ ܥܡܡܐ ܣܓܝܐܐ . ܗ̄ .
ܡܕܝܐ ܕܐܫܬܚܪܘ ܡܢ ܒܙܬܟ ܘܚܪܒܟ . ܗܢܘܢ
ܢܒܙܘܢܟ ܘܢܚܪܒܘܢܟ ܀

ܟܐܦܐ ܡܢ ܐܣܬܐ ܩܥܝܐ . ܗ̄ . ܗܐ ܩܥܝܐ ܥܠܝܟ
ܒܬܒܝܠ ܀ ܘܣܟܬܐ ܡܢ ܩܝܣܐ . ܗ̄ . ܠܟܠ
ܓܝܪ ܐܒܐܫܬ : ܕܥܠ ܒܢܝܐ ܘܒܢܝܢܐ ܡܡܪܚܐ ܗܘܬ
ܡܬܥܫܢܐ ܀

ܘܝ ܠܒܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܒܕܡܐ . ܘܡܬܩܢ ܩܪܝܬܐ
ܒܥܘܠܐ . ܗ̄ . ܕܕܡܐ ܕܒܢܝܗ ܗܘ ܥܩܪ ܠܗ ܀

ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ . ܗ̄ .
ܕܗܠܝܢ ܐܬܓܙܪ ܥܠ ܒܒܠܝܐ ܀ ܢܬܛܪܦܘܢ
ܥܡܡܐ ܒܢܘܪܐ . ܗ̄ . ܒܫܘܢܩܐ ܒܢܘܪܐ ܀
ܘܐܡܘܬܐ ܒܣܪܝܩܘܬܐ ܢܠܐܝܢ . ܗ̄ . ܠܘܬ
ܦܬܟܪܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܡܥܕܪܝܢ ܠܗܘܢ ܀
ܘܬܬܡܠܐ ܐܪܥܐ ܠܡܕܥ ܐܝܩܪܗ ܕܡܪܝܐ . ܗ̄ .
ܒܬܪ ܗܦܘܟܝܐ ܀

ܘܝ ܠܕܡܫܩܐ ܠܚܒܪܗ ܠܬܠܐ ܕܪܘܓܙܐ . ܗ̄ .
ܬܘܒ ܥܠ ܐܬܘܪܝܐ ܒܒܠܝܐ ܗܘ ܕܡܠܠ ܠܥܠ

[1] Vers. simpl. : « in hac fide vivet. »

vivet[1] quia credit retributionem tempore suo futuram esse.

5. *Et vir iniquus*[2] *non satiatur,* i. e. Vir iste Babylonius impudens et avidus non satiatur. *Dilatavit animam suam sicut infernus* ad includendos in se omnes populos.

6. *Væ illi qui colligit et multiplicat sibi quæ sua non sunt. Quousque tandem contra se aggerabit nubem luti?* Etenim imperium suum hisce non ditabit sed nubem luti contra se aggerabit.

7. *En illico surgent qui te morsuri sunt,* i. e. Medi.

8. *Quia tu diripuisti populos plurimos,* Medos scilicet, quorum qui e spoliatione tua et gladio superstites erunt te diripient et destruent.

11. *Lapis e pariete exclamat,* ecce clamat contra te per orbem. *Et clavus e ligno;* omnes enim læsisti, quia malitia tua audacter se efferebat contra filios et contra ædificia.

12. *Væ ædificanti urbem in sanguine et constituenti civitatem in iniquitate.* Sanguis qui ædificavit eam ipse eradicabit eam.

13. *Hæc omnia sunt a Deo potentissimo* qui ea decrevit contra Babylonios. *Exagitabuntur populi igne* i. e. pœna; *et gentes vanitate fatigabuntur* apud idola quæ non possunt eos adjuvare.

14. *Et replebitur terra ad cognoscendam majestatem Domini* post reditum (a captivitate).

15. *Væ bibendam præbenti socio fæcem iræ.* Rursus loquitur de As-

[2] Vers simpl. ܡܪܝܚܐ.

ܠܥܡ̈ܡܐ ܘܨܥܪ ܐܢܘܢ ܐܡܪ. ܡܛܠ ܕܡܢ
ܟܕ ܐܢܘܢ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܠܥܒܪ̈ܝܐ ܘܐܘܒܠ
ܐܢܘܢ ܠܒܒܠ. ܟܕ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܡܫܬܘܬܐ
ܠܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ. ܩܪܐ ܐܦ ܠܪ̈ܝܫܝܗܘܢ ܕܥܒܪ̈ܝܐ
ܘܡܫܩܐ ܗܘܐ ܚܡܪܐ ܕܚܡܝܪܐ ܚܠܝܛ ܒܗ
ܡܕܡ ܕܡܪܘܐ. ܘܟܕ ܪܘܘ. ܐܠܨ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܕܢܪܩܕܘܢ. ܘܢܦܠܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܒܙܚܝܢ.
ܘܗܘܝܢ ܓܘܚܟܐ ܡܕܡ ܠܒܒܠܝ̈ܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ
ܐܡܪ ܢܒܝܐ. ܘܝ ܠܡܫܩܝܐ ܠܚܒܪܗ ܬܘܠܬܐ ܀

syrio-babylonico qui captivos fecit omnes populos eosque dehonestavit. Etenim Nabuchodonosor, postquam captivos effecerat Hebræos eosque in Babylonem abduxerat, quando instruebat convivium magnatibus suis etiam invitabat Hebræorum duces eisque bibendum præbebat potum fermentatum cui immixtum erat quidpiam inebrians. Ubi inebriati erant adigebat eos ad saltandum. Cadebant porro, ignominia afficiebantur et ludibrio erant Babyloniis. Idcirco propheta dicit: Væ potandas porrigenti proximo suo fæces.

ܣܒܥܬ ܨܥܪܐ ܡܢ ܐܝܩܪܐ. ܗ̄ܘ. ܕܣܒܥܬ
ܐܢܘܢ ܨܥܪܐ ܚܠܦ ܐܝܩܪܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܒܡ̈ܕܝܢܬܗܘܢ ܀ ܫܬܝ ܐܦ ܐܢܬ ܘܐܬܬܙܝܥ ܀
ܘܢܗܦܘܟ ܥܠܝܟ ܟܣܐ ܕܐܬܡܙܓ ܠܟ ܀
ܘܨܥܪܟ ܥܠ ܐܝܩܪܟ ܀ ܗ̄ܘ. ܕܒܡܫܘܚܬܐ
ܐܝܩܪܟ ܢܣܓܐ ܨܥܪܟ ܀

16. *Satiasti*[1] *ignominia præ honore,* i. e. satiasti eos ignominia pro honore quo afficiebantur in oppidis suis. *Bibes etiam tu et exagitaberis et redibit super te calix qui mixtus est tibi, et ignominia tua super honore tuo,* i. e. pro mensura honoris tui crescet ignominia tua.

ܡܛܠ ܕܚܛܘܦܐ ܕܠܒܢܢ ܢܚܦܝܟ. ܗ̄ܘ.
ܚܛܘܦܐ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܀ ܒܙܬܐ ܕܚܝܘܬܐ
ܬܙܝܥܟ. ܗ̄ܘ. ܒܙܬܐ ܕܬܒܝܠ ܒܡܠܝܘܬܗ ܬܙܝܥܟ ܀

17. *Quia deprædatio Libani operiet te,* i. e. deprædatio totius terræ. *Et rapina ferarum exagitabit te,* i. e. rapina orbis in sua plenitudine exagitabit te.

CAPUT III.

ܡܪܝܐ ܫܡܥܬ ܫܡܥܟ ܘܕܚܠܬ. ܗ̄ܘ. ܕܐܝܬܝܬ
ܡ̈ܚܘܬܐ ܐܝܟ ܕܥܠ ܥܘ̈ܠܐ ܩ̈ܕܡܝܐ ܘܐܝܟ
ܕܢܛܪܬ ܕܢܐܬ݂ܝ̈ܢ ܥܠ ܡܚܛܝ̈ܢܐ ܐܚܪ̈ܝܐ ܀
ܡܪܝܐ ܥܒ̈ܕܝܟ ܒܓܘ ܫ̈ܢܝܐ ܕܚ̈ܝܐ. ܗ̄ܘ. ܒܡܓܪܬ
ܪܘܚܐ ܦܪܥܗ ܠܫ̈ܢܝܐ ܗܘ ܦܪܥ ܘܠܐ
ܡܣܪܗܒ ܠܡܐܚܕ ܬܪܥܐ ܠܬܝܒܘܬܐ ܡܕܡ

CAPUT III.

1. *Domine, audivi nomen tuum et timui* quas attulisti plagas super impios pristinos et quas servasti eventuras peccatoribus novissimis.

2. *Domine, opera tua in medio annorum vitæ.* Scilicet ex magnanimitate in annos retribuit nec festinat claudere portam pœniten-

[1] ܣܒܥܬ in forma Pael « satiavit. »

ܡܣܟܠܘܬܐ. ܦܪܥ ܓܝܪ ܠܟܢܥܢܝܐ. ܒܬܪ
ܐܪܒܥ ܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܠܡܨܪܝܐ ܒܬܪ
ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ܀ ܘܬܘܒ
ܫܢܝܐ ܕܚܝܐ ܩܪܐ ܠܙܒܢܐ ܕܡܬܒܣܪܢܘܬܗ
ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܐ܀ ܒܪܘܓܙܐ ܪ̈ܚܡܝܟ ܬܬܕܟܪ.
ܗ̄. ܠܝ ܕܝܢ ܕܐܟܪܗܬ ܠܟ ܡܓܪܬ
ܪܘܚܟ ܗܘ ܚܝܐ ܠܝ. ܡܣܗܕܘܬܐ ܕܡܢ
ܢܦܫܗ ܐܦܩ ܠܡܠܘ̈ܗܝ܀ ܒܙܒܢܐ ܓܝܪ
ܕܐܟܪܗܬ ܒܥܘܠܐ. ܒܗ ܚܝܒ ܗܘܝܬ ܠܡܡܬ
ܒܟܐܢܘܬ܀

ܐܠܗܐ ܡܢ ܬܝܡܢܐ ܐܬܐ. ܗ̄. ܟܕ ܢܦܩܘ ܡܢ
ܡܨܪܝܢ ܗܢܘܢ ܕܥܒܪ̈ܝܐ ܠܬܝܡܢܐ ܣܝܡܐ. ܡܢ
ܐܘܪܫܠܡ. ܕܒܬܪ ܦܘܪܩܢܐ ܗܘ ܝܕܝܥܐ
ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܠܥܒܪ̈ܝܐ ܐܬܐ
ܘܐܬܦܪܣܬ ܝܕܥܬܐ ܕܥܠ ܐܠܗܐ ܒܟܠܗ
ܥܠܡܐ܀ ܘܩܕܝܫܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܦܐܪܢ ܡܛܠܠܐ
ܕܥܒܝܐ. ܗ̄. ܒܗ ܒܗܘ ܙܒܢܐ܀ ܗܠܝܢ
ܕܝܢ ܒܪܢܐ ܐܚܪܢܐ ܢܒܝܐܝܬ ܐܬܐܡܪ̈ ܡܢ ܢܒܝܐ
ܚܒܩܘܩ ܛܘܒܢܐ. ܥܠ ܡܐܬܝܬܗ ܕܒܒܣܪ
ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܐ. ܟܕ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܬܝܡܢܐ
ܐܬܐ. ܗ̄. ܕܡܢ ܒܝܬ ܠܚܡ ܕܢܚ ܐܬܐ ܠܢ
ܒܒܣܪ. ܘܩܕܝܫܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܦܐܪܢ. ܛܘܪܐ
ܕܝܢ ܡܟܠܠ ܠܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܪܐܙ ܠܢ ܕܒܗ
ܫܪܐ ܐܠܗܐ. ܘܐܬܦܣܩܘ[a] ܡܢܗ ܕܠܐ ܒܐܝ̈ܕܝܢ.
ܗܢܘܢ. ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܐܝܟ ܚܙܘܐ ܗܘ ܕܕܢܝܐܝܠ
ܕܥܠ ܟܐܦܐ ܗܝ ܕܐܬܓܙܪܬ ܕܠܐ ܒܐܝ̈ܕܝܢ܀
ܐܬܟܣܝܘ ܫܡܝܐ ܡܢ ܐܝܩܪܐ ܕܫܘܒܚܐ. ܗ̄.
ܟܕ ܚܘܝ ܫܘܒܚܗ ܠܫܡܝܐ ܡܢ ܩܕܝܡ.
ܘܐܟ ܒܚܙܘܐ ܕܝ ܫܟܝܢܐ ܫܡ̈ܝܐ ܒܫܘܒܚܗ
ܕܒܡܕܒܪܐ. ܘܐܬܐ ܒܥܘܒܐ ܒܚܝܠܗ

tiæ coram peccatoribus. Retribuit quippe Chananæis post quadringentos et triginta annos et Ægyptiis post ducentos et viginti quinque annos. Rursus annos vitæ appellat tempus incarnationis Verbi Dei. *In ira misericordiæ tuæ memento,* scilicet longanimitas tua me qui te læsi salvat. Testatur ex se protulisse verba sua : (quasi dixisset) in tempore quo læsi te inique, in eo mori juste debebam.

3. *Deus ab austro venit.* Hoc contigit quando exierunt Hebræi ex Ægypto quæ in parte australi sita est, scilicet per salutem illam notissimam quæ facta est Hebræis ex Ægypto venit ex Jerusalem et sparsa est cognitio Dei in universum mundum. *Et sanctus de Pharan, monte umbroso, condenso*[1], eodem tempore. Hæc autem alio etiam sensu prophetice dicta sunt a divo propheta Habacuc de Verbi Dei adventu in carne, ut per illud « *Deus ab austro venit* » significetur Verbum Dei e Bethleem ortum esse et ad nos in carne venisse. *Et sanctus de monte Pharan,* mons ille spiritualis significat nobis sanctam virginem in qua Deus habitavit et ex qua abscissus est sine manibus, id est absque conjugio juxta visionem Danielis de petra quæ excisa est absque manibus[2]. *Operti sunt cœli splendore gloriosissimi* olim quando ostendit Moysi

[1] Verba ܡܛܠܠܐ ܕܥܒܝܐ desunt in vers. simpl. et in hebr. ; reperiuntur autem in vers. LXX et in vers. syriaca hexaplari a Middeldorpio edita.

[2] *Dan.* II, 45. Refert Hieronymus ad hunc Habacuci locum aliquem hebræum verba sibi explicasse ut de nativitate Christi in Bethlehem intelligantur.

[a] ܐܬܦܣܩܘ pro ܗܘ ܐܬܦܣܩ .

ܠܩܠܝܣܐ ܀ ܘܡܫܒܚܬܐ ܕܝܠܗ ܐܬܡܠܝܬ ܐܪܥܐ . ܗ̄ . ܣܚܪܘܗܝ ܕܡܥܪܬܐ ܕܟܐܦܐ . ܘܐܦ ܕܐܬܡܠܝܬ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܡܢ ܝܕܥܬܗ ܕܡܪܝܐ ܀ ܘܙܠܝܩܘܗܝ ܐܝܟ ܢܘܗܪܐ . ܗ̄ . ܟܕ ܢܚܬ ܠܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ ܀

ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܕܘܗܝ ܢܣܝܡ ܚܝܠܗ ܒܚܕܪܐ . ܗܘܢܝ . ܚܝܠܬܢܘܬܐ ܕܝܠܗ . ܘܢܣܝܡ ܚܕܘܬܐ ܚܝܠܬܢܝܬܐ ܕܝܠܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܕܘܗܝ . ܘܐܦ ܒܐܘܪܫܠܡ ܢܫܪܐ ܡܫܟܢܗ ܒܢܘܗܪܐ ܀

ܩܕܡܘܗܝ ܐܙܠ ܡܘܬܐ . ܗ̄ . ܡܫܩܠ ܕܝܢܐ ܀ ܘܐܦ ܗܟܢ ܕܩܕܡܘܗܝ ܐܙܠ ܡܘܬܐ . ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܕܐܬܓܫܡ ܡܠܬܐ ܐܠܗܝܐ . ܡܢ ܡܝܘܬܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܀ ܘܢܦܩܐ ܛܝܪܐ ܠܪܓܠܘܗܝ . ܗ̄ . ܕܝܠܗ ܕܡܫܩܠ ܕܝܢܐ ܀

ܩܡ ܘܡܫܚܗ ܠܐܪܥܐ ܘܗܘܐ ܠܝܪܬܘܬܐ ܒܬܪ ܦܘܢܝܐ . ܒܪܡ ܐܚܪܢܐ ܒܪܟ ܘܡܫܚܗ ܠܐܪܥܐ ܒܒܘܪܟܬܐ ܩܕܝܫܬܐ . ܘܒܪܟܗ ܠܐܪܥܐ ܕܐܬܠܛܛ ܒܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ . ܚܙܐ ܘܐܬܦܫܪܘ ܥܡܡܐ . ܗ̄ . ܚܙܐ ܘܐܬܦܫܪܘ . ܒܦܘܠܓܐ ܕܫܒܛܐ ܟܕ ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܀ ܐܬܒܕܪܘ ܛܘܪܐ ܕܡܢ ܥܠܡ . ܗ̄ . ܐܬܒܕܪܘ ܡܠܟܐ ܕܡܢ ܝܘܡܝ ܐܒܪܗܡ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܀ ܘܐܬܡܟܟ ܪܡܬܐ ܕܡܢ ܥܠܡܝܢ . ܗ̄ . ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܢ ܥܠܡܝܢ ܥܒܪ ܥܠܝܗܘܢ ܀ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܗܠܟܬܐ ܕܡܢ

gloriam suam, novissime autem quando spiritus cœlestes decantarunt laudes, ipso in specu nato, et quando stella Magis in Oriente refulsit. *Et gloria ejus repleta est terra* in vicinio specus saxosi, Etiam repleta est omnis terra scientia Domini. *Et splendor ejus sicut lux* quando descendit in montem Sinai.

4. *In civitate*[1] *manuum suarum collocabit robur ejus in circuitu,* i. e. fortitudinem ejus. Fortissimam suam jucunditatem collocabit in civitate manuum suarum; etiam in Jerusalem habitabit tabernaculum ejus in luce.

5. *Ante eum ibit mors* i. e. pœna. Alio sensu; *ante eum ibit mors,* scilicet Verbum Dei postquam incarnatum est e numero mortalium fuit sicut ceteri homines. *Et egredientur volucres rapaces ad pedem ejus* scilicet pœnæ.

6. *Surrexit et mensus est terram* ut sit in hæreditatem post reditum (a captivitate). Aliter: unxit[2] benedictionibus sanctis terram, quæ maledicta fuit in transgressione mandati. *Aspexit et liquati*[3] *sunt populi* i. e. aspexit et liquefacti sunt per divisionem tribuum quando exierunt ex Ægypto. *Dissipati sunt montes qui a sæculo sunt,* i. e. dissipati sunt reges qui a diebus Abraham sunt. Hoc de illis dictum fuit. *Et humiliati sunt colles qui a sæculis sunt,* i. e.

[1] Pro ܡܕܝܢܬܐ versio hexaplaris habet ܡܪܕܝܬܐ ut hebr. et vulg.

[2] Verbum ܡܫܚ significat mensurare et ungere.

[3] ܕܦܫܘ *liquati sunt*. Ita vertit Gabriel Sionita in Polyglottis Bibliis. Recte, nam versio hexaplaris pro ܕܦܫܘ habet ܐܬܦܫܪܘ. Hanc interpretationem confirmat in hoc loco S. Ephræmus. Hæc observatio addenda est iis quæ habet Payne Smith in *Thesauro Syr.* ad v. ܦܫ.

ܕܥܠܡ . ܗ̄ . ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܕܐܬܥܒܕ ܒܡܨܪܝܢ ܀

ܬܚܝܬ ܐܘܢ ܚܙܝܬ ܡܫܟܢܐ ܕܟܘܫ . ܗ̄ܘ . ܠܛܠܐ ܕܬܚܝܬ ܛܠܠܗ ܕܐܘܢ ܦܬܟܪܐ . ܚܙܝܗܝ ܕܝܬܒ ܒܡܫܟܢܐ ܕܟܘܫܢ . ܘܬܘܒ ܬܚܝܬ ܐܘܢ ܦܬܟܪܐ ܚܙܝܗܝ ܕܝܬܒ ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܙܥܘ ܝܪ̈ܝܥܬܐ ܀ ܙܥܘ ܝܪ̈ܝܥܬܐ ܕܐܪܥܐ ܕܡܕܝܢ ܀ ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܟܘܫ ܒܪܬܐ ܕܟܢܥܢ ܗܝ ܀ ܡܥܠ ܣܟܡ ܒܗܕܐ ܡܨܥܪܬܐ ܠܫܒܛܗ ܕܢܡܪܘܕ . ܘܐܦ ܠܙܘܥܐ ܡܥܠ ܠܡܕܝܢ ܒܗܕܐ . ܡܛܠ ܕܡܬܚܡܐ ܗܝ ܟܘܫ ܠܡܕܝܢ ܀

ܥܠ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܪܓܙ ܡܪܝܐ . ܗ̄ . ܥܠ ܐܬܘܪܝܐ ܘܒܒܠܝܐ . ܗܢܘܢ ܕܐܝܟ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܕܫܦܥܘ ܒܟ̈ܐܦܝܗܘܢ ܫܦܥܘ ܘܒܙܘ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܠܥ̈ܡܡܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܀ ܘܒܢܗܪ̈ܘܬܐ ܪܘܓܙܟ . ܗ̄ . ܕܬܘܒܕ ܐܢܘܢ ܀ ܘܒܝܡܐ ܚܡܬܟ . ܗ̄ . ܥܠ ܡܫܪ̈ܝܬܗܘܢ . ܪܟܒܬ ܥܠ ܪ̈ܟܫܟ . ܗ̄ . ܠܡܚܪܒ ܥܡ̈ܡܐ ܀ ܘܥܠ ܡܪ̈ܟܒܬܐ ܕܦܘܪܩܢܟ . ܗ̄ . ܕܬܦܪܘܩ ܠܒܢ̈ܝ ܝܪܬܘܬܟ ܀ ܘܬܘܒ ܡܬܬܡܠܠܐ . ܗܝ ܕܪܟܒܬ ܥܠ ܪ̈ܟܫܟ ܘܕܢܚܬܐ . ܗ̄ . ܪ̈ܟܫܐ ܠܫܠܝ̈ܚܐ ܩܪܐ . ܘܦܘܪܩܢܐ ܠܨܠܝܒܐ ܘܠܣܒܪܬܐ ܀

ܡܬܥܝܪܘ ܬܬܥܝܪ ܩܫܬܟ . ܗ̄ . ܗܘ ܕܕܡܟ ܡܢ ܦܘܪܩܢܢ ܗܘܐ ܫܒܥܝܢ ܫܢ̈ܝܢ ܀ ܘܢܣܒܥܘܢ ܓܐܪ̈ܐ ܒܡܐܡܪܟ ܡܫܒܚܐ . ܗ̄ . ܗܝ ܕܐܪܘܐ ܓܐܪ̈ܝ ܡܢ ܕܡܐ ܕܒܒܠܝܐ ܀ ܘܐܪܥܐ ܒܢܗܪ̈ܘܬܐ ܬܬܦܠܓ . ܗ̄ . ܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܦܠܓܘܗ̇ ܐܬܘܪ̈ܝܐ ܘܒܒܠܝ̈ܐ . ܘܬܘܒ ܡܫܬܡܠܝܐ . ܐܪܥܐ ܒܢܗܪ̈ܘܬܐ ܬܬܦܠܓ ܀

castra quæ a sæculis sunt. Hoc de illis statutum fuit. *Ipsius enim sunt gressus æterni,* i. e. miracula quæ facta sunt in Ægypto.

7. *Sub On vidi tentorium Chus*[1]. Sub umbra On idolum vidit quod sedebat in tabernaculo Chusan. Et rursus sub On vidit idolum sedens; quapropter tremefacta sunt aulæa. *Tremefacta sunt aulæa terræ Madian.* Quia porro Chus filia est Chanaan, inducit et conjungit cum ista probis affecta sceptrum Nemrodi. Porro tremori etiam Madian subjicit quia contermina est Chus Madian.

8. *Contra flumina irascitur Dominus,* i. e. contra Assyrios et Babylonios, qui sicut flumina ripas suas inundantia inundarunt et diripuerunt Jerusalem et plurimas gentes. *Et in fluminibus ira tua* i e. perdes eos. *Et in mari impetus tuus* i. e. contra castra eorum. *Ascendisti equum tuum* ad destruendas gentes, *et currum salutis tuæ* ut salvares filios hæreditatis tuæ. Spiritualiter autem illud « Ascendisti equum tuum, » etc. equos vocat apostolos et salutem crucem et evangelium.

9. *Evigilans evigilabit arcus tuus,* quia salutem nostram velut dormiens neglexisti septuaginta annos. *Et saturabuntur sagittæ ad jussum tuum gloriosum,* id est, inebriabo sagittas meas sanguine Babyloniorum. *Et terra fluminibus descindetur,* i. e. terra Israel quam desciderunt Assyrii et Babylonii. Spiritualiter autem « terra

[6] Pro ܟܘܫ versio simplex cum hebr. habet ܟܘܫܢ *Chusan.* Versio Hex. habet ܟܘܫܝ̈ܐ *Æthiopes.* Ita etiam Vulgata. Ephræmus in commentario habet ܟܘܫܢ Chusan.

ܒܗܠܝܢ ܡܝ̈ܐ ܚܝ̈ܐ ܕܪܕܝܢ ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܡܣܒܪ̈ܢܐ .
ܐܬܕܟܝܘ ܢܚ̈ܠܐ : ܘܐܬܚܙܝ ܐܦ̈ܝ ܐܪܥܐ ܕܠܒ̈ܘܬܐ
ܕܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܕܟܣܝܢ ܗܘܘ ܒܡܪܝܪܘܬܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܀

fluminibus discinditur » hisce aquis vivis quæ fluunt e ventre præconum Evangelii ; expurgatæ sunt valles et apparuit facies terræ cordium hominum qui peccatorum amaritudine operti erant.

ܚܙܐܘܟ ܛܘܪ̈ܐ ܘܙܥܘ . ܗ̄ . ܗܢܘܢ ܗܠܝܢ
ܡܠܟ̈ܐ : ܬܘܒ ܛܘܪ̈ܐ ܗܢܘܢ ܠܫܐܕ̈ܐ ܩܪܐ :
ܕܙܥܘ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܝܐ ܀ ܘܙܪܡܐ
ܕܡܝ̈ܐ ܥܒܪܬ . ܗ̄ . ܠܘܚܡ̈ܐ ܕܥܒ̈ܕܝܢ ܒܦܘܢܝܐ
ܡܢ ܥܡܐ ܀ ܐܪܝܡ ܬܗܘܡܐ ܩܠܗ . ܗ̄ ܕܝܢ .
ܒܒܠܝ̈ܐ ܀ ܘܪܘܡܐ ܕܐܝ̈ܕܘܗܝ ܥܠܝ . ܗ̄
ܥܠ ܥܡܐ ܀

10. *Viderunt te montes et tremuerunt,* i. e. iidem reges. Spiritualiter autem montes hic dæmones appellat, qui tremuerunt in adventu Verbi Dei. *Et procella aquarum transiit,* i. e. comminationes quas faciebant in reditu nonnulli de populo. *Elevavit abyssus,* i. e. Babylonii, *vocem suam. Et altitudinem manuum suarum exaltavit* super populum.

ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܩܡܘ ܒܡܫܪ̈ܝܗܘܢ ܀ ܗ̄ .
ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܝܗܘܢ ܀ ܘܒܢܘܗܪܐ ܕܓܐܪ̈ܝܟ
ܢܗܠܟܘܢ . ܘܒܙܗܪܐ ܕܒܪܩܐ ܕܢܝ̈ܙܟ . ܗ̄ .
ܚܠܦ ܢܘܗܪܐ ܕܦܪܝܣ ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ
ܒܙܠܝ̈ܩܐ ܙܝܢܐ ܘܢܝ̈ܙܟܐ ܡܗܠܟܝܢ ܗܘܘ ܀

11. *Sol et luna steterunt in mansionibus suis* in die captivitatis eorum. *Et in luce sagittarum tuarum et in splendore fulgurum telorum tuorum ambulabunt.* Loco lucis extensæ super eos in radiis et fulgore armorum et telorum ambulabant.

ܒܚܡܬܐ ܬܕܪܘܟ ܥܠ ܐܪܥܐ . ܗ̄ . ܕܒܒܠܝ̈ܐ ܀
ܘܒܪܘܓܙܐ ܬܕܘܫ ܥܡܡ̈ܐ . ܗ̄ . ܠܗܘܢ ܒܗ
ܠܗܘܢ ܀

12. *In indignatione incedes super terram* Babyloniorum, *et in ira conculcabis populos* eosdem.

ܢܦܩܬ ܠܡܦܪܩܘ ܠܥܡܟ ܘܠܡܫܝܚܟ . ܗ̄ .
ܠܥܡܐ ܘܠܙܪܘܒܒܠ ܀ ܦܣܩܬ ܪܫܐ ܡܢ
ܒܝܬܗ ܕܥܘܠܐ . ܗ̄ . ܕܦܣܩܬ ܫܘܠܛܢ
ܒܒܠܝ̈ܐ . ܘܐܥܪܛܠܬܝܗܝ ܡܢ ܫܬܐܣ̈ܘܗܝ
ܘܥܕܡܐ ܠܨܘܪܗ ܠܥܠܡ . ܗ̄ . ܕܠܐ ܬܘܒ
ܡܫܬܢܝܐ ܬܓܗ ܠܒܢܝ̈ ܕܪܗ ܀

13. *Egressus es ad salvandum populum tuum et Christum tuum,* i. e. populum Israel et Zorobabelem. *Amputasti caput e domo impii* i. e. amputasti potestatem Babylonii. *Et nudasti eum a fundamentis usque ad collum ejus in æternum,* ut non amplius transmittatur corona ejus ad posteros.

ܦܚܬܬ ܒܚܘܛܪ̈ܘܗܝ ܪ̈ܫܐ ܕܫܠܝܛ̈ܢܘܗܝ
ܕܐܬܬܟܠܘ ܒܚܝܠܬܗܘܢ . ܗ̄ . ܩܫܐ ܗܘܐ
ܘܐܦ ܥܠ ܫܠܝܛ̈ܐ ܕܐܘܚܕܢܗ . ܓܝܪ ܕܝܢ

14. *Perfodisti baculis ejus capita principum ejus qui audaciæ suæ confidebant,* durus quippe erat etiam suæ ditionis principibus.

ܠܐܟܣܢܕܪܘܣ ܕܕܫ ܘܣܚܦ ܠܫܠܝܛܢܐ ܡܕܢܚܝܐ ܀
ܡܬܦܢܝܢ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܐܦ ܥܠ ܪܫܐ ܗܘ
ܡܪܘܕܐ ܐܟܠܩܪܨܐ . ܕܐܬܬܪܝܡ ܬܓܗ ܘܐܬܦܠܚܬ
ܪܫܐ ܕܝܠܗ ܘܕܚܝܠܘܬܗ ܥܡ ܩܝܣܐ ܕܙܩܝܦܐ ܀
ܕܢܐܟܠܘܢ ܒܛܘܫܝܐ ܠܡܣܟܢܐ . ܗ̄ . ܕܢܬܦܪܥܘܢ
ܥܠ ܡܣܟܢܘܗܝ ܕܥܡܐ . ܠܘ ܕܐܟܣܢܕܪܘܣ
ܠܗܕܐ ܢܚܬ . ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܒܐܝܕܗ ܬܒܥ ܬܒܥܬܐ
ܕܥܡܐ ܀

ܕܪܟܒ ܒܝܡܐ ܥܠ ܪܟܫܟ . ܥܠ ܐܬܘܪܝܐ
ܘܒܒܠܝܐ . ܘܐܦ ܝܡܐ ܗܪܟܐ ܩܪܐ
ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ . ܘܪܟܫܐ ܠܫܠܝܚܐ ܀ ܘܐܦ .
ܠܗܢܘܢ ܕܒܝܡܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܣܚܝܢ : ܪܟܫܐ
ܫܥܒܕܝܢ ܠܡܪܟܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ܩܪܐ ܢܒܝܐ . ܡܛܠ .
ܕܥܠܝܗܘܢ ܪܕܐ ܐܠܗܐ ܘܒܗܘܢ ܦܪܚ .
ܘܥܡܗ ܘܬܚܘܬܘܗܝ ܡܬܦܢܝܢ ܠܐܬܪܐ
ܕܒܘܣܡܐ ܘܠܚܝܐ ܕܢܝܚܐ ܪܘܚܢܝܐ . ܘܒܟܢܫܐ
ܕܡܝܐ ܣܓܝܐܐ . ܗ̄ . ܥܠ ܕܒܝܬ ܓܘܓ ܀

ܫܡܥܬ ܘܪܓܙ ܟܪܣܝ ܠܩܠܐ ܡܡܠܠ ܕܣܦܘܬܝ
ܗ̄ . ܕܫܡܥܬ ܕܗܠܝܢ ܛܝܒܬ ܟܐܢܘܬܟ ܠܥܘܠܐ
ܠܚܪܬܐ . ܘܗܠܝܢ ܕܥܒܕܬ ܕܩܕܡ ܠܪܫܝܥܐ
ܡܢ ܩܕܝܡ ܀ ܥܠ ܠܗ ܐܪܬܝܬܐ ܒܓܪܡܝ .
ܐܦ ܒܘܪܟܝ ܙܥܘ . ܗ̄ . ܕܚܘܝ ܠܝ
ܝܘܡܐ ܕܐܘܠܨܢܐ ܕܐܬܐ ܥܠ ܥܡܐ +

ܡܛܠ ܕܬܬܐ ܠܐ ܬܦܪܥ . ܘܠܝܬ ܛܪܦܐ
ܒܓܘܦܢܐ . ܗ̄ . ܠܣܗܕܘܬܐ ܗܘ ܕܒܝܫܬܐ
ܕܥܬܝܕܢ ܩܪܐ ܠܗܝܢ ܠܒܝܫܬܐ ܕܩܪܝܒܢ ܀
ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ ܚܝܠܢܝ . ܗ̄ . ܫܪܝܪܐ ܗܝ
ܠܡ ܕܐܬܐ ܐܘܠܨܢܐ ܀

Forsan designatur Alexander qui conculcavit et destruxit principes Orientis. Accipiuntur autem hæc etiam de principe illo rebelli diabolo, cujus sublata est corona et perfossum est caput una cum exercitibus ejus per lignum crucis. *Ut comedant in abdito pauperes* i. e. ut vindictam sumant de pauperibus populi, non quod Alexander ad hoc descenderit, sed Deus per ipsum vindictam sumit de populo.

15. *Incessisti in mari super equum tuum.* Hæc dicuntur de Assyriis et Babyloniis. Etiam mare hic appellat baptismum et equos apostolos. Eos etiam qui in mari baptismi se lavant equos currui Dei subjectos vocat propheta, quia super eos incedit Deus et in eis volat, et cum eo et sub eo efferuntur in locum oblectationis in vitam requiei spiritualis. *Et in congerie aquarum multarum* scilicet super eos qui sunt e domo Gog.

16. *Audivi et commotus est venter meus ad vocem sermonis labiorum meorum,* i. e. audivi quæ præparavit justitia tua iniquis in finem et quæ olim fecisti impiis. *Invasit tremor membra mea etiam genua mea vacillarunt, quia significavit mihi diem calamitatis populo superventuræ.*

17. *Quia ficus non progerminabit nec erunt folia in vite ;* in testimonium malorum futurorum invocat mala præsentia.

19. *Domine Dominorum robora me*[1] *;* verum quippe est venturam esse calamitatem.

[1] Vers. simpl. ܚܝܠܝ robur meum.

ܐܪܘܙ ܒܐܠܗܐ ܦܪܘܩܝ. ܕܥܒܕ ܪ̈ܓܠܝ ܐܝܟ
ܕܐܝܠܐ ܘܥܠ ܪܘܡܐ ܐܩܝܡܢܝ. ܕܐܙܡܪ
ܠܬܫ̈ܒܘܚܬܗ. ܗ̄ܝ. ܥܡ ܕܒܬܪܗ. ܐܦ ܥܠ
ܨܠܘܬܗ ܕܐܬܥܢܝ. ܘܐܦ ܥܠ ܦܘܪܩܢܗ
ܕܥܡܐ ܫܠܡ ܀

18-19. *Exultabo in Deo salvatore meo, qui pedes meos velut illos cervi reddidit et in loco excelso*[1] *me constituit ut psallam laudes ejus.* **Hæc conveniunt tum rebus post ipsum futuris, tum ejus orationi qua exauditus est, tum saluti populi.**

ܫܠܡ ܦܘܫܩܐ ܕܚܒܩܘܩ .

Explicit commentarium Habacuci.

1 Vers. simpl. ܪܘܡܝ loco excelso meo.

ܦܘܫܩܐ ܕܨܦܢܝܐ ܢܒܝܐ. ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܀

ܨܦܢܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܫܡܥܘܢ ܀ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܝܘܡܝ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ. ܘܒܙܒܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܘܫܝܐ ܀

EJUSDEM MAR EPHRÆMI

COMMENTARIUM IN SOPHONIAM PROPHETAM.

Sophonias erat e tribu Simeonis. Vixit autem in diebus Jeremiæ prophetæ et tempore regis Josiæ.

CAPUT I.

ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܕܗܘܐ ܥܠ ܨܦܢܝܐ ܒܪ ܟܘܫܝ ܒܪ ܓܕܠܝܐ ܒܪ ܐܡܪܝܐ. ܒܪܗ ܕܚܠܩܝܐ ܒܝܘܡܘܗܝ ܕܝܘܫܝܐ ܒܪ ܐܡܘܢ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ. ܐܡܪ. ܕܐܬܢܒܝ ܨܦܢܝܐ ܒܝܘܡܝ ܝܘܫܝܐ. ܡܛܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܠܐܪܡܝܐ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܫܡܥܘܢ ܀

ܡܒܕܘ ܡܒܕ ܐܢܐ ܟܠ ܐܦܝ̈ܗ ܕܐܪܥܐ ܀ ܚܪܒ ܠܗ ܠܐܬܪܐ ܡܢ ܚܝܘܬܐ ܘܒܥܝܪܐ. ܘܐܦ ܡܢ ܦܪܚܬܐ. ܘܐܘܒܕ ܡܢ ܐܬܪܐ ܗܢܐ ܫܪܟܗ ܕܒܥܠܐ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܕܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܐܓܪ̈ܐ ܠܚܝܠܘܬܐ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܕܝܡܝܢ ܒܡܪܝܐ ܘܝܡܝܢ ܒܡܠܟܘܡ. ܗ̄ܘ. ܟܕ ܒܫܒܝܐ ܟܕ ܕܡܫܬܒܝܢ ܚܪܒ ܠܗ ܠܐܬܪܐ. ܘܕܢܚܘܐ ܕܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ ܡܫܠܡ ܠܗܘܢ ܐܡܪ. ܕܐܘܒܕ ܡܢ ܐܬܪܐ ܗܢܐ ܐܠܗ̈ܐ ܘܣܓܘ̈ܕܝܗܘܢ. ܒܥܠܐ ܘܡܠܟܘܡ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܛܥܝܢ ܒܨܠܡ̈ܐ ܕܗܠܝܢ ܠܚܢ̈ܦܐ ܀

ܕܛܝܒ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܕܒܚܐ ܘܙܡܢ ܩܪ̈ܘܘܗܝ. ܗ̄ܘ. ܕܒܚܐ ܒܢܝ̈ ܝܗܘܕܐ ܐܢܘܢ. ܘܩܪ̈ܝܐ ܕܝܠܗ ܒܒܠܝ̈ܐ. ܒܪܡ ܐܘܦ ܩܪ̈ܘܘܗܝ ܛܝܪܐ ܗܘ. ܘܚܝܘܬܐ ܗܝ ܕܐܬܕܡܝܬ ܐܝܟ ܕܠܕܒܚܐ. ܕܒܢ̈ܝ ܝܗܘܕܐ ܀ ܡܫܬܡܠܝܐ ܕܝܢ ܡܫܬܘܕܥ ܗܘ

1. *Verbum Domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Helciæ in diebus Josiæ filii Amon regis Judæ.* Ait Sophoniam prophetasse in diebus Josiæ. Porro usque ad Jeremiam pertigit. Erat autem e tribu Simeonis.

2-5. *Omnia prorsus sum ablaturus a facie terræ. Devastatus est locus, et animalibus, jumentis ac volucribus orbatus; perdam porro ex isto loco reliquias Baalis et omnes qui super tecta adorabant exercitus* (cœlestes) *omnesque qui jurabant per Dominum et jurabant per Melchom*. Quum homines in captivitatem abducebantur vastavit locum; ut autem indicaret se propter eorum peccata eos in captivitatem tradere dixit : Perdam ex isto loco Deos, eorumque adoratores, perdam Baal et Melchom errantesque horum simulacrorum adoratores.

7. *Quia præparavit Dominus victimam et vocatos suos invitavit.* Victima filii sunt Judæ et vocati sui sunt Babylonii. Forsan etiam vocati sui avis[1] sunt et fera quæ veluti ad sacrificium filiorum Ju-

[1] ܛܝܪܐ *avis rapax*. Isaias XLVI, 2 : *Vocavi ab Oriente Avem*. Ad hæc verba alludere videtur Ephræmus qui ibi per Avem Babylonios vel Medos intelligit. Vid. supra ad h. l.

ܕܕܒܚܗ ܕܡܪܝܐ ܠܙܒܢܐ ܕܨܠܝܒܐ ܝܗܒ ܚܝ̈ܐ .
ܕܒܚܐ ܗܘ ܢܨܝܚܐ ܘܪܒܐ . ܥܠܘܗܝ ܕܐܡܪ:
ܡܠܟܐ ܡܛܠܬܗ ܕܕܒܚܐ . ܕܗܐ ܟܠ ܡܕܡ
ܡܛܝܒ ܬܘ ܠܡܫܬܘܬܐ ❖

ܘܢܗܘܐ ܒܝܘܡܐ ܕܕܒܚܗ ܕܡܪܝܐ : ܐܣܥܘܪ
ܥܠ ܚܛܘܦܐ ܘܒܙܘܙܐ . ܘܥܠ ܟܠ ܕܠܒܝܫܝܢ
ܗܘܘ ܠܒ̈ܘܫܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ . ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܕܡܠܝܢ
ܗܘܘ ܒܝܬ ܓܙ̈ܝܗܘܢ . ܒܢܟܠܐ ܘܒܥܠܠܐ
ܘܚܛܘܦܝܗܘܢ . ܦ̄ . ܐܬܦܩܕܘ ܗܘܘ ܓܝܪ
ܕܐܦܠܐ ܒܗܘܢ ܢܬܕܡܘܢ ܠܗܘܢ . ܕܠܡܐ ܒܗܘܢ
ܡܚܠܛܐ ܢܬܚܠܛܘܢ ܥܡܗܘܢ . ܘܢܣܒܘܢ
ܣܢܩܝܢ ܒܗܘܢ . ܐܘ ܟܕ ܥܐܠܝܢ ܠܘܬܗܘܢ
ܒܥܠܕܒ̈ܒܐ . ܐܘ ܟܕ ܡܬܦܬܚܐ ܕܢܦܩܘܢ
ܒܫܒܝܐ . ܐܬܚܘܝ ܕܝܢ ܐܪܙܐܝܬ . ܗܝ ܕܒܝܘܡܐ
ܕܕܒܚܗ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܕܥܠ ܨܠܝܒܐ . ܐܬܝܗܒܬ
ܕܝܐܬܩܐ ܚܕܬܐ ܠܢ ܠܥܡ̈ܡܐ . ܕܡܠܦܐ ܡܠܦܢܘܬܐ
ܚܕܬܐ ܘܪܘܚܢܝܬܐ . ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܕܠܐ ܢܒܙܘܙ ܘܠܐ
ܢܚܛܘܦ . ܐܠܐ ܕܐܦ ܗܠܝܢ ܕܡܢܢ ܢܒܕܪ
ܡܛܠ ܐܠܗܐ . ܘܠܐ ܒܨܒܘ̈ܬܐ ܕܥܒܪܝܢ
ܒܥܘܬܪܐ ܢܗܘܐ ܡܬܥܬܪܝܢ ܡܛܠ ܡܫܝܚܐ .
ܫܚܠܦ ܕܝܢ ܠܠܒ̈ܘܫܐ ܪܓܝܓܐ ܘܢܘܟܪ̈ܝܐ ܒܠܒ̈ܘܫܐ
ܩܕ̈ܝܫܐ . ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ . ܢܟܦܘܬܐ .
ܕܟܝܘܬܐ . ܩܕܝܫܘܬܐ . ܒܣܝܡܘܬܐ ܡܪܚܡܢܘܬܐ
ܘܕܕܡܝܢ ܠܗܠܝܢ ❖

ܩܠܐ ܕܩܥܬܐ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܢ̈ܘܢܐ . ܘܝܠܠܬܐ ܡܢ
ܐܚܪܢܐ . ܘܬܒܪܐ ܕܝܢ ܡܢ ܪܡܬܐ . ܐܘ ܪܡܬܐ
ܗܝ ܕܒܝܬ ܒܢܝܡܝܢ . ܐܘ ܒܗ̇ ܒܡܕܝܢܬܐ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܗܟܢܐ . ܗܟܢܐ
ܘܬܪܥܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܢ̈ܘܢܐ ❖
ܐܝܠܠܘ ܒܥܡܘܪܝܗ̇ ܕܡܟܬܫ . ܡܛܠ ܕܬܘܗ

dæ invitatæ sunt. Spiritualiter autem significatur hostia Domini tempore crucis vivificæ, victima illa celebris magnaque, de qua dixit rex: « *Ecce omnia parata, venite ad convivium*[1]. »

8-9. *Erit autem in die hostiæ Domini, animadvertam in violentos et direptores et in omnes qui induebantur vestibus peregrinis,* (animadvertam) *in die illa in omnes qui replebant cellaria sua spoliis, fraude et rapina.* Jussi quippe fuerant ut hos in hoc non imitarentur, ne eis, amplexa idololatria, unirentur, sive quum ingrederentur ad eos adversarii, sive quum, urbe aperta, exirent in captivitatem. Mystice autem significatur in die sacrificii Domini in cruce nobis gentibus datum esse testamentum novum, docens doctrinam novam et spiritualem, non solum ut non deprædemur et rapiamus, sed etiam ut non bona nostra dissipemus propter Deum, nec rebus transeuntibus divites simus, sed pauperes propter Christum. Hæc doctrina mutavit vestes voluptuosas et peregrinas in vestes sanctas quæ sunt puritas, mundities, sanctitas, amœnitas, misericordia et his similia.

10. *Vox clamoris a porta Piscatorum et ejulatus ab altera et contritio a Rama.* Aut Rama est in tribu Benjamin aut in ipsa urbe locus erat sic appellatus. Idem est de porta appellata Piscatorum.

11. *Ululate, habitatores Machtas, quia obstupuit totus populus*

[1] *Matth.* XXII, 4.

ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܟܢܥܢ ܀ ܗܕܐ ܐܡܪ ܐܘ ܥܠ
ܥܒܪܝܐ ܕܕܡܝܘ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܠܟܢܥܢܝܐ ܘܐܬܩܪܝܘ
ܟܢܥܢܝܐ . ܐܘ ܥܠ ܟܢܥܢܝܐ ܕܐܬܚܒܠܘ
ܘܐܫܬܒܝܘ ܥܡܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܗܕܐ ܀ ܘܐܘܒܕ
ܟܠ ܫܩܠܝ ܣܐܡܐ . ܗ̄ . ܐܘ ܟܘܡܪܐ ܛܥܝܢ
ܠܦܬܟܪܐ ܐܘ ܐܘܡܢܐ ܕܢܣܟܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
ܠܨܠܡܐ ܀

ܐܒܨܩܝܗ̇ ܠܐܘܪܫܠܡ ܒܫܪܓܐ . ܗ̄ . ܐܘ ܒܗ
ܛܒܐ ܠܒܝܫܐ . ܐܘ ܕܠܐ ܢܫܬܚܪ ܒܓܘܗ̇
ܦܠܝܛܐ ܀ ܘܐܢ ܓܝܪ ܡܢ ܗܕܐ ܡܫܬܡܫܢܝܬܐ
ܢܟܠܐ ܗܘܐ ܘܡܦܩ ܥܒ̈ܕܝ ܒܝܫܬܐ . ܡܢ ܗܕܐ
ܡܫܒܚܢܝܬܐ ܪ̈ܥܝܢܐ ܡܥܩܡܐ . ܘܥܒ̈ܕܐ ܒܝ̈ܫܐ
ܡܦܩ ܀ ܒܢܘܗܪܐ ܡܬܝܕܥܢܐ ܕܡܠܬܗ
ܡܢܗܪܢܝܬܐ ܀ ܘܐܬܦܪܥ ܥܠ ܓܒ̈ܪܐ ܕܒܣܝܢ
ܠܢܛܘܪ̈ܝܗܘܢ . ܗ̄ . ܠܢܒ̈ܝܗܘܢ ܀ ܘܢܗܘܐ
ܩܢܝܢܐ ܕܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܠܒܙܬܐ . ܗ̄ . ܕܝܢ ܥܠ
ܕܐܡܪܘ ܒܠܒܗܘܢ ܕܠܐ ܡܝܬܐ ܡܪܝܐ ܐܦܠܐ
ܛܒܬܐ ܀

ܩܪܝܒ ܛܒ ܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ ܘܡܣܬܪܗܒ ܀
ܗܕܐ ܐܡܪ ܡܛܠ ܕܢܕܚܠܘܢ ܘܢܬܘܒܘܢ .
ܘܢܬܒܛܠ ܓܙܪܐ ܕܢܦܩ ܥܠܝܗܘܢ ܀

ܝܘܡܐ ܗܘ ܕܪܘܓܙܐ ܗܘ . ܝܘܡܐ ܗܘ ܕܩܪܢܐ
ܘܝܒܒܬܐ . ܗ̄ . ܡܛܠ ܟܣܐ ܗܘ ܕܐܬܡܙܓ
ܠܟܠ ܥܡܡܝܢ ܕܠܐ ܢܬܡܗܘܢ ܐܢܘܢ ܀ ܥܠ
ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܥܫܝܢܬܐ ܘܥܠ ܙܘܝܬܐ ܪ̈ܡܬܐ . ܗ̄ .
ܥܠ ܚܣܢܐ ܡ̈ܚܣܢܐ ܘܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܠܐ ܡܬܟܒ̈ܫܢ ܀

ܡܛܠ ܕܕܘܘܢܐ ܘܚܘܒܠܐ ܥܒܕ ܡܪܝܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪ̈ܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ ܀

Chanaan. Hoc dicit aut de Hebræis qui suis operibus imitati sunt Chananæos Chananæique idcirco appellati sunt, aut de Chananæis qui cum eis corrupti sunt et in captivitatem redacti. *Et dissipabo*[1] *omnes qui portant argentum*, sacerdotes nempe idola portantes aut opifices qui simulacra conflarunt.

12. *Scrutabor lucerna Jerusalem ;* aut ut inter bonos discernat malos, aut ut in ea non remaneat ullus qui (hostibus) effugerit. Porro, si ex hac materiali Jerusalem purgabat et educebat facientes malum, e spirituali etiam educit voluntates perversas et opera prava per intellectualem Verbi sui illuminantis lucem. *Et animadvertam in viros qui spernunt custodes suos*[2], i. e. prophetas suos. *Sit possessio* quam dedi eis *in direptionem*, quia *dixerunt in corde suo : neque malum infert Dominus neque bonum*.

13. *Proxima est admodum dies Domini et festinat*. Hoc dicit ut timeant et pœniteant et irritum fiat decretum contra eos latum.

15-16. *Dies iræ dies illa, dies tubæ et clangoris*. Hoc dicit propter calicem qui commixtus est omnibus populis ut eos stupore non percellat. *Super urbes fortes et super angulos excelsos*, i. e. super arces munitas et urbes inexpugnabiles.

18. *Quia perturbationem et exitium faciet Dominus omnibus habitatoribus terræ*.

[1] Vers. simplex ܐܒܕܘ *perierunt*. Cum vers. simpl. concinunt hebræus, LXX et Vulgata.

[2] Vers. simplex : custodem suum.

CAPUT II.

ܐܬܟܢܫܘ ܘܐܬܐܣܪܘ ܥܡܐ ܕܠܐ ܪܕܐ . ܗ̄ . ܡܢ
ܦܚܐ ܕܚ̈ܢܦܘܬܐ ܘܦܪܘܩܘܬܐ ܀

ܥܕܠܐ ܬܗܘܘܢ ܐܝܟ ܥܘܪܐ ܕܒܕܪܐ ܡܢ ܩܕܡ
ܪܘܚܐ . ܗ̄ . ܡܢ ܩܕܡ ܕܡܢ ܥܡܐ ܕܒܒܠ ܬܬܪܕܘܢ
ܘܬܬܒܕܪܘܢ ܀

ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܡܟܝ̈ܟܐ ܕܐܪܥܐ . ܗ̄ .
ܙܕܝ̈ܩܐ ܕܟܢܘܫܬܐ ܕܗܘܘ ܒܝܘ̈ܡܬܗ .
ܕܝܘܫܝܐ ܕܥܒܕܘ ܕܝܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܘܐܬܛܫܝܘ ܒܩܒ̈ܪܝ
ܡܕܒ̈ܪܝܟܘܢ . ܗ̄ . ܕܒܪ ܬܬܟܢܫܘܢ ܐܝܟ
ܝܘܫܝܐ ܩܕܡ ܙܒܢܐ ܀

ܡܛܠ ܕܥܙܐ ܫܒܝܩܬܐ ܬܗܘܐ . ܘܐܫܩܠܘܢ
ܠܚܘܪܒܐ . ܗ̄ . ܥܙܐ ܘܐܫܩܠܘܢ ܕܦܠܫ̈ܬܝܐ ܀
ܠܐܫܕܘܕ ܒܛܗܪܐ ܢܓܪܫܘܢ . ܗ̄ . ܐܫܕܘܕ
ܕܫܘ̈ܥܝܗ . ܘܥܩܪܘܢ ܬܬܥܩܪ . ܗ̄ . ܥܩܪܘܢ
ܕܫܘ̈ܪܝܗ ܘܕܡܓܕ̈ܠܝܗ ܀

ܘܝ ܠܥܡܘ̈ܪܝ ܚܒܠܐ ܕܝܡܐ . ܘܠܥܡܐ
ܕܩܪܛܐ . ܗ̄ . ܠܥܡܘ̈ܪܐ ܩܪܛܝ̈ܐ . ܗ̄ .
ܠܦܪܠܘܣ ܝܡܐ ܘܥܡܐ ܩܪܛܝܐ . ܚܠܛ ܕܝܢ
ܒܗܘܢ ܥܡܐ ܕܦܠܫ̈ܬܝܐ ܘܟܢܥܢ ܀

ܢܗܘܐ ܗܟܝܠ ܚܒܠܐ ܕܝܡܐ ܠܫܪܟܐ ܕܒܝܬ
ܝܗܘܕܐ ܀ ܘܒܒ̈ܬܐ ܕܐܫܩܠܘܢ ܒܪܡܫܐ ܢܫܪܘܢ ܀
ܗ̄ ܗܢܘܢ ܢܐܪܬܘܢ ܠܡܪ̈ܝܗܘܢ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܘܐܒ ܐܝܟ ܣܕܘܡ ܬܗܘܐ .
ܘܒܢ̈ܝ ܥܡܘܢ ܐܝܟ ܥܡܘܪܐ . ܘܐܬܚܒܠܬ
ܢܨܒܬܗܘܢ . ܗ̄ . ܣܝ̈ܓܝܗܘܢ ܀ ܘܐܒܕ

1 Pro ܕܥܒܕܘ versio simplex recte habet ܥܒܕܘ.

2 Vers. simpl.: et protegemini in die iræ Domini. Cum vers. simpl. concinunt Hebr., LXX et Vulgata.

3 Syriace ܥܙܐ 'Aza.

4 ܐܫܕܘܕ hebr. אַשְׁדּוֹת *effusiones* torrentium.

5 ܥܩܪܘܢ *radix* a verbo ܥܩܪ *eradicavit*.

CAPUT II.

1. *Colligite vosmetipsos et accingimini gens indisciplinabilis*, i. e. eripite vos e rete ethnicismi.

2. *Antequam sitis sicut gluma quæ a vento effertur* i. e. antequam a populo Babylonis castigemini et dispergamini.

3. *Sed et vos humiles terræ*, i. e. justi synagogæ qui fuerunt in diebus Josiæ. *Facite*[1] *judicium et justitiam et protegemini in sepulchris vestris*[2], i. e. forsan congregabimini (ad patres) ante tempus sicut Josias.

4. *Quia Gaza*[3] *derelicta erit, et Ascalon in ruinam*. Gaza scilicet et Ascalon Philistæorum. *Asdodum meridie abducent*, i. e Asdodum[4] rupium ejus. *Et Accaron eradicabitur*, i. e. Accaron[5] (radix) murorum et turrium ejus.

6. *Væ habitantibus in tractu maris et populo Cretæ*, i. e. incolis Cretensibus; mari scilicet adjacentibus[6] et populo Cretensi. Immiscuit autem cum eis populum Palæstinorum et Chanaan.

7. *Erit igitur tractus maris reliquiis domus Judæ. Et in domibus Ascalon vespere cubabunt*, i. e. possidebunt suos olim possessores.

9. *Idcirco Moab ut Sodoma erit, et filii Amon ut Gomorrha, et corrupta est planta earum*, i e. Sepes earum. *Et periit* τὸ ἄλιμον[7]

6 ܦܪܠܘܣ suppono vocem græcam esse παράλιος *mari* adjacens.

7 ܡܠܘܚܐ *atriplex halimus*, herba salsa, quam lexicographi Syri dicunt esse ܡܙܪܐ , ܐܠܘܬ , ܐܠܝܐ . Vide, Payne Smith in *Thesaur. syr.* ad h. v. Gabriel *Salinam* vertit, sed de planta sermonem fieri S. Ephræmus intellexit.

ܡܫܠܚܘܗܝ. ܡܫܠܚܐ ܕܝܢ ܡܕܡ ܗܘ̇ ܕܕܡܐ
ܠܫܓܕܐ ܀

ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܟܘܫܝܐ ܩܛܝܠܝ ܚܪܒܐ ܐܢܬܘܢ.
ܗ̄. ܐܦ ܥܠܝܗܘܢ ܓܝܪ ܐܬܡܙܓ ܗܘܐ ܟܣܐ
ܕܪܘܓܙܐ ܗܘܐ ܒܝܕ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܀

ܘܢܪܝܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܓܪܒܝܐ ܘܢܘܒܕ ܠܐܬܘܪ.
ܘܢܚܪܒܝܗ̇ ܠܢܝܢܘܐ ܠܚܘܪܒܐ ܘܬܗܘܐ ܐܝܟ
ܡܕܒܪܐ ܀

ܘܢܪܒܥܘܢ ܒܓܘܗ̇ ܥܕܪܐ ܘܟܠܗܘܢ ܚܝܘܬܐ
ܕܥܡܡܐ. ܐܦ ܩܩܐ ܘܩܘܦܕܐ ܒܓܘܗ̇
ܢܒܘܬܘܢ. ܘܚܝܘܬܐ ܢܩܥܘܢ ܒܓܘܗ̇ ܘܚܘܪܒܐ
ܒܬܪܥܝܗ̇ ܀

ܐܝܟܢܐ ܗܘܬ ܠܚܪܒܐ. ܘܒܝܬ ܡ̈ܪܒܥܐ ܕܥܢܐ.
ܟܠ ܡܢ ܕܥܒܪ ܒܗ̇ ܢܬܡܗ ܘܢܫܪܘܩ.
ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܥܠ ܢܝܢܘܐ ܐܬܐܡܪ̈ ܒܢܒܝܘܬܐ.
ܕܐܦ ܩܩܐ ܘܩܘܦܕܐ ܢܒܘܬܘܢ. ܘܢܬܬܢܚܘܢ
ܒܫܘ̈ܪܝܗ̇ ܕܡܬܦܣܩܝܢ. ܐܝܟ ܕܚܣ ܓܝܪ
ܒܗ̇ ܐܠܗܐ ܟܕ ܬܒܬ ܗܘܬ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܕ ܒܗ̇
ܡܪܕܬ ܀ ܐܦ ܓܝܪ ܢܚܘܡ ܐܬܢܒܝ ܥܠܝܗ̇ ܘܝܗܒ
ܠܗ̇ ܙܒܢܐ. ܐܠܐ ܨܦܢܝܐ ܕܒܙܒܢ ܗܘܐ ܠܐܪܡܝܐ.
ܒܗ ܠܐܪܡܝܐ ܕܡܐ ܗܘܐ ܒܢܒܝܘܬܗ ܕܥܠ
ܢܝܢܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܐܪܡܝܐ ܥܠ ܫܒܝܐ ܕܗܘܬ
ܒܝܘ̈ܡܘܗܝ ܐܬܢܒܝ ܗܘܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܨܦܢܝܐ
ܥܠܘܗܝ ܕܚܘܪܒܐ ܒܙܒܢ ܚܘܪܒܐ ܐܬܢܒܝ
ܗܘܐ ܀ ܟܠ ܕܥܒܪ ܒܗ̇ ܢܬܡܗ ܘܢܫܪܘܩ.
ܘܢܢܝܕ ܐܝܕܗ ܘܢܐܡܪ ܀

earum. Τὸ ἀλιμον est quidpiam simile Sardæ (amygdalæ amaræ).

12. *Vos etiam Æthiopes interfecti gladio estis.* Pro eis etiam immixtus est calix iræ per Jeremiam prophetam.

13. *Et attollet manum suam ad aquilonem*[1], *et perdet Assyrium Ninivenque destruet ac vastabit* (ut sit) *quasi desertum.*

14. *Et accubabunt in medio ejus greges et omnes bestiæ gentium, et etiam picæ et hericii in domibus ejus pernoctabunt, et feræ rugient in ea, et devastatio in portis ejus.*

15. *Quomodo facta est in ruinam et in cubile gregis. Omnis qui transibit per eam, obstupescet et sibilabit.* Hæc omnia Ninivi in prophetia dicta sunt, picas scilicet et hericios in muris ejus dirutis pernoctaturos et ingemituros. Quemadmodum autem Deus misertus est ejus quando ipsa pœnituit, sic eam castigavit quando in eum rebellis fuit. Nahum porro de ea vaticinatus est et dedit ei tempus. At Sophonias, Jeremiæ coævus, in sua de Ninive prophetia Jeremiæ similis fuit. Sicut enim Jeremias vaticinatus est de captivitate quæ suis diebus facta est, ita Sophonias de destructione ipso destructionis tempore prophetavit. *Omnis qui transierit per eam obstupescet, et sibilabit et movebit manum suam et dicet :*

[1] Minus recte Gabriel Sionita in polyglottis « meridiem » ponit.

CAPUT III.

ܘܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܝܕܝܥܬܐ . ܗ̄ . ܟܕ ܡܬܕܡܪܝܢ ܥܠ ܚܒܠܐ ܘܣܘܦܐ ܕܝܠܗ̇ ܐܡܪܝܢ ܟܠ ܚܙ̈ܝܗ̇ . ܘܝ ܠܟܝ ܡܕܝܢܬܐ ܡܫܡܥܬܐ ܘܝܕܝܥܬܐ ܕܡܫܬܒܚܐ ܗܘܬ ܒܩܪ̈ܒܐ ܕܒܝܬ ܢܡܪܘܕ ܨܝܕܐ . ܕܐܬܦܨܝܬ ܗܘܬ ܡܢ ܩܕܝܡ ܒܝܕ ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ ܀

ܢܒܝ̈ܝܗ̇ ܦܚܝ̈ܙܝܢ ܘܟܘܡܪ̈ܝܗ̇ ܥܘܠܝܢ . ܗ̄ . ܗܢܘܢ ܕܐܬܬܠܡܕܘ ܠܘܬ ܝܘܢܢ . ܛܡܐܘ ܡܩܕܫܐ ܒܥܒ̈ܕܝܗܘܢ ܘܟܕ ܟܪܙܝܢ ܢܡܘܣܐ ܒܡܠ̈ܝܗܘܢ ܀

ܘܡܪܝܐ ܙܕܝܩܐ ܒܓܘܗ̇ . ܗ̄ . ܕܢܣܒ ܡܢܗ̇ ܬܒܥܬܐ ܒܙܕܝܩܘܬܐ . ܘܠܐ ܥܒܕ ܥܘܠܐ . ܗ̄ . ܠܗܘܐ ܕܠܐ ܢܣܒ ܒܐܦ̈ܐ . ܘܐܝܟ ܕܚܣܗ̇ ܟܕ ܥܒܕܬ ܬܝܒܘܬܐ ܕܝܠܗ̇ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܪܕܬܗ̇ ܟܕ ܥܒܕܬ ܡܪܕܘܬܐ ܀

ܐܘܒܕܬ[1] ܥܡ̈ܡܐ ܘܐܬܚܪ̈ܒܬ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܐܒܕ ܡܢ ܩܕܡ ܥܝ̈ܢܝܗ̇ . ܗ̄ . ܟܠܡܕܡ ܕܓܙܪܬ ܒܝܕ ܥܒ̈ܕܝ ܢܒܝ̈ܐ ܥܠܝܗ̇ ܥܠ ܢܝܢܘܐ ܀ ܡܛܠ ܐܬܛܝܒܘ ܘܚܒܠܘ ܟܠܗܝܢ ܨܢ̈ܥܬܗ̇ . ܗ̄ . ܐܘ ܒܒܠܝ̈ܐ ܩܘܡܘ ܚܒܠܘ ܥܠ ܐܨܢ̈ܥܬܐ ܕܐܬܥܒܕ ܗܘ̈ܝ ܒܚܟܡܬܐ ܕܐܘܡ̈ܢܘܗ̇ ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܣܟܘ ܠܝܘܡܐ ܕܩܐܡ ܐܢܐ ܠܣܗܕܘܬܐ . ܗ̄ . ܣܟܘ ܐܘ ܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܐܝܠ ܠܝܘܡܐ ܕܩܐܡ ܠܡܚܬܡܘ ܠܣܗܕܘܬܐ ܕܢܒܝ̈ܐ ܀ ܩܪܒ ܕܝܢܝ ܠܡܟܢܫܘ ܥܡ̈ܡܐ . ܗ̄ . ܠܕܝܢܐ

CAPUT III.

1. *Væ civitati notissimæ.* Attoniti de destruxtione ejus et excidio dicent omnes ejus spectatores : Væ tibi, civitas famosa et notissima, quæ gloriabaris bellis domus Nemrodi venatoris, quæ liberata fueras olim per prædicationem Jonæ.

4. *Prophetæ ejus libidinosi sunt et sacerdotes ejus impii,* i. e. qui a Jona edocti fuere *polluerunt sanctuarium* operibus suis, dum prædicant legem verbis suis.

5. *Dominus autem justus in medio ejus,* i. e. qui de ea sumit vindictam in justitia. *Et non facit iniquitatem,* quatenus non facit acceptionem personarum. Sicut misertus est ejus quando pœnitentiam egit, sic eam castigavit quando rebellis fuit.

6-7. *Disperdidit*[1] *gentes et destructa est.* Igitur nihil peribit sub ejus oculis eorum quæ decrevi per servos meos prophetas *contra eam* i. e. contra Niniven. *Igitur parate vos et destruite omnes machinationes ejus,* i. e. o Babylonii surgite et destruite omnes machinationes quæ arte opificum ejus effectæ sunt.

8. *Quapropter expectate diem, qua surgam ad judicium ;* expectate, o filii Israel, diem qua surgam ad sigillo muniendum testimonium prophetarum. *Appropinquavit judicium meum ad congregandos*

[1] Cod. ܐܘܒܕܬ ; vers. simpl. ܐܘܒܕܬ *disperdidi.* Cum ea faciunt Hebr., LXX et Vulg.

ܓܘܓ ܀ ܒܢܘܪܐ ܕܛܢܢܝ ܬܬܐܟܠ ܟܠܗ ܐܪܥܐ .
ܗ̄ . ܟܠܗ ܡܫܪܝܬܗܘܢ ܀

ܘܐܗܦܘܟ ܠܗ ܠܥܡܡܐ ܣܦܬܐ ܓܒܝܬܐ . ܗ̄ .
ܠܗ ܠܥܡܡܐ ܕܡܫܬܚܪܝ (sic) ܐܗܦܘܟ ܣܦܬܐ
ܡܗܝܡܢܬܐ ܀ ܘܬܘܒ ܣܦܬܐ ܓܒܝܬܐ ܩܪܐ :
ܐܦ ܠܬܘܕܝܬܐ ܚܕܬܐ ܕܒܡܫܝܚܐ . ܘܗܐ ܝܘܡܢ
ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܀ ܒܫܡܗ ܕܡܪܢܐ
ܡܫܝܚܐ ܩܪܝܢ . ܘܠܗ ܡܫܒܚܝܢ ܘܠܗ
ܣܓܕܝܢ . ܘܢܣܓܕܘܢ ܠܗ ܐܢܫ ܐܢܫ ܡܢ ܐܬܪܗ .
ܗ̄ . ܟܠܗܘܢ ܓܙܪܬܐ ܕܥܡܡܐ . ܥܠ ܓܠܝܢܐ
ܕܡܬܓܫܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܪܡܙܝܢ ܀ ܡܛܠ
ܕܩܪܒ ܕܝܢܝ ܠܡܟܢܫܘ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܀
ܗܕܐ ܥܠ ܒܘܛܠܐ ܕܗܘܬ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ
ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܡܬܐܡܪܐ ܀ ܘܢܦܠܚܘܢ
ܒܢܝܪܐ ܚܕ . ܗ̄ . ܢܫܬܥܒܕܘܢ ܟܠܗܘܢ ܠܚܕܐ
ܣܓܕܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܀

ܡܢ ܥܒܪ ܢܗܪܘܬܐ ܕܟܘܫ . ܢܝܬܘܢ ܠܝ
ܕܒܚܐ . ܗ̄ . ܗܘ ܗܘ ܕܐܡܪ ܀ ܕܡܢ ܝܪܚ
ܠܝܪܚ . ܘܡܢ ܫܒܐ ܠܫܒܐ ܀ ܢܐܬܘܢ
ܥܡܡܐ ܠܡܣܓܕ ܠܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ ܀

ܐܘܬܪ ܕܝܢ ܒܓܘܟܝ ܥܡܐ ܡܣܟܢܐ ܘܡܟܝܟܐ.
ܗ̄ . ܥܠ ܫܒܝܐ ܕܡܬܦܢܝܢ ܡܢ ܒܒܠ . ܚܘܝ
ܨܦܢܝܐ ܕܒܨܝܪܐ ܗܘ ܡܬܚܪܡܝܢ ܠܡܣܩ ܀

ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܚܪܝܢ ܡܢ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܠܐ
ܢܥܒܕܘܢ ܥܘܠܐ . ܗ̄ . ܠܟܐܢܘܬܐ ܕܡܬܦܢܝܢ ܠܗ
ܙܕܝܩܘܬܐ ܀
ܫܒܚܝ ܒܪܬ ܨܗܝܘܢ . ܘܫܒܚܝ ܒܪܬ
ܐܝܣܪܝܠ ܀ ܕܐܥܒܪ ܡܪܝܐ ܕܝܢܝܟܝ ܀ ܘܐܦܢܝ

populos domus Gog. *Igne zeli mei consumetur omnis terra,* i. e. omnis regio eorum.

9. *Et restituam gentibus labium electum ;* gentibus superstitibus restituam labium fidele. Labium electum etiam vocat mysterium novæ in Christo confessionis. Ecce enim hodie omnes gentes credunt, nomen Christi Domini invocant, eum laudant et adorant. *Et adorabunt unusquisque e loco suo*[1] ; significantur omnes insulæ gentium relate ad revelationem incarnationis Christi. *Quia appropinquavit judicium meum ad congregandas omnes gentes* (vers. 8). Hoc refertur ad Christi sollicitudinem erga omnes gentes. *Et adorabunt jugo uno.* Subjicientur omnes uni adorationi veræ.

10. *Ex ultra fluvialibus Æthiopiæ partibus afferent mihi victimas.* Idem est quod dixit : *E tempore mensis in mensem et e tempore sabbati in sabbatum venient gentes ad adorandum Dominum fortissimum*[2].

12. *Relinquam in medio tui populum pauperem et humilem.* Quantum ad captivos e Babylone reduces ostendit Sophonias paucos sese determinasse ut ascenderent (in Jerusalem).

13. *Et qui superstites fuerint ex Israel non facient iniquitatem,* i. e. revertentur ad justitiam.

14-15. *Lauda filia Sion et jubila filia Israel, quia abstulit a te Dominus judices tuos et repulit a*

[1] Hæc verba desunt in vers. simpl. et in cæteris textibus. — [2] Is. LXVI, 23.

ܣܢܝܟܝ ܒܥܠܕܒܒܝܟܝ. ܗ̄. ܒܥܠܕܒܒܝܟܝ ܕܝܢ
ܐܝܣܪܝܠ ܐܬܘܪܝܐ ܗܘܘ. ܘܕܝܢܝ ܨܗܝܘܢ
ܒܒܠܝܐ. ܪܡܙ ܕܝܢ ܦܘܪܩܢܗ ܐܦ ܕܥܕܬܐ
ܕܐܬܦܪܩܬ ܒܨܠܝܒܐ ܡܢ ܐܝܕ ܐܟܠܩܪܨܐ ܘܫܐܕܐ
ܡܪܘܕܐ ܗܢܘܢ ܕܕܝܢܝܗ ܗܘܘ ܠܗ ܘܐܠܨܝܢ
ܒܫܥܒܘܕܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܣܓܕܐ ܠܨܠܡܝܗܘܢ ܀

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܓܘܟܝ ܓܢܒܪܐ ܘܦܪܘܩܐ
ܗ̄. ܕܝܢ. ܕܦܪܩ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܠܐܝܣܪܝܠ.
ܡܢ ܕܒܝܬ ܓܘܓ. ܠܥܕܬܐ ܕܝܢ ܕܥܡܪܐ ܒܓܘܗ
ܡܢ ܐܟܠܩܪܨܐ ܘܡܢ ܥܡܡܐ ܛܪܘܢܐ ܀ ܘܢܚܕܝܟܝ
ܒܫܘܒܚܐ ܐܝܟ ܕܒܝܘܡܐ ܕܥܐܕܐ. ܗܕܐ
ܥܠ ܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ ܐܡܪ ܀ ܐܪܙܐܝܬ ܕܝܢ
ܥܠ ܫܘܒܚܗ ܘܙܝܘܗ ܕܥܕܬܐ ܡܩܕܫܬܐ ܘܚܕܘܬܐ
ܕܚܕܝ ܠܗ ܡܪܝܐ. ܘܕܡܝܐ ܐܝܟ ܕܒܪܙܐ
ܠܚܕܘܬܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܕܥܐܕܐ ܗܘ ܪܒܐ
ܕܡܛܝܒ ܠܩܕܝܫܐ ܕܒܥܕܬܐ ܗܘܘ ܒܗ ܡܢ
ܥܠܡ ܀

ܘܐܥܒܪ ܡܢܟܝ ܐܝܠܝܢ ܕܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܥܠܝܟܝ
ܨܥܪܐ. ܗ̄. ܐܕܘܡܝܐ ܘܒܢܝ ܠܘܛ ܀ ܡܢ ܥܕܬܐ
ܕܝܢ ܒܥܡܡܐ ܗܢܘܢ ܕܡܠܠܘ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܗ
ܟܕܒܐ ܘܫܛܝܘܬܐ. ܕܠܐ ܐܕܪܟܘ ܐܘ ܐܣܬܟܠܘ
ܠܐܪܙܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܐ. ܘܠܚܫܘ
ܘܡܘܬܗ ܕܡܛܠܬܢ. ܘܚܫܒܘܗܝ ܠܐܪܙܐ
ܕܨܠܝܒܐ ܫܛܝܘܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܐܟܬܒ ܀

ܘܐܬܒ ܐܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܟܝܟܝܢ ܒܓܘܟܝ.
ܗ̄. ܐܘ ܕܡܫܬܥܒܕܝܢ ܒܡܟܣܐ ܠܙܪܘܒܒܠ ܡܕܐܬܐ
ܠܒܝܬ ܙܘܪܒܒܠ. ܐܘ ܕܡܬܠܨܝܢ ܠܡܣܩ
ܒܥܐܕܐ ܘܒܪܝܫ ܝܪܚܐ ܘܒܣܓܕܬܐ ܕܩܘܕܫܐ ܀

te hostes tuos. Hostes Israelis Assyrii fuerunt, et judices Sion Babylonii. Significat etiam mysterium Ecclesiæ, quæ liberata est per crucem e manu diaboli et dæmonum rebellium, qui ejus judices fuerant eamque sua servitute constringebant dum simulacra eorum adoraret.

17. *Dominus Deus in medio tui fortissimus et salvator,* quia salvavit Jerusalem et Israel a domo Gog, et ecclesiam in qua habitavit a diabolo et a populis tyrannis. *Et efficiet ut exultes in gloria perinde ac in die solemnitatis*. Hæc dixit de universa synagoga, mystice autem de gloria et splendore Ecclesiæ sanctæ et de lætitia qua affecit eam Dominus; hæc porro mystice similis est lætitiæ et gloriæ magnæ hujus solemnitatis quæ præparata est sanctis in ecclesia ab æterno absconditis.

18. *Et auferam a te qui loquebantur contra te contumeliosa.* Edomitas scilicet et filios Lot. (Auferam) autem ab Ecclesia populos illos qui locuti sunt contra fidem ejus mendacium et stultitiam; quia non apprehenderunt nec intellexerunt mysterium divinæ Dei Verbi dispensationis passionemque ejus et mortem pro nobis mysteriumque crucis stultitiam reputaverunt, ut apostolus scripsit.

19. *Et reddes eos omnes humiles in medio tui*. Hoc dicit eo quod censui subjiciebantur tributumque pendere debebant Zorobabelitis, vel eo quod cogerentur ascendere (in Jerusalem) ad adorandum in

ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܐܦܪܘܩ ܠܫܒܝܬܐ . ܗ̄ܘ .
ܠܫܡܪܝܢ ܘܠܡܫܚܦܬܐ ܐܟܢܫ . ܗ̄ܘ . ܠܐܘܪܫܠܡ ܀

sabbatis, in novilunio et in solemnitatibus tabernaculorum. *In tempore illo liberabo subjugatam,* i. e. Samariam, *et remotam* i. e. Jerusalem.

ܘܐܬܠ ܐܢܘܢ ܠܫܡܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܒܟܠܗ̇
ܐܪܥܐ ܕܒܗܬܬܗܘܢ . ܗ̄ܘ . ܐܡܬܝ ܕܫܡܥܐ ܐܪܥܐ
ܟܠܗ̇ ܚܘܒܠܐ ܪܒܐ ܕܗܘܐ ܒܒܝܬ ܓܘܓ ܀

20. *Et reddam eos celebres et gloriosos in omni terra confusionis eorum*[1], quando audiet terra universa cladem magnam domui Gog illatam.

ܫܠܡ ܦܘܫܩܐ ܕܨܦܢܝܐ ܢܒܝܐ ܕܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܀ ܦܫܝܛܬܐ ܘܪܘܚܢܝܬܐ ܀

Explicit mar Ephræmi commentarium in Sophoniam prophetam juxta sensum litteralem et spiritualem.

[1] Differt a versione simplici et a celeris textibus.

ܦܘܫܩܐ ܕܚܓܝ ܢܒܝܐ . ܕܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .

ܚܓܝ ܗܘܟܝܠ ܟܕ ܛܠܐ ܐܬܐ ܡܢ ܒܒܠ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܓܠܝܐܝܬ ܥܠ ܦܘܢܝܐ ܕܥܡܡܐ ܐܬܢܒܝ ܀ ܘܚܙܐ ܗܝܟܠܐ . ܕܒܢܝܐ ܘܡܫܬܟܠܠ ܀ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܢܝܚ ܥܠ ܓܢܒ ܩܒܪܐ ܕܟܗܢܐ ܀ ܐܬܩܒܪ . ܒܐܝܩܪܐ . ܐܬܢܒܝ ܕܝܢ ܠܬܠܬܝܢ ܘܫܬ ܫܢܝܢ . ܩܕܝܡ . ܕܝܢ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܀ ܚܓܝ ܕܝܢ ܥܐܕܐ ܡܬܦܫܩ ܀

EJUSDEM MAR EPHRÆMI

COMMENTARIUM IN AGGÆUM PROPHETAM.

Aggæus porro adhus adolescens venit e Babylone Jerusalem et palam de conversione gentium vaticinatus est. Vidit templum partim ædificatum. Post suum obitum sepultus fuit juxta sepulchrum sacerdotum cum pompa sicut sacerdotes. Prophetavit autem annis triginta sex, anno ante adventum Christi quadringentesimo septuagesimo quinto. Aggæus « festum » exponitur.

CAPUT I.

ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܕܪܝܘܫ ܡܠܟܐ ܀ ܒܝܪܚܐ ܕܝܢ ܫܬܝܬܝܐ . ܒܚܕ ܒܝܪܚܐ ܗܘܐ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܒܝܕ ܚܓܝ ܢܒܝܐ . ܥܠ ܙܘܪܒܒܠ ܒܪ ܫܠܬܐܝܠ ܪܒܐ ܕܝܗܘܕܐ ܀ ܘܥܠ ܝܫܘܥ ܒܪ ܝܘܨܕܩ . ܟܗܢܐ ܪܒܐ ܠܡܐܡܪ . ܕܙܒܢܐ ܗܘ ܠܟܘܢ ܗܘܐ ܀ ܕܬܬܒܘܢ ܬܗܘܘܢ ܐܢܬܘܢ ܒܒܬܝܟܘܢ ܒܡܛܠܠܐ . ܘܒܝܬܐ ܗܢܐ ܕܡܪܝܐ ܚܪܒ ܥܠ ܕܚܪܒ ܒܝܬܝ . ܘܐܡܪ ܚܓܝ ܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ . ܒܡܠܐܟܘܬܗ ܕܡܪܝܐ ܠܥܡܐ ܀ ܐܬܢܒܝ ܗܘܟܝܠ ܚܓܝ ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܚܙܐ ܒܬܪ ܦܢܝܐ ܕܡܢ ܒܒܠ . ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ ܕܕܪܝܘܫ ܀

ܥܡܐ ܗܢܐ ܐܡܪ : ܠܐ ܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܢܬܒܢܐ ܗܝܟܠܗ ܕܡܪܝܐ . ܡܛܠ ܕܒܙܒܢ ܡܣܩܬܐ ܪܒܬܐ ܨܒܘ ܠܡܒܛܠܘ ܒܢܝܢܐ . ܘܠܐ ܒܚܕܐ ܡܛܠ ܕܒܣܓܝܐܬܐ ܐܬܢܓܕܘ . ܐܬܟܠܝܘ ܓܝܪ ܫܡܝܐ ܡܢ ܛܠܐ . ܘܐܪܥܐ ܐܟܠܝܬ ܥܠܠܬܗ

CAPUT I.

1-5. *Anno secundo Darii regis, mense sexto, prima die mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, de Zorobabele, filio Salathielis, principe Judæ, et de Jesu filio Josedec sacerdote magno, dicens: An tempus hoc est vobis ut sedeatis in domibus vestris laqueatis et hæc domus* Domini *destructa est? Quia revera destructa est domus mea*[1]. Hæc dixit Aggæus, Domini legatus, ad populum in legatione Domini[2]. Vaticinatus est ergo Aggæus, ut patet, post reditum e Babylone, anno secundo Darii.

2. *Populus iste dicit: Nondum advenit tempus ut ædificetur templum Domini.* Quia tempore magnæ ascensionis hanc ædificationem turbare tentarunt, vapularunt; nec una vice sed pluribus flagellati sunt, cœli quippe rorem negarunt,

[1] Hæc ultima phrasis desumpta est e vers. 9.

[2] Infra I, 13.

ܘܟܠܗ̇ ܦܐܪܝܗ̇ . ܘܠܐ ܕܝܢ ܐܬܟܣܘ ܒܗܠܝܢ܆
ܐܘܣܦܘ (sic) ܠܗܘܢ ܕܒܝܫܢ ܡܢ ܗܠܝܢ .
ܗ̄ ܀

terræ ornamenta perierunt, ipsaque terra fructus suos prohibuit[1]. Quia vero hisce correpti non resipuerunt, graviora Deus ipsis intulit mala, nempe :

ܕܟܕ ܐܟܠܝܢ ܠܐ ܣܒܥܝܢ . ܘܕܟܕ ܫܬܝܢ ܠܐ
ܪܘܝܢ . ܘܟܕ ܠܒܫܝܢ ܠܐ ܫܚܢܝܢ . ܘܟܕ ܠܐ
ܨܒܝܢ ܐܬܡܚܘ ܒܗܠܝܢ : ܥܒܕ ܐܦ ܗܘܐ
ܕܟܕ ܐܬܝܢ ܥܠ ܟܪܘܐ ܕܥܣܪܝܢ ܗܘܐ ܠܗ
ܕܥܣܪܐ . ܘܥܠ ܡܥܨܪܬܐ ܕܚܡܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗ
ܕܥܣܪܝܢ . ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܚܟܡܘ ܒܗܠܝܢ .
ܐܝܬܝ ܥܠܝܗܘܢ ܪܘܚܐ ܚܡܝܡܬܐ . ܫܘܕܦܢܐ .
ܘܒܪܕܐ ܘܟܪܣܐ . ܥܠ ܟܠܗ ܥܒܕܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ .
ܟܕ ܐܦ ܥܠ ܗܘ ܡܙܥܪܐ ܕܡܩܪܒܝܢ
ܗܘܘ . ܠܟܠ ܒܝܬܐ ܐܡܪ ܀

6. *Quod comederent nec saturarentur, biberent nec inebriarentur, vestes induerent et non calefierent*, et inviti hisce flagellati sunt. Effecit etiam ut quando *ad acervum viginti accedebant, decem erat, et quando accedebant ad torcular quinquaginta ad viginti minuebatur*[2]. Quum autem hisce sapientiores non essent effecti *adduxit contra eos ventum calidum, uredinem et grandinem contra omnia opera manuum eorum*[3]. Etiam contra pauciora illa quæ inferebant. *Omni domo dicit :*

ܕܚܙܝܬܘܢ ܠܣܓܝ ܘܗܘܐ ܩܠܝܠ ܘܐܥܠܬܘܢ
ܐܝܬܝܬܘܢ ܠܒܝܬܐ ܘܢܦܚܬ ܐܢܐ ܒܗ . ܘܐܝܢܐ
ܕܡܬܬܓܪ ܒܟܘܢ . ܢܬܠ ܐܓܪܗ ܒܟܝܣܐ ܢܩܝܒܐ ܀

8. *Respicitis ad amplius et factum est minus, et intulistis in domum, et exsufflo illud, et qui inter vos negociatur, in sacculum pertusum lucrum mittat*[4].

CAPUT II.

ܪܘܚܝ ܩܝܡܐ ܒܡܨܥܬܟܘܢ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ . ܗ̄ .
ܕܟܠ ܕܐܫܬܘܕܝܬ ܠܟܘܢ ܒܝܕ ܢܒܝܐ . ܐܫܠܡ
ܐܢܐ ܠܗ ܒܝܕ ܙܘܪܒܒܠ ܀

ܬܘܒ ܚܕܐ ܙܒܢ ܡܙܝܥ ܐܢܐ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܘܐܡܠܝܘܗܝ ܠܒܝܬܐ ܗܢܐ ܫܘܒܚܐ . ܗ̄ .
ܕܐܙܝܥ ܬܘܒ ܠܒܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܒܝܬ
ܓܘܓ . ܘܢܐܬܘܢ ܪܓܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܀

ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܗܒܐ ܘܕܝܠܝ ܗܘ ܣܐܡܐ . ܗ̄ .

CAPUT II.

6. *Spiritus meus perseverat inter vos ne timeatis*, quodcumque promisi vobis per prophetas illud per Zorobabelem perficiam.

7-8. *Adhuc semel commovebo cœlum et terram... et implebo domum istam gloria*, commovebo cor omnium regum domus Gog *et adducent desiderium*[5] *cunctarum gentium*.

9. *Meum est aurum et meum est*

[1] Cfr. infra I, 10.
[2] Infra II, 18.
[3] Infra II, 18
[4] Supra 6.

[5] Gabriel Sionita vertit : ܪܓܬܐ « desideratissimam quamque rem. » Minus recte Vulgata autem : *Veniet desideratus cunctis gentibus*,

ܕܝܢ . ܕܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ ܗܘ̈ ܕܚܛܦܘ ܘܟܢܫܘ
ܡܢ ܨܘܪ ܘܡܢ ܒܙ̈ܬܐ ܕܡܕ̈ܝܢܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܘܣܡܘܗܝ
ܠܗܘܢ ܓܢܙܘ ܀

ܘܢܗܘܐ ܪܒ ܫܘܒܚܗ ܕܒܝܬܐ ܗܢܐ ܐܚܪܝܐ ܡܢ
ܩܕܡܝܐ . ܦ̄ܫ . ܕܝܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܡܬܒܥܝܢ ܒܗܠܝܢ ܣܥܝܢ .
ܚܕܐ ܕܢܠܦ ܐܢܘܢ ܕܗܢܘ ܒܝܬܐ ܐܚܪܝܐ ܘܠܝܬ
ܐܚܪܢܐ ܐܚܪܝܐ ܀ ܘܐܚܪܬܐ ܕܢܚܘܐ . ܕܒܝܬ
ܕܒܢܝܢܐ ܕܗܘܐ ܒܝܕ ܙܘܪܒܒܠ ܠܗܘ ܕܨܒܬ
ܗܘܐ ܫܠܝܡܘܢ . ܘܣܝܡ̈ܬܐ ܕܗܘܢ ܝܬܝܪ
ܡܝܬܪ̈ܢ ܐܚܪ̈ܝܬܐ ܡܢ ܣܝܡ̈ܬܐ ܕܕܘܝܕ ܘܣܡ
ܕܩܕܡ ܠܗܘ ܩܕܡܝܐ ܀ ܪܘܚܢܐܝܬ ܕܝܢ ܗܕܐ .
ܗ̇ܝ ܕܢܗܘܐ ܫܘܒܚܗ ܕܒܝܬܐ ܗܢܐ ܐܡܪ
ܘܪܡܐ . ܗܢܐ ܐܚܘܝ ܕܐܝܟ ܪܒܘܬܐ ܕܚܘܕܬܗ
ܕܐܕܡ ܕܒܝܕ ܡܪܢ . ܣܓܝ ܓܝܪ ܘܠܐ ܣܟ ܝܬܝܪ
ܫܘܒܚܐ ܠܒܪܝܬܗ ܩܕܡܝܬܐ . ܐܬܒܪܝ ܓܝܪ ܗܘ
ܒܨܠܡܗ ܕܐܠܗܐ . ܒܝܕ ܡܪܢ[a] ܕܝܢ ܐܠܗܝ̈ܐ ܗܘܘ
ܒ̈ܢܝܢܫܐ . ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܫܘܠܛܢܐ ܕܒܢ̈ܝܐ
ܕܐܠܗܐ ܢܗܘܘܢ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܝܬܝܪܝܢ ܢܗܘܘܢ
ܠܗܘܢ ܀

ܐܢ ܢܣܒ ܓܒܪܐ ܒܣܪܐ ܕܩܘܕܫܐ : ܘܡܩܪܒ
ܠܚܡܐ ܘܠܒܘܫܐ . ܕܠܡܐ ܡܫܟܚ
ܡܬܩܕܫ . ܥܢܘ ܟܗܢܐ ܘܐܡܪܝܢ . ܠܐ . ܐܢ
ܡܩܪܒ ܐܢܫ ܕܛܡܐܐ ܢܦܫܗ ܠܐ ܡܬܛܡܐ .
ܥܢܘ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܬܛܡܐ . ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܢܒܝܐ . ܗܟܢܐ ܗܘ ܥܡܐ ܗܢܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ .
ܦ̄ܫ . ܒܟܠ ܕܥܒܕܝܢ ܘܒܟܠ ܕܡܩܪܒܝܢ ܐܡܪ .
ܠܐ ܩܘܕܫܐ ܐܡܪ ܕܥܒܕܝܢ . ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܐܡܪ

[1] *Joan.* I, 12.

[a] In Cod. ܡܢ .

argentum, aurum et argentum quæ rapuerunt e spoliis Tyri aliarumque civitatum et apud se reposuerunt.

10. *Et magna erit gloria domus hujus novissimæ plus quam primæ.* Hisce duo intenduntur: unum, vult eos docere domum hanc esse novissimam nec fore aliam posteriorem, alterum vult ostendere domum a Zorobabele ornatam præstantiorem esse illa a Salomone ornata et pretiosiores esse thesauros novissimæ thesauris quæ David paravit et reposuit priori. Spiritualiter autem istud : « *Erit gloria domus hujus*, etc. » significat quam excelsa sit renovatio Adami per Christum effecta : multum quippe et infinite gloria præstat priori ejus creationi. Creatus enim et positus in Eden imago tantum Dei erat, per Dominum autem nostrum homines consortes facti sunt naturæ divinæ; *dedit* quippe *eis potestatem filios Dei fieri*[1], et hac ratione præstantiores effecti sunt.

13-15. *Si tulerit homo carnem sanctam et obtulerit panem et vestimentum*[2], *num sanctificari poterit? Responderunt sacerdotes et dixerunt: minime. Si autem obtulerit is cujus anima polluta est, an non polluetur? Responderunt ei dicentes: Polluitur. Dixit eis propheta: Talis est populus iste coram Domino.* Ait eos in omnibus quæ faciunt et in omnibus quæ offerunt sancti quid non agere. Hæc autem

[2] Vers. simpl. ܘܡܒܫܠܐ et pulmentum.

ܕܢܫܩܘܢ ܐܢܘܢ ܥܠ ܒܢܝܢ ܒܝܬܐ . ܘܕܐܣܛܘܐ
ܘܕܕܪܬܐ ܓܘܝܬܐ ܘܒܪܝܬܐ ܀

ܣܩܘ ܠܛܘܪܐ ܘܐܝܬܘ ܩܝܣܐ ܘܒܢܘ ܒܝܬܐ
ܗܢܐ . ܝܪܚܐ ܕܬܫܥܐ . ܘܓܦܬܐ ܘܬܐܬܐ ܘܪܡܘܢܐ
ܚܪܒܘ . ܘܐܝܠܢܐ ܕܙܝܬܐ ܠܐ ܝܗܒ ܘܡܢ ܝܘܡܢܐ
ܗܢܐ ܐܒܪܟ ܐܢܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܗ̄ܘ . ܕܒܫܪܝܐ
ܕܫܘܪܝܐ ܕܫܬܐܣܬܗ ܕܒܝܬܐ . ܗܘܐ ܠܗ ܫܘܪܝܐ
ܐܦ ܕܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܐܬܡܠܟ ܗܘܝ̈ ܠܗܘܢ
ܡܢ ܢܒܝ̈ܐ . ܘܕܢܘܕܥ ܐܢܘܢ ܙܒܢܗ ܕܗܘܐ
ܐܦ ܒܝܬܐ . ܘܢܩܘ̈ܡܢ ܐܢܝܢ ܠܗ ܠܒܝܬܐ ܟܠ
ܕܐܡ̈ܪܢ ܒܠܥܕܘܗܝ ܡܢ ܢܒܝܐ ܚܙܩܝܐܝܠ
ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ . ܐܡܪ ܕܢܗܘܐ ܫܘܒܚܗ ܕܒܝܬܐ
ܗܢܐ ܐܚܪܝܐ ܪܒ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܀

ܦܬܓܡܐ ܕܐܩܝܡܬ ܥܡܟܘܢ ܟܕ ܢܦܩܬܘܢ
ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܘܐܢ ܢܗܘܘܢ ܡܒܕ̈ܪܝܢ ܡܢ ܬܡܢ
ܐܟܢܫ ܐܢܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܚܕܐ ܙܒܢ ܐܢܐ
ܡܙܝܥ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܘܬܘܒ ܗܝ ܕܣܩܘ ܠܛܘܪܐ
ܘܕܫܪܟܐ . ܗܘܝܘ ܚܘܝ ܠܥܒܕܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ :
ܕܢܫܩܘܠ ܙܩܝܦܗ ܥܠ ܟܬܦܗ ܘܢܩܘܡ ܥܠ ܪܝܫ
ܛܘܪܐ . ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܚܐ ܢܦܫܗ ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ
ܨܠܡܐ ܕܐܠܗܐ : ܢܚܕܬܝܗ ܒܒܢܝܢܐ ܕܡܝܬܪ̈ܬܐ .
ܘܬܘܒ ܗܝ ܕܣܩܘ ܠܛܘܪܐ ܐܪܙܐ ܡܫܝܚܐ ܕܫܩܠ
ܩܝܣܐ ܕܨܠܝܒܐ ܘܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܕܓܓܘܠܬܐ .
ܘܒܝܬܐ ܩܪܐ ܠܟܠܗ ܢܦܫܐ ܕܡܬܒܢܝܐ ܒܗ ܀

ܘܐܗܦܘܟ ܡܪ̈ܟܒܬܐ ܥܠ ܪ̈ܟܒܝܗܘܢ . ܘܢܦܠܘܢ
ܪ̈ܟܫܐ ܘܪ̈ܟܒܝܗܘܢ . ܓܒܪ ܒܣܝܦܐ

[1] Hæc desumpta sunt e cap. I, 8 et conjuncta cum iis quæ habentur II, 19-20, multis verbis omissis.

dixit ut eos incitaret ad ædificationem templi, et porticus atque atrii interioris et exterioris.

Ascendite in montem, afferte ligna et ædificate domum istam[1], *mense nono, et vitis et ficus et malogranata vastata sunt et arbor olivæ fructus non tulit;* ab hac autem *die benedicam eis, dicit Dominus*. Scilicet cum ipsa templi fundatione inchoata sunt omnia quæ per prophetas promissa fuerant. Ut autem indicaret eis hoc esse tempus domus (ædificandæ), et eventura esse huic domo omnia quæ prædicta fuerunt de ea a propheta Ezechiel ejusque sociis, dicit: *Erit gloria domus hujus novissimæ major quam primæ.*

Sermo quem firmavi vobiscum cum exiissetis ex Ægypto[2]. *Si dispersi fueritis exinde congregabo vos, ait Dominus. Semel commovebo cœlum et terram.* Rursus istud « *Ascendite in montem*, etc. », opus indicat creaturæ ut portet crucem suam super humerum et stet in vertice montis, qui enim vult salvare animam suam, quæ est imago Dei, renovet eam in ædificatione virtutum. Denique illud « *Ascendite in montem,* » figura est Christi qui portavit lignum crucis et ascendit in montem Golgotha. Domum autem appellat omnem animam quæ in eo ædificatur.

23-24. *Et subvertam currus super conscensores eorum, cadentque equi et iis insidentes, quisque*

[2] Supra II, 6.

ܕܐܚܘܗܝ. ܗ̄ܘ. ܗܢܘ ܕܐܗܦܘܟ ܡܪ̈ܟܒܬܐ
ܘܪ̈ܟܒܝܗܘܢ. ܡܚܘܐ ܙܒܢܐ ܕܢܗܘܐ܆ ܕܐܝܟܢ
ܘܐܡܬܝ ܢܦܠܝܢ ܕܒܝܬ ܓܘܓ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܕܐܡܪ: ܕܢܦܠܘܢ ܓܒܪ ܒܣܝܦܐ ܕܐܚܘܗܝ܆
ܚܘܝ ܕܐܝܟܢ ܗܘܐ܀ ܘܗܢܘ ܕܬܘܒ ܕܐܡܪ:
ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ܆ ܐܣܒܟ ܙܪܘܒܒܠ ܒܪ
ܫܠܬܐܝܠ ܥܒܕܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܐܣܝܡܟ ܐܝܟ
ܚܬܡܐ ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܓܒܝܬܟ. ܚܘܝ ܐܝܟ
ܕܐܡܬܝ ܗܘܐ. ܒܝܘ̈ܡܘܗܝ ܗܟܝܠ
ܕܙܪܘܒܒܠ ܗܘܐ ܡܦܘܠܬܗ ܕܓܘܓ ܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܚܓܝ. ܗܢܘ ܕܟܠܗ ܢܒܝ̈ܐ ܡܬܢܒܝܢ
ܐܬܢܒܝܘ ܗܘܘ ܡܛܠܬܗ ܕܢܗܘܐ ܗܘܐ.
ܢܬܢܣܒ ܠܢ ܐܝܟ ܕܐܪܙܐ ܐܦ ܡܛܠ
ܙܪܘܒܒܠ ܗܘ ܪܒܐ ܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܡܢ
ܙܪܘܒܒܠ ܒܪ ܫܠܬܐܝܠ ܕܡܢ ܒܝܬ ܕܘܝܕ ܐܬܝܠܕ
ܘܢܚܬ ܒܡܘܠܕܐ ܕܒܒܣܪ. ܘܒܝܘ̈ܡܬܐ
ܕܡܬܒܣܪܢܘܬܗ ܢܦܠ ܘܐܬܡܟܟ ܐܟܠܩܪܨܐ.
ܘܐܬܒܛܠ ܫܘܠܛܢܗ ܡܪܝܪܐ ܡܢ ܓܢܣܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ܀

ܫܠܡ ܦܘܫܩܐ. ܕܡܢܬܐ ܡܢܗܘܢ ܡܢ
ܕܚܓܝ ܢܒܝܐ܀

gladio fratris sui. Hisce « *Et subvertam currus et conscensores eorum* » ostendere vult quomodo et quando cadet domus Gog; istis vero : « *cadent quisque gladio fratris sui* » ostendit quomodo istud fiet. Quod porro dicit : « *In die illa assumam te Zorobabel, fili Salathiel, serve mi, ait Dominus, ponamque te ut sigillum, quia te elegi,* hisce ostendit quando fiet. Diebus itaque Zorobabelis evenit ruina Gog, ut dixit Aggæus, quod eventurum esse ceteri quoque prophetæ vaticinati erant. Assumatur autem a nobis iste locus mystice de Zorobabele illo magno Christo qui ex Zorobabele, Salathielis filio e domo David, genus ducit et descendit per nativitatem in carne. Diebus quippe incarnationis ejus, corruit et prostratus est diabolus et abolita est acerba ejus dominatio in genus humanum.

Explicit commentarium partium quarumdam ex Aggæo propheta.

MONITUM

IN SERMONES QUI SEQUUNTUR.

---

1. Sermo « *de admonitione* » exscriptus est e perantiquo codice Musæi Britannici ubi reponitur inter codd. add. sub nº 14,605 fol. 41-49. Iste codex membranaceus emptus fuit anno Græcorum 964, Christi 653 ; unde colligitur codicem esse isto anno antiquiorem. Continet porro cum nonnullis homiliis sancti Joannis Chrysostomi et Jacobi Sarugensis sequentem sancti Ephræmi « de admonitione » sermonem.

2. Sermo « *de reprehensione* » exscriptus est e Musæi britannici cod. add. 14,573, fol. 21-26. E forma scripturæ apparet codicem illum membranaceum sæculo VI fuisse exaratum. Iste codex unus est e 250 codicibus quos abbas Moyses Nisibenus emit A. D. 932 pro monasterio S. Dei Genitricis nitriensi. Continet autem sermonem metricum S. Ephræmi « *De Jona et pœnitentia Ninivitarum* » qui invenitur inter *Opp. Syr. lat.* II, 359, sqq. ; deinde duos sermones « *de reprehensione* » quorum secundus editus est in *Opp. Syr. lat.* III, 654 inter *sermones* S. Ephræmi de diversis. Primus autem nondum lucem aspexit, idcirco eum hic vulgamus.

3. Alter sermo « *de reprehensione* » exscriptus est e Musæi britannici cod. add. 12,176 fol. 1-2. Membranaceus iste codex antiquissimus est ; pertinet quippe ad sæc. V vel VI. Totus Ephræmiticus continet hymnos S. Ephræmi de fide et contra falsas doctrinas. Initio autem in duobus foliis prioribus, quæ alterius manus paulo recentioris esse videntur, legitur sermo quem hic vulgamus. Codices hic indicati fusius descriptos habes apud W. Wright, *Catalogue of the Syriac mss in the British Museum*. London 1870-1872.

4. Sermo « *De magis, incantoribus et divinis et de fine et consummatione* » exscriptus est e duobus Musæi britannici codicibus, nempe : e cod. addit. 14,615, sæc. X vel XI, fol. 12-20, et e cod. add. 14,650 sæculi VI vel VII, ubi reponitur inter varias sanctorum vitas. Quum iste codex nobis non innotuerit nisi postquam textus e cod. 14,615 jam exscriptus erat, codicem 14,650 littera B. indicavimus et varias lectiones ex eo apposuimus.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܡܪܬܝܢܘܬܐ ܀

ܒܥܝܢܐ ܕܪܘܚܐ ܐܫܥܝܐ. ܚܙܝܗܝ ܗܘܐ ܠܥܠܡܐ ܕܥܒܪ ܠܗ. ܘܒܦܘܡܗ ܕܢܒܝܘܬܐ. ܠܥܡܝܪܐ ܘܠܥܣܒܐ ܐܡܬܠܗ. ܟܠ ܒܣܪ ܓܝܪ ܥܡܝܪܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܟܥܣܒܐ ܕܚܩܠܐ. ܝܒܫ ܥܡܝܪܐ ܐܦ ܚܡܐ. ܘܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܩܝܡܐ. ܨܝܪ ܨܘܪܬܗ ܒܥܡܝܪܐ. ܠܡܥܡܪܗ ܕܥܠܡܐ ܕܥܒܪ. ܘܒܫܦܝܪܘܬܐ ܡܬܠ ܫܘܦܪܗ. ܒܥܣܒܐ ܕܝܒܫ ܘܠܐ ܪܒܐ. ܘܡܢܐ ܗܝ ܥܠܬܐ ܡܙܝܥܬܗ. ܠܡܐܡܪ ܡܠܬܐ ܕܗܠܝܢ. ܘܡܢ ܐܝܟܐ ܚܙܝܗܝ ܗܘܐ ܢܒܝܐ: ܠܥܠܡܐ ܘܕܡܝܗ ܠܥܡܝܪܐ. ܘܐܝܢܐ ܪܥܝܐ ܐܣܩܗ. ܕܢܐܡܪ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܗܟܢܐ. ܘܠܐܝܢܐ ܢܝܫܐ ܚܐܪ ܗܘܐ. ܦܫܝܩ ܗܘ ܕܢܐܠܦ ܚܟܝܡܐܝܬ. ܠܫܘܚܠܦܐ ܕܙܒܢܐ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܕܥܒܪܝܢ ܥܠ ܥܠܡܐ. ܘܠܡܠܟܐ ܕܡܬܚܪܒܝܢ. ܘܡܚܪܒܝܢ ܚܕ̈ܕܐ. ܠܚܒܪܐ. ܚܙܐ ܠܫܘܠܛܢܐ ܕܐܝܟ ܚܠܡܐ. ܦܪܚܝܢ ܘܥܒܪܝܢ ܡܢ ܐܢܫܐ. ܘܠܥܫܝܢܐ ܕܝܘܡܢܐ ܝܘܡ. ܘܡܚܪ ܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܚܙܐ ܕܟܕ ܐܬܝ ܚܕܘܬܐ. ܡܛܪܐ ܐܝܟ ܒܟܝܐ. ܘܟܕ ܡܬܒܣܡ ܒܛܒ̈ܬܐ. ܐܛܪ ܐܝܟ ܒܝ̈ܫܬܐ. ܚܙܐ ܕܐܬܡܠܝ ܚܕ ܢܦܚ ܗܘܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܡܦܪܥ ܝܘܡܢܐ. ܘܠܐ ܗܘ ܢܛܪ ܪܒܘܬܗ ∴ ܘܗܢܐ ܢܦܠ ܡܢ ܦܪܚܗ. ܚܙܐ ܠܥܘܬܪܐ ܕܐܝܟ ܛܠܠܐ ܗܘ ∴ ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܐܝܟ ܠܓܘܫܡܐ. ܘܐܝܟ ܚܙܘܐ ܕܐܟܝܢ ܕܝܢܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܘܡܟ̈ܝܟܬܐ. ܚܙܐ ܘܫܘܦܪܐ ܕܥܠܡܐ ܙܥܘܪܐ. ܘܟܠܗ ܚܕ ܠܐ ܡܬܟܠܐ. ܕܟܕ ܙܩܦ ܐܝܟ ܐܘܦ ܠܗ. ܘܟܕ ܢܘܒ ܐܝܟ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܚܙܐ ܒܗ ܒܥܠܡܐ ܕܥܒܪ ܗܘ. ܘܦܘܡܗ ܙܟܝ ܐܝܟ ܠܐ ܦܛܪ. ܘܠܐ ܦܘܠܚܢܗ ܡܬܩܢ. ܘܠܐ

MAR EPHRÆMI SERMO

DE ADMONITIONE.

1. Oculo Spiritus Isaias viderat mundum transeuntem eumque ore prophetiæ fœno et herbæ assimilavit : « *Omnis caro fœnum est et omnis decor ejus herba agri. Exsiccatum est fœnum et exaruit. Verbum autem Domini permanet*[1]. Sub figura fœni propheta egregie depinxit transeuntis mundi habitaculum et decorem ejus recte figuravit per herbam quæ exaruit nec crevit. Quænam causa excitavit eum ut de ista re loqueretur? Undenam propheta contemplatus est mundum ut eum fœno assimilaret? quænam mens extulit eum ut tale effatum pronuntiaret, quemnam respiciebat scopum? Ut perspicue discamus perquam facile est. Intuebatur temporum vicissitudines super mundum transeuntes, reges ab invicem destructos et vicissim se destruentes; respiciebat principes ut somnia effugientes, ab hominum consortio migrantes; videbat potentes hodie ut tonitrua terrorem incutientes, cras vero non esse; videbat gaudia vix advenisse, quum jam fletibus excipiebantur; videbat bonis epulantem illico malis apprehensum; cernebat unum heri superbientem, alterum hodie florentem; ille non servavit suam magnitudinem et hic a suo flore decidit. Videbat divitias velut umbras esse et potentiam velut vaporem conditionesque altas æque ac

[1] Is. XL, 6-8 ; *I Petr.* I, 24.

[illegible]

humiles esse velut visionem noctis; videbat volvi rotam temporum et a nemine intercipi, hominem in suo splendore deficere et dum exaltaretur jam non esse; cernebat mundum fallacem esse nec ejus favorem apud hominem permanere, nec ejus potestatem retineri, nec ejus divitias sempiternas esse. Scrutabatur constitutos in ordinibus superioribus suas dilatare ditiones et vix parumper resplenduisse quum jam deficerent, nec eorum imperia perstitisse. Videbat transire juventutem, sequi senectutem ejusque onere adolescentiam in gravitatem perduci; videbat divites in deliciis, judices in suis ditionibus, imperatores cum suis legionibus, duces exercituum cum suis agminibus, principes in suis ordinibus, præfectos cum suis imperiis, reges cum suis coronis et omnium hominum finem mortem esse. In his aliisque hujusmodi plurimis totus quum esset Isaias mente in admirationem rapta, mundum fœno assimilavit. Dum autem principibus irrideret et ditionibus væ diceret, prophetia in mente ejus mundi figuram delineabat.

[illegible]

2. Revelatio in duas partes divisa aures prophetæ perculit ut duplicato sermone rem mundi qualis sit doceret. « *Vox dicens : clama ; et dixit : quid clamabo ?* » Quis est ille qui interrogabat et quis est ille qui respondebat ? geminatis vocibus prophetia loquebatur, ut, dum præcipiebat et respondebat, propheta reipsa illuminaretur. Revelatio duobus oribus ad Isaiam resonabat, ut, dum vicissim inter-

ܒܗܘܢܗ ܀ ܒܬܪ̈ܝܢ ܩ̈ܠܝܢ ܢܒܥܐ ܗܘܬ . ܚܕ
ܗܝ ܕܐܡܪܐ ܩܪܝ ܘܐܚܪܬܐ ܕܡܢܐ ܐܩܪܐ ܀

ܟܠ ܒܣܪ ܓܝܪ ܥܣܒܐ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܫܘܦܪܗ
ܗܒܒܐ ܕܚܩܠܐ . ܘܥܣܒܐ ܝܒܫܐ ܘܢܒܠ ܀
ܕܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ ܢܫܒܬ ܒܗ . ܐܝܟ ܕܒܡܠܬܐ
ܐܫܬܡܥܬ . ܗܝ ܒܪܬ ܩܠܐ ܠܐܫܥܝܐ .
ܕܚܬܝܬܐܝܬ ܢܣܬܟܠ : ܒܡܪܕܝܗ ܕܥܠܡܐ
ܕܥܒܪ ܗܘ . ܢܒܝܘܬܐ ܥܣܒܐ ܢܣܒܬ .
ܕܨܘܪܬܐ ܠܥܠܡܐ ܬܨܝܪ ܒܗ . ܘܒܥܣܒܐ
ܕܡܬܦܣܩ ܬܬܠ ܠܗ ܀ ܨܒܬܐ ܕܫܥܬܐ ܚܕܐ .
ܚܙܘܗ ܠܗ ܕܥܠܡܐ ܥܣܒܐ ܗܘ . ܒܚܘܠܐ
ܕܒܪ̈ܝܬܐ . ܘܪ̈ܘܪܒܢܐ ܦܩܚܐ ܡܨܛܒܬܝܢ ܀
ܡܬܦܪܚܝܢ ܝܒܫܝܢ ܘܐܙܠܝܢ ܠܗܘܢ . ܠܦܩܚܐ ܕܡܐ
ܓܢܣܢ . ܕܡܬܕܡܪ ܡܬܚܙܐ ܠܚܝܘܗܝ .
ܕܒܚܠܐ ܙܒܢܐ ܐܦܫܪ ܀ ܘܢܛܪ ܠܦܘܪܬܐ
ܦܐܝܘܬܗ . ܚܙܝ ܠܥܬܝܪܐ ܘܐܣܬܟܠ ܀ ܕܠܐ ܡܢ
ܡܢ ܗܘܒܐ ܫܦܝܪ ܦܐܝܐ ܚܙܘܗ ܀ ܘܟܕ
ܠܝܬ ܒܗ ܡܬܐ ܠܗ . ܫܡܫܐ ܡܫܚܢ
ܠܗܘܒܐ ܀ ܘܡܘܬܐ ܡܫܠܚ ܠܥܬܝܪܐ . ܕܘܒܠ
ܒܐ ܡܢ ܦܩܚܗ ܘܪܘܬ ܡܫܬܠܚ ܡܢ ܫܘܦܪܗ .
ܚܙܝ ܒܗ ܒܥܬܝܪܐ ܝܘܡܢ . ܟܕ ܗܘ ܒܥܠܡܐ
ܥܡ ܥܘܬܪܗ . ܘܚܙܝܘܗܝ ܬܘܒ ܒܬܪ ܩܠܝܠ .
ܕܟܕ ܫܒܩܘܗܝ ܥܘܬܪܗ ܩܪܘܒ ܗܟܝܠ
ܚܙܝ ܦܐܝܘܬܗ ܀ ܘܫܘܒܗܪܐ ܕܫܘܠܛܢܗ .
ܘܛܟܣܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܠܗ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܬܝܩܪ
ܒܗ . ܢܦܩ ܩܕܡܘܗܝ ܝܩܪܐ ܀ ܘܚܕܪܝܢ
ܠܗ ܫܘܒܗܪܐ . ܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܀
ܘܚܙܝ ܠܗ ܫܘܒܗܪܐ . ܠܥܒܕܘܗܝ . ܦܪܫܝܢ
ܐܘܪܚܐ ܀ ܘܕܪ̈ܫܐ ܢܚܬܝܢ ܐܣܛܘܠܘܗܝ . ܘܪ̈ܘܡܐ
ܥܠܝܢ ܘܥܡܡ̈ܐ . ܘܐܢܫ ܢܦܠ ܩܕܡܘܗܝ . ܟܠ

rogaret, narratio finem suum assequeretur. Prophetia in mente Isaiæ duabus vocibus resonabat, una quæ dicebat « clama » et altera « quid clamem ? »

3. *Omnis caro fœnum est et decor ejus herba agri et fœnum defecit et exaruit, quia Spiritus Domini sufflavit in eo*[1]. Oraculum istud veluti per verba ab Isaia auditum est ut ipse apprime intelligeret mundum fluxum esse transiturum. Prophetia fœnum assumpsit ut mundi imaginem exprimeret et ut ex herba quæ succiditur ornamentum momentaneum ei conficeret. Aspectus mundi herba est in prato creaturarum; principes velut flores nitent, arescunt et auferuntur. Flori simile est genus nostrum. Mirandam videntibus præbet speciem suam, quæ aliquo tempore splendescit et illico, pulchritudine amissa, in terram decidit. Aspice divitem et intelliges faciem ejus nitore pulchritudinis non plus quam florem fulgere, qui tamen dum decerpis eum arescit. Sol urit flores et mors nudat divites. Flos in prato marcessit et dives pulchritudine spoliatur. Contemplare hodie divitem quamdiu in mundo est cum divitiis suis, et paulo post rursus contemplare eum mox ac divitiæ reliquerunt eum. Accede et intuere nunc pulchritudinem ejus et decorem potestatis et ordines ipsi obsequentes, cum quo honore gestatur; incedit coram eo magnificentia, et circumdat eum

[1] *Is.* XL, 7-8.

ܪܘܡܐ ܕܥܘܬܪܐ ܠܘܬܗ ܂ ܡܣܬܡܟ ܥܠ ܪܒܘܬܗ ܂
ܘܡܬܚܫܚ ܥܠ ܫܘܠܛܢܐ ܂ ܒܬܪܥܘܗܝ ܐܝܩܪܐ
ܡܦܪܚܝܢ ܂ ܠܐ ܐܝܟ ܕܐܝܟ ܐܣܩܘܦܬܗ ܂
ܘܠܐ ܡܬܟܢܫܝܢ ܥܠܠ ܐܬܪܘܬܗ ܂ ܘܐܝܟܐ ܕܕܡܠܐ
ܠܐ ܦܠܚܠܐ ܂ ܒܡܥܠܬܐ ܕܢܥܘܠ ܩܕܡ ܗܘ ܂ ܟܠ
ܢܫܒ ܡܢܗ ܥܠܠ ܐܝܟ ܂ ܦܐܐ ܕܡܠܐ ܢܐܡܪ
ܠܗ ܂ ܕܒܡܠܬܐ ܕܡܢܝܚܐ ܠܗ ܂ ܢܚܙܐ ܐܦܘܗܝ
ܕܦܨܝܚܝܢ ܂ ܥܐܠܝܢ ܡܬܬܪܡܝܢ ܠܒܝܬܐ ܂ ܡܣܟܢܐ
ܡܢܗ ܒܥܘܬܪܐ ܂ ܕܠܡܬܬܡܟܟܘܬܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܂
ܢܘܗܘܢ ܣܠܩ ܡܬܟܬܫܝܢ ܂ ܢܚܙܘܢ ܠܗ ܕܢܓܠܐ
ܐܕܢܗ ܂ ܠܒܘܬ ܡܠܝܐ ܕܡܬܢܟܦܘܬܐ ܘܡܠܝܢ
ܦܘܡܐ ܕܦܣܩܬܗܘܢ ܂ ܕܢܐܡܪܘܢ ܠܗ ܐܝܟ
ܕܨܒܐ ܂ ܢܚܙܘܢ ܟܡܐ ܕܡܬܬܟܝܢܐ ܕܠܐ ܗܘ
ܠܗ ܠܡܫܡܥܗ ܡܢܪܐ ܂ ܡܦܬܚܝܢ ܕܡܬܩܦܬܐ ܂
ܦܬܚܝܢ ܠܗ ܬܪܥܐ ܕܐܕܢܗ ܂ ܬܘܬܒܐ ܠܚܒܪܗ
ܦܫܦܫ ܂ ܘܫܠܝܛܐ ܠܒܪ ܙܘܓܗ ܂ ܓܒܪܐ
ܡܦܩܦܩ ܠܒܪ ܡܕܝܢܬܗ ܂ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܢܨܝܚ ܡܣܝܢ ܂
ܒܗܠܝܢ ܡܠܐ ܟܕܒܐ ܂ ܡܡܠܠܝܢ ܠܗ ܠܡܚܒ
ܥܘܠܐ ܂ ܘܒܚܘܣܕܐ ܕܚܒܪܐ ܂ ܡܝܩܪܝܢ ܠܗ
ܒܢܝ ܓܗܢܐ ܂ ܫܪܪܐ ܩܕܡܘܗܝ ܠܐ ܐܡܪܝܢ ܂
ܕܐܕܢܗ ܠܫܪܪܐ ܠܐ ܪܟܝܢ ܂ ܐܦ ܠܐ ܡܠܬܐ
ܕܟܐܢܘܬܐ ܂ ܡܚܠܛܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܡܚܒ ܠܗ ܂
ܡܡܠܠܝܢ ܠܗ ܠܦܘܬ ܪܥܝܢܗ ܕܢܒܥܘܢ ܨܒܝܢܗ ܂
ܡܠܐ ܡܛܢܦܬܐ ܂ ܡܒܣܡܝܢ ܠܗ ܡܫܡܥܗ ܕܛܢܦ ܂
ܡܣܩܝܢ ܠܗ ܂ ܕܠܘܬ ܡܠܐ ܫܕܝܢ ܒܐܕܢܐ
ܛܢܦܬܐ ܕܥܬܝܪܐ ܂ ܘܒܚܡܬܐ ܕܡܠܝܗܘܢ ܂
ܡܚܦܝܢ ܐܕܢܘܗܝ ܂ ܚܕ ܡܝܬܐ ܠܗ ܩܘܪܒܢܐ ܂ ܐܚܪܢܐ ܟܡܠܬܐ
ܡܡܠܠ ܠܗ ܂ ܐܝܟ ܗܘ ܕܛܥܝܢ ܐܢܫܐ ܂ ܘܐܝܟ
ܕܡܠܬܗ ܦܫܪ ܠܗ ܂ ܚܒܪܐ ܡܢܫܐ ܡܢ
ܗܘܪܐ ܂ ܐܝܟ ܕܗܝܝܢ ܡܢ ܠܡܝ ܂ ܣܘܟܐ
ܕܠܘܬܝܗܘܢ ܂ ܡܫܩܠܐ ܒܡܫܬܥܝܢܘܬܗܘܢ ܂
ܡܦܪܣܝܢ ܠܗ ܠܬܪܥܝܬܐ ܂ ܘܡܓܘܦܬܐ
ܡܡܠܠ ܠܗ ܂ ܪܘܚܐ ܒܠܒܗ ܘܡܬܚܘܝܢ

magnitudo; innititur in majestate et imperio familiariter utitur. Honores volitant ad fores ejus, munera confluunt ad illius limina; tributa et vectigalia concurrunt quodnam ex eis prius ingrediatur; omnis venti flatus divitias projicit in habitaculum ejus et confluens mammona ingreditur per omnes portas ædium ejus. Nemo calcat limina ejus absque dono in manibus, et qui donum non affert studet quomodo verbis placeat. Remotis omnibus, meditatur quid dicat ei ut verbo grato hilarem ejus vultum aspicere possit. Ingrediuntur et se invicem demoliuntur adulatores ante divitem ut ejus dementiæ res suas accomodent. Vident-ne eum aurem præbere vanis sermonibus, mendaciis implent os suum ut dicant quod ipsi placet; vident-ne ejus auditum in calumniam inclinatum verbis adulatoriis aperiunt portam auris ejus. Advena socium demolitur, princeps collegam, vir concivi suo detrahit ut magis placeat. Mendacibus hisce oblocutionibus deliniunt iniquitatis amatorem et reciprocis convitiis eum honorant filii gehennæ. Veritatem coram eo non dicunt, quia auris ejus veritati non inclinatur. Nec æquitatis sermonem cum eo miscent quia illum non amat. Loquuntur ei juxta ejus mentem ut indagent ipsius voluntatem. Verbis pollutis oblectant auditum ejus pollutum; fæcem verborum projiciunt in impuram divitis aurem et cœno sermonum suorum obducunt ejus aures. Unus affert ei obla-

tiones; alter verbo eum honorat; est qui defert ei munera, est qui verbis eum delectat; ex hac parte stant servi, ex illa mercenarii adorant. Adstant debitores cum suis donis, pauperes cum suis laudibus. Susurrones (?) sustentant eum et perversores honorant eum; festino cursu eum præcedunt et sequuntur adulatores. Ornatus vestibus pretiosis reverentia et decore induitur. Gerit corpus luxuriosum et deliciis nutritum; gloriosa refulget ejus persona; fluit confidenter ejus verbum et celeriter ejus loquela; imperatoria sunt et formidanda ejus mandata. Quidquid dicat stat. In ore ejus mendacium; nemo adest qui reprehendat eum; mediis perversis utitur et nemo eum reprehendere audet; mentiri naturale ipsi est; displicet vero quod veritas loquatur; in iniquitate discurrit lingua ejus et pro eo jurat verum esse. Sermo ejus probro insidet et laudatores ejus multi sunt. Fraudulentus est sermo labiorum ejus, eo tamen oblectantur ejus auditores. Aurum ejus os ipsi est et lingua ejus eructat ipsius divitias, et quia vestibus decorus est placent ejus verba. Talis est magnificentia divitis qui exiguo tempore floret; undecumque eum indages pulchritudinem mundi in eo aspicies.

4. Rursus contemplare attente post aliquod tempus divitem, quando jam finis ad januam adest et ingressa mors in ejus habitaculo sedem fixit; quando ingressus interitus eum rapuit atque possessionibus spoliavit; quando procul a

ܒܕܝܪܗ ܒܒܝܬܘܗܝ . ܡܐ ܕܐܬܦܢܝܬ
ܡܕܝܪܬܗ . ܠܒܝܬܐ ܪܘܚܩܐ ܕܥܠܡܐ . ܡܐ
ܕܢܦܩ ܡܕܝܪܗ ܥܩܘܪܐ . ܘܫܒܩܘܗܝ ܘܦܫܘ
ܒܢܝܢܐ . ܡܐ ܕܡܬܡܬܚ ܐܘܪܚܗ ܕܪܟܘܗ . ܘܡܛܐ
ܠܦܬܝ ܡܝܬܐ . ܡܐ ܕܒܬܪܗ ܠܐ ܦܐܫ
ܠܗ . ܘܫܩܠܘܗܝ ܠܐ ܫܒܩܘ ܠܗ . ܡܐ
ܕܐܬܪܚܩ ܕܗܒܗ ܡܢܗ . ܘܡܬܪܡܐ ܠܐ
ܡܬܒܥܐ ܠܗ . ܡܐ ܕܐܠܝܢ ܠܗ ܒܥܘܬܪܗ .
ܘܗܠܝܢ ܕܗܘܘ ܡܫܘܙܒܝܢ ܠܗ . ܡܐ ܕܡܫܬܠܛܝܢ
ܡܫܟܢܘܗܝ . ܘܗܠܝܢ ܕܐܩܢܝܗ . ܡܐ ܕܐܓܝܪܝܢ
ܒܗ ܐܓܝܪܘܗܝ . ܘܥܒܕܘܗܝ ܠܐ ܫܡܥܝܢ ܠܗ .
ܡܐ ܕܡܬܒܣܪܝܢ ܐܝܩܪܗ . ܘܫܠܝܢ ܒܥܒܕܘܗܝ
ܡܢ ܕܣܓܕܘ ܠܗ . ܡܐ ܕܡܫܝܢ ܒܟܦܠܐ ܕܥܘܠܐ .
ܘܡܛܠ ܠܥܠܝܐ ܕܒܣܪܐ : ܡܐ ܕܡܒܣܪܝܢ ܐܝܩܪܗ
ܘܒܝܬܗ . ܒܕܝܪܐ ܕܫܘܬܦܘܬܗ ܘܡܬܦܠܓ . ܡܐ
ܕܡܬܒܠܝܢ ܠܗ ܒܫܘܬܦܐ . ܘܡܬܦܠܓܝܢ ܒܠܚܘܕ
ܠܥܘܠܡܐ : ܡܐ ܕܩܪܒ ܠܗ ܡܘܬܐ . ܘܠܬܪܥ
ܐܝܟܢܐ ܕܡܝܬܐ ܒܗ . ܡܐ ܕܡܬܟܦܦ ܪܝܫܗ
ܠܡܛܐ . ܘܡܛܝ ܠܬܪܥܗ ܘܠܫܝܘܠ :
ܡܐ ܕܒܠܥ ܚܫܘܟܐ ܘܐܬܗܦܟܘ . ܠܒܝܬ ܡܫܬܝܐ
ܕܡܫܬܝܐ ܗܘܐ : ܡܐ ܕܕܫܘ ܠܗ ܒܫܝܘܠ . ܘܠܐ
ܫܦܝܪܘܬܐ ܕܫܒܩ ܗܘܐ . ܡܐ ܕܢܣܒ ܪܝܚܐ
ܥܬܝܪܐ . ܘܣܪܝ ܘܡܬܦܪܕ ܦܓܪܗ . ܡܐ
ܕܐܬܦܫܛ ܒܣܪܐ . ܫܠܠܗ ܒܣܪܐ ܕܐܬܦܢܩ ✣

ܕܟܠ ܒܣܪ ܐܝܟ ܥܡܝܪܐ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܫܘܦܪܗ

sua habitatione abducitur et vadit ad domum longinquam; quando exit e suis ædibus et remanent post eum ædificia; quando protenditur ejus iter usque in viam spatiosam defunctorum; quando post eum ingressi sunt qui efferent, et arripuerunt eum exieruntque portatores; quando procul stat aurum ejus et projectus abjectusque jacet mammona; quando ejus divitiæ eum amplius liberare non possunt nec ejus possessiones eum salvare; quando mercenarii ejus spernunt eum et servi obedire recusant; quando male tractant eum ejus olim adoratores; quando probrosa ejus evulgant qui eum exaltarunt; quando despiciunt eum familiares, et ejus conversationis immemores sunt amici; quando abscinditur ab eo concordia concivium ejus; quando versatur juxta mortem advenientem et accedit ad limina defunctorum; quando, inclinato capite, vadit deorsum ad portam inferi; quando præcipitant eum in tenebras et revertuntur ad convivium; quando conculcant eum in tartaro et nihil decoris ipsi superest; quando odorem emittit dives et fœtet ac dissolvitur corpus ejus; quando ingressi vermes requiescunt in illo corpore quod gloriabatur; quando decidit ut flos illud corpus quod deliciis affluebat; quando marcuit ut herba istud idolum venustate plenum et juxta veritatem æstimatur, figuram ejus exprimit fœnum Isaiæ.

5. « *Omnis caro fœnum est et decor ejus herba agri.* » Ita in

ܒܩܘܫܬܐ ܕܫܠܐ ܀ ܐܝܟ ܥܣܒܐ ܚܒܝܒ̈ܝ ܀
ܠܥܣܒܐ ܕܡܐ ܒܪܢܫܐ . ܕܢܦܩ ܘܡܨܛܒܬ
ܘܡܦܪܥ ܀ ܢܫܠ ܘܢܦܠ ܘܡܬܚܒܠ . ܢܬܒܪ
ܡܠܬܗ ܕܢܒܝܐ ܀ ܘܗܘܐ ܡܚܕܐ ܐܬܚܙܝ ܫܘܦܪܗ .
ܩܘܫܬܐ ܢܗܘܐ ܒܨܘܝܐ ܀ ܘܡܚܕܐ ܕܐܬܒܨܝܬ
ܬܫܬܒܚ . ܪܡܘ ܐܕܢܝܟܘܢ ܫܡܘ̈ܥܐ ܀ ܘܕܥܘ
ܗܘ ܕܠܥܠܡܐ ܠܥܣܒܐ . ܘܫܘܦܪܗ ܒܥܡܝܪܐ
ܒܥܣܒܐ ܗܘ . ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ . ܐܝܢܐ
ܓܝܪ ܫܘܦܪܐ ܐܝܬ ܒܗ . ܕܠܐ ܢܦܠ ܐܝܟ
ܗܒܒܐ . ܘܐܝܢܐ ܫܘܠܛܢܐ ܡܩܘܐ . ܕܠܐ ܢܦܠ
ܐܝܟ ܗܒܒܐ . ܠܘ ܥܘܬܪܐ ܗܘ ܥܒܪ ܠܗ .
ܐܘ ܕܗܒܐ ܗܘ ܩܐܡ ܠܗ . ܐܘ
ܫܘܦܪܐ ܗܘ ܡܬܚܒܠ ܠܗ . ܐܘ ܫܘܠܛܢܐ
ܗܘ ܡܬܒܛܠ . ܠܐ ܡܠܟܐ ܢܛܪ ܬܓܗ .
ܘܠܐ ܕܝܢܐ ܫܘܠܛܢܗ . ܠܐ ܪܒܐ ܒܢܦܫܗ ܩܐܡ .
ܐܦܠܐ ܙܥܘܪܐ ܡܬܚܪܪ . ܝܩܪ̈ܐ ܕܢܩܫܝܢ ܗܘܘ
ܐܬܡܠܝ ܀ ܐܝܟ ܝܘܡܢ ܗܐ ܪܡܝܢ . ܘܫܠܝ̈ܛܐ
ܕܒܙܘ ܠܐܪܥܐ ܀ ܚܙܝ ܕܒܛܠܬ ܕܘܟܪܢܗܘܢ
ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܩܕܡܝܐ ܀ ܕܝܢ̈ܐ ܥܡ ܛܟܣܝܗܘܢ
ܕܒܙܒܢܝܗܘܢ ܐܫܬܡܥܘ ܀ ܘܗܐ ܕܒܬܪܝܗܘܢ
ܐܬܚܪܒܘ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܡܠܟ̈ܐ ܩܕܡܝܐ . ܕܒܕܗܒ
ܕܡܠܘ ܓܙ̈ܝܗܘܢ . ܘܥܠܡܐ ܒܥܘܬܪܐ
ܟܒܫܘܗܝ . ܘܗܫܐ ܗܘܘ ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ .
ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܐܦܛܪܘܦܐ ܀ ܕܒܒ̈ܬܝܗܘܢ ܐܬܝܩܪܘ .
ܘܒܢܘ ܘܐܫܬܬܐܣܘ ܡܓܕ̈ܠܐ ܀ ܘܢܦܠܘ ܕܝܠܗܘܢ
ܐܝܟ ܫܪܟܐ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܓܢܒܪ̈ܐ ܀ ܕܒܩܪ̈ܒܐ
ܢܣܒܘ ܙܟܘܬܐ . ܘܒܩܪ̈ܒܐ ܢܨܚܘ ܀
ܘܒܣܘܦܐ ܗܘܘ ܥܦܪܐ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܪ̈ܫܢܐ ܀
ܕܐܩܝܡܘ ܫܘܪ̈ܐ ܥܫܝܢܐ . ܘܐܬܒܢܝܘ ܒܢܝܢ̈ܐ
ܒܩܘܪܝܐ . ܘܗܘܐ ܡܚܣܢܝܢ ܒܗ ܫܘܦܪܐ .
ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܡܕܒܪܢܐ ܀ ܕܥܠ ܐܬܪ̈ܘܬܐ
ܒܪܘܡܐ . ܘܐܬܚܝܠܘ ܒܟܠܗܘܢ ܀ ܘܗܘܐ
ܕܢܣܒܘܢ ܒܢܝܢܐ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܚܟܝܡܐ ܀
ܕܒܟܠ ܢܘܡܘܣܐ ܐܬܚܟܡܘ . ܘܟܬܒܘ ܕܐܬܪܗ

veritate, charissimi, herbæ similis est homo, qui exoritur, exornatur, floret, deinde marcescit, decidit et perit. Intelligatur verbum prophetæ et illico ejus venustas conspicua fiet; veritas sit ejus scrutator et statim ac perspecta fuerit laudabitur. Aures præbete, auditores, et intelligite similem esse mundum fœno et decorem ejus velut herbam esse sicut prædicavit Isaias. Quid enim pulchri ipsi inest quod non ut flos decidat? Quænam potestas subsistit quæ non ut flos decidat? An illius divitiæ transeunt? An aurum ipsi remanet? An ejus pulchritudo corrumpitur? An potestas evanescit? Nec rex servat coronam, nec judex potestatem, nec magnus sui juris remanet, nec parvus libertatem acquirit. Dignitates quæ heri resonabant, hodie quomodo disjectæ jacent? Vide principes qui terram diripuerunt, abolita est eorum memoria. Ubinam sunt antiqui judices cum ordinibus suis qui temporibus suis celebres fuerunt? Ecce eorum posteri exstincti sunt. Ubinam sunt reges antiqui qui auro repleverunt thesauros suos et divitiis mundum subegerunt? Nunc facti sunt velut nihilum. Ubinam sunt imperatores qui in domibus suis illustres facti sunt et fundarunt ac extruxerunt arces? Ceciderunt sicut ceteri. Ubinam sunt heroes qui in præliis reportarunt victoriam et in bellis triumpharunt? Tandem in pulverem redacti sunt. Ubinam sunt principes qui constituerunt muros densos et condiderunt oppida opulenta?

ܠܫܝܘܠ . ܘܗܐ ܐܝܟܐ ܓܢܒܖ̈ܐ ܕܡܫܬܡܗܝܢ
ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܒܥܠܡܐ . ܕܩܠܝܣ ܗܘܘ ܒܓܢܒܪܘܬܗܘܢ .
ܘܫܒܝܚܝܢ ܗܘܘ ܚܝ̈ܠܘܬܗܘܢ . ܘܗܫܐ ܠܚܒܝܢ
ܕܫܝܘܠ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܚܟܝ̈ܡܐ . ܕܐܬܕܪܫܘ
ܠܐܣܛܪܘܢܘܡܝܐ . ܘܥܠܘ ܒܟܠܗ ܕܫܡܝܐ . ܘܗܐ
ܬܚܝܬ ܐܪܥܐ ܦܓܪܝܗܘܢ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܫܦܝܪ̈ܐ .
ܕܒܥܠܝܡܘܬܐ ܐܬܚܙܝܘ . ܘܒܪܘ ܦܐܝܢ
ܠܚܙܝܐ . ܘܗܐ ܡܬܚܙܝܢ ܦܪ̈ܨܘܦܝܗܘܢ . ܐܝܟܐ
ܐܢܘܢ ܙܢ̈ܝܐ . ܘܫܦܝܪ̈ܐ ܕܐܬܚܣܝܘ ܠܥܝܢ̈ܐ .
ܕܡܬܚܙܝܢ . ܘܚܙܘ ܠܥܦܪܐ . ܘܗܫܐ ܡܚܒܫܝܢ
ܦܪ̈ܨܘܦܝܗܘܢ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܦܘܩܣܝܬܐ .
ܘܦܠܣܘܦ̈ܐ ܩܕܡܝܐ . ܕܦܫܩܘ ܠܗ ܠܟܣܝܬܐ :
ܒܚܟܡܬܗ ܗܐ ܡܢ ܓܠܝܬܐ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ
ܡܫܟܚܢܐ . ܕܙܥܘܢ ܗܘܘ ܦܘܩܕܢܝܗܘܢ .
ܘܡܫܬܡܥܝܢ ܗܘܘ ܡܠ̈ܝܗܘܢ : ܘܒܛܝܠܐ ܒܚܟܡܬܗ
ܡܬܟܪܟܝܢ ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܡܪ̈ܘܬܐ . ܕܩܢܘ ܥܒ̈ܕܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ . ܘܟܢܫܘ ܥܘܬܪܐ ܣܓܝܐܐ . ܘܗܐ
ܫܘܝܢ ܒܫܝܘܠ ܥܡ ܟܠ ܐܢܫ . ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ
ܐܦ ܡܠܟ̈ܐ . ܥܡ ܬܓ̈ܐ ܕܡܠܟܘܬܗܘܢ ܕܒ
ܚܝ̈ܐ ܐܠܗ̈ܐ ܗܘܘ . ܘܒܡܘܬܐ ܥܦܪܐ
ܘܛܝܢܐ . ܗܢܐ ܥܠ ܫܘܚܠܦ̈ܐ ܗܠܝܢ . ܢܒܝܐ
ܓܠܝܐܝܬ ܐܟܪܙ . ܕܟܠ ܒܣܪ ܐܝܟ ܚܨܝܪܐ
ܐܝܬܘܗܝ . ܘܫܘܦܪܗ ܐܝܟ ܗܒܒܐ ܕܚܩܠܐ .

Ecce prostrati jacent in tenebris. Ubinam sunt bellatores in mundo famosi qui sua fortitudine illustres facti sunt? Ecce pulvis eorum in orco. Ubinam sunt sapientes qui de sideribus disputarunt et sibi visi sunt se perscrutatos esse cœlum? Ecce sub colli corpora eorum. Ubinam sunt viri formosi, persona venusti qui vultus formositate oculos alliciebant? Nunc pulvis effecti sunt. Ubinam sunt impudici qui vanitate se exornarunt et oculos rapuerunt videntium? Ecce eorum illecebræ in terra effossæ sunt. Ubinam sunt athletæ in lucta fortissimi qui se invicem profligabant? Ecce fœtent membra eorum. Ubinam sunt Græcorum sapientes, scientiarum inventores quorum doctrina commovit orbem? Nunc occlusa sunt eorum ora. Ubinam sunt sophistæ et philosophi veteres qui res occultas penetrabant? Hodie recesserunt a rebus manifestis. Ubinam sunt potentes, quorum mandata celeriter circumferebantur et quorum verbis obediebatur? Res eorum morte irritæ factæ sunt Ubinam sunt domini qui servos multos habebant multasque collegerant divitias? Ecce in inferis ceteris æquales sunt. Ubinam denique sunt reges cum coronis sui principatus? In vita Dii erant, in morte pulvis et lutum. De hisce vicissitudinibus propheta palam prædicabat: « *Omnis caro fœnum est et decor ejus herba agri.* »

ܘܬܘܒ ܩܘܝ ܠܝ ܫܡܘܥܐ : ܘܚܙܝ ܕܟܠ
ܒܣܪ ܕܚܨܝܪܐ ܗܘ . ܬܘܒ ܐܚܘܐ ܠܟ ܕܐܝܟܢܐ

6. Adhuc expecta me, auditor, et considera *omnem carnem fœnum esse.* Adhuc tibi demonstran-

[illegible]

dum habeo *hominis decorem herbam esse.* Homo hodie est persona loquens, cras pulvis silens; heri imperabat et dominabatur, hodie lutum est et pulvis; mox in omnibus potestatem exercebat, nunc putridus est in orco. Aliquo tempore superbivit et celeber fuit, illico extincta est ejus potestas; heri vestibus refulgebat, et ecce obducitur telis araneæ. In mundo decorus erat, pervenit ad sepulchrum et inclusus est. Paulo ante rex erat, nunc lutum ut ceteri; hodie dux et judex, cras nulla est ejus potestas. Vivens similis erat Deo, mortuus bestiis assimilatur. Quamdiu in mundo erat triumphabat, exivit ex eo redactus in corruptionem. In vita imperabat, in morte tacet; in ejus principatu imperium, in ejus morte silentium. Quando exaltabatur depressus fuit, quando extollebatur humiliatus est. Magnus fuit, in ditione stetit, venit finis, in orcum descendit. Munera dedit, potestatem obtinuit, venit mors, dissolvit ejus potestatem; acquisivit aurum, majestatem arripuit, venit interitus, defecit. Heri imago sensibilis, hodie pulvis silens. Nuper corpus ejus decorum erat, illico evanuit species ejus. Ubi homo in potestate constitutus fuit, gradum principatus assumpsit, magnitudinem acquisivit et elatus est; sese extulit et oblitus est naturæ suæ; e mente ejus excidit e terra lutum ipsius sumptum esse quasi e limo nostro non esset corpus ejus. Ecce sui similes evertit, hunc judicans et condemnans, alium percutiens

ܢܬܬܪܝܡ ܒܡܪܕܐ ܀ ܘܡܬܟܒܪ ܠܐܪܥܐ ܕܐܡܗ
ܗܘ ܀ ܐܬܐ ܡܘܬܐ ܡܚܝܗ ܘܡܘܒܠ . ܢܦܠ
ܫܘܦܪܐ ܕܪܝܫܢܘܬܗ . ܕܩܠܝܠ ܙܒܢܐ ܐܙܠܓ
ܗܘܐ ܀ ܐܝܟ ܗܒܒܐ ܒܫܘܦܪܗ . ܘܡܛܝܗܝ
ܚܘܡܗ ܕܡܘܬܐ ܀ ܘܚܪܟ ܐܝܟ ܥܣܒܐ
ܘܐܬܚܪܒ . ܐܦ ܥܣܒܐ ܓܝܪ ܡܬܕܡܪ ܗܘܐ ܀
ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ ܠܚܙܝܘܗܝ . ܘܡܢܓܕ ܗܘ ܚܙܘܐ
ܥܝܢܝܗܘܢ ܕܥܒܪ̈ܐ ܕܢܚܙܘܢ ܒܗ . ܚܛܦ ܗܘ
ܫܘܦܪܗ ܕܗܒܒܐ ܀ ܠܐܘܪ̈ܚܝܐ ܕܢܣܛܘܢ
ܠܘܬܗ . ܘܢܓܕ ܠܗܘܢ ܡܢ ܐܘܪܚܐ . ܠܡܚܙܐ
ܕܫܘܦܪܗ . ܚܕ ܗܒܒܐ ܙܥܘܪܐ ܒܐܣܟܡܗ ܀
ܟܠܐ ܠܫܝܪܬܐ ܕܬܓܪ̈ܐ . ܘܒܫܘܦܪܗ ܢܓܕ
ܠܘܬܗ . ܠܐܢܫ ܕܥܒܪ ܒܗ ܥܒܪܐ . ܡܬܕܡܪܝܢ
ܚܙܘܐ ܥܠ ܓܘܢܐ . ܕܠܒܝܫ ܗܒܒܐ .
ܘܬܡܝܗܝܢ ܩܝܡܝܢ ܥܒܪ̈ܐ . ܕܚܙܝܢ
ܠܫܘܦܪܗ . ܟܦܝܢ ܐܢܘܢ ܦܓܪ̈ܝܗܘܢ .
ܘܡܬܪܟܢܝܢ ܕܢܚܙܘܢ ܗܒܒܐ . ܟܕ ܩܛܦܘܗܝ
ܢܚܙܘܢ ܚܙܘܐ ܘܡܬܟܫܦܝܢ . ܟܕ ܩܛܦܘܗܝ ܘܠܐ
ܡܚܠ . ܐܬܚܪܝ ܘܐܦ ܫܘܦܪܗ ܀ ܘܡܬܚܒܠܘܗܝ
ܝܒܫ ܗܒܒܐ . ܚܡܐ ܠܗ ܫܡܫܐ ܓܘܢܗ .
ܘܠܐ ܡܬܝܕܥ ܫܘܦܪܗ . ܢܦܫ ܒܗ ܚܘܡܐ
ܘܢܦܠ . ܘܐܒܕ ܐܦܐ ܡܢ ܛܪ̈ܦܘܗܝ . ܢܫܒ
ܒܗ ܪܘܚܐ ܘܥܒܪ . ܘܐܦܠܐ ܕܘܟܬܗ ܡܬܝܕܥܐ .
ܐܝܢܐ ܕܚܙܝܗܝ ܘܬܡܗ ܒܗ . ܘܟܕ ܒܥܐ ܠܗ
ܠܐ ܐܫܟܚܗ ܀

cum minis, unum abscindens, alterum corripiens, hunc increpans, isti terrorem incutiens, quasi Deum se efferens super filios generis sui, et pulverem e qua plasmatus fuit non respiciens. Quum autem revera se extulit et oblitus est terræ matris suæ, venit mors quæ percutit eum et arefacit; decidit pulchritudo principatus ejus quæ exiguo tempore refulserat ut flos in sua venustate; attingit eum æstus mortis et adurit, et sicut herba decidit et consumitur. Herba quippe admirationem movet exiguo tempore eam aspicientibus et allicit ad se oculos transeuntium ut eam contemplentur; rapit floris pulchritudo viatores ut declinent ad se, attrahit eos e via ut considerent ejus decorem; unus parvus flos specie sua retinet agmen mercatorum et venustate sua trahit ad se transeuntem; spectatores mirantur colorem quo flos induitur; attoniti stant transeuntes quum ejus pulchritudinem considerant, incurvant corpus et se inclinant ut florem contemplentur. Quando eum decerpserunt ut considerarent, incipit ejus pulchritudo corrumpi; flos desiccatur, arescit, evanescit, decidit, deficit nec amplius dignoscitur, totus consumitur et deficit, nec superest amplius venusta ejus species; depellit sol ejus colorem nec noscitur illius decor; irradiat in florem æstus et flos cadit, et perit decor foliorum; spirat in florem ventus et flos transit nec ejus locus cognoscitur amplius; qui florem vidit et admiratus est, dum eum quærit jam flos non est.

ܕܡܐ ܗܘ ܫܘܦܪܗ ܕܒܪ ܐܢܫܐ . ܠܗܘܒܒܐ
ܫܦܝܪܐ ܀ ܘܒܩܘܫܬܐ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܀ ܕܫܘܦܪܗ
ܕܐܢܫܐ ܥܣܒܐ ܗܘ . ܢܦܠ ܫܘܦܪܗ ܐܦ
ܥܘܬܪܗ . ܐܦ ܐܝܩܪܐ ܕܪܫܢܘܬܗ . ܐܦ
ܛܟܣܐ ܕܫܘܠܛܢܘܬܗ ܦܐܐ . ܥܬܝܪܐ ܡܛܠ ܙܒܢ ܩܠܝܠ ܀
ܘܐܝܠܐ ܕܐܚܝܕ ܫܘܠܛܢܐ . ܪܓܝܓܝܢ ܫܘܦܪܐ
ܘܪܫܢܘܬܐ ܀ ܘܪܓܝܓܢ ܫܘܠܛܢܘܬܐ . ܘܡܐ
ܕܦܪܚܘ ܛܟܣܐ ܪܡܐ . ܢܦܚܘ ܘܐܫܬܡܥܘ
ܕܝܢܐ : ܚܐܪ ܡܘܬܐ ܫܪܐ ܟܠ ܀ ܘܒܛܠ
ܐܘܚܕܢܐ ܘܐܚܘܕܘܗܝ . ܘܡܐ ܕܣܓܝ ܥܘܬܪܗ
ܕܓܒܪܐ . ܘܐܪܒܝ ܘܩܢܐ ܢܟܣܘܗܝ ܀ ܥܠ
ܡܪܐ ܕܒܪܗ ܘܢܦܩ ܗܘܐ ܟܕ ܐܙܠ ܠܒܥܝܪܘܗܝ .
ܡܐ ܕܐܫܬܡܥ ܡܠܟܐ . ܘܩܡ ܥܠ ܕܪܓܐ
ܕܐܘܚܕܢܐ . ܐܬܟܪܝܬ ܠܗ ܡܫܘܚܬܐ ܕܚܝܘܗܝ . ܕܐܝܟ
ܢܩܪܒ ܠܓܕܕܐ . ܡܐ ܕܒܙ ܘܚܛܦ ܥܠܘܒܐ .
ܘܡܠܐ ܓܙܘܗܝ ܝܬܝܪ ܀ ܥܐܠ ܡܘܬܐ ܘܡܦܩ
ܠܗ . ܢܦܩ ܫܒܩ ܓܙ̈ܘܗܝ ܠܐܚܪ̈ܢܐ .
ܡܐ ܕܐܬܦܪܥ ܥܠܝܠܐ ܀ ܘܫܩܠ ܚܪܬܐ
ܕܠܒܘܫܘܗܝ . ܢܫܒ ܪܘܚܐ ܒܨܒܬܘܗܝ ܀
ܗܘܐ ܬܢܢܐ ܥܠ ܦܓܪܗ . ܘܡܐ ܕܐܙܠܓ
ܐܢܫܐ ܙܒܢܐ : ܩܠܝܠ ܐܝܟ ܗܘܒܒܐ :
ܢܦܩ ܪܘܚܐ ܕܡܘܬܐ . ܡܚܝܗܝ ܘܐܒܕ
ܫܘܦܪܗ . ܥܠ ܗܠܝܢ ܗܘ ܐܟܪܙ ܗܘܐ ܀
ܢܒܝܐ ܡܫܒܚܐ ܐܫܥܝܐ . ܕܟܠ ܒܣܪ
ܥܣܒܐ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܫܘܦܪܗ ܥܣܒܐ ܕܚܩܠܐ ܀

ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܪܐ ܕܟܠ ܙܒܢܝܢ . ܕܥܡ ܙܒܢ̈ܐ
ܠܐ ܡܫܬܚܠܦ . ܘܡܩܘܝܐ ܡܠܬܗ ܠܥܠܡ .
ܘܠܐ ܡܫܬܚܠܦ ܫܘܠܛܢܗ ܀

ܫܠܡ ܀

7. Similis est pulchritudo hominis flori venusto, ac vere Isaias cecinit : « *Decor hominis herba est*. » Decidit pulchritudo ejus et divitiæ et honor principatus et ordo imperii. Aliquamdiu pulcher apparet dives; habentis potestatem pulchritudo et principatus et imperium concupiscuntur. At quando floruerunt ordines alti; quando superbierunt et famam adepti sunt judices, aspicit mors omnium dissolutrix et destruit potestatem cum exercentibus eam ; et quando increverunt divitiæ viri et magna ac multa acquisivit bona ingreditur finis et educit eum dum ad pecudes suas exiret. Quando celebris factus est princeps et constitutus est in gradu suæ auctoritatis, abbreviatur mensura vitæ ejus ita ut tela ad abscissionem adducatur. Quando spoliavit et rapuit defraudator thesaurosque abunde replevit, ingressa mors educit eum. Exit suos thesauros aliis relinquens. Quando nudatus est impudicus et abstulit extremas vestes, sufflat ventus in ornamento ejus, fit fumus circa corpus ejus. Quando refulsit homo exiguo tempore velut flos, exiens ventus obitus percutit eum et perit decor ejus. De his prædicavit illustris propheta Isaias : « *Omnis caro fœnum est et decor ejus herba agri.* »

8. Benedictus omnium temporum Dominus, qui cum temporibus non mutatur. Permanet autem verbum ejus in æternum nec vicissitudinibus subjacet ejus imperium.

Finis.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܟܣܢܘܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܀

SERMO DE REPREHENSIONE.

A ruina Nisibis occasionem assumit ut vitia fugienda doceat.

ܟܐܒܐ ܕܐܡܪ ܐܡܠܠ ܠܝ . ܛܟܣܐ ܕܐܫܬܘܩ
ܦܩܕ ܠܝ . ܡܕܡ ܕܝܬܝܪ ܕܒܣܝܡܐ ܗܘ . ܐܦ
ܒܣܝܡ ܠܐ ܒܣܝܡ . ܟܠ ܡܕܡ ܒܟܝܠܐ ܫܦܝܪ .
ܟܠ ܡܕܡ ܒܟܝܠܐ ܒܣܝܡ . ܟܪܣܐ ܡܛܠ
ܕܙܥܘܪܐ : ܒܟܝܠܐ ܕܢܣܒ ܙܕܩ ܠܗ . ܬܪܥܝܬܐ
ܠܐ ܐܝܟ ܟܪܣܐ ܗܝ . ܥܘܒܗ̇ ܪܒ ܗܘ
ܡܢ ܟܝܠܐ . ܐܦ ܒܟܝܠܐ ܘܕܠܐ ܟܝܠܐ . ܡܨܝܐ
ܠܡܣܒ ܝܘܠܦܢܐ . ܒܡܫܠܝܘܬܐ ܕܝܢ ܙܥܪ .
ܥܘܒܐ ܪܒܐ ܕܬܪܥܝܬܐ . ܐܢ ܠܒܪ ܗܘ ܡܫܠܝܘܬܐ .
ܡܢ ܐܡܘܪܐ ܘܡܢ ܫܡܘܥܐ . ܪܒܝܐ ܡܠܬܐ
ܘܡܬܦܫܛܐ . ܪܒܝܐ ܐܕܢܐ ܘܡܬܦܬܚܐ . ܠܐ ܬܥܝܩ
ܠܗ̇ ܡܫܡܥܬܢ ܒܨܒܘ̈ܬܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܒܕܬ .
ܡܛܠ ܐܝܟ ܡܥ̈ܕܪܢܘܬܗ̇ ܒܨܘܪܬܐ . ܛܒܢ ܐܝܟ ܡܢ
ܣܡ̈ܡܢܐ . ܣܡ̈ܡܢܐ ܠܦܓܪܐ ܡܐܣܝܢ . ܗܠܝܢ
ܕܝܢ ܦܓܪܐ ܘܢܦܫܐ . ܡܕܝܢܬܐ ܐܒܕܬ ܘܐܒܕ
ܒܗ̇ ܒܝܫ̈ܬܐ ܕܟܣܝܢ ܗܘܝ ܒܗ̇ . ܬܘ ܗܟܝܠ
ܢܘܒܕ ܒܝܫ̈ܬܢ ܘܠܐ ܢܐܒܕ ܥܡ ܒܝܫ̈ܬܢ . ܚܢܩ
ܒܗ̇ ܚܣܡܐ ܒܚܢ̈ܝܩܐ . ܕܠܝܬ ܠܗ ܕܡܢܟܐ
ܒܟܡܝܢܐ . ܦܓ ܚܣܡܐ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ . ܒ̈ܥܠܬܐ
ܘܥ̈ܪܬܐ . ܚܡܬܐ ܚܡܝܡܬܐ ܩܪܫܬ . ܕܩܪܫܬ ܠܗ̇
ܟܠܗ̇ ܡܕܝܢܬܐ . ܪܓܬܐ ܝܩܕܬܐ ܥܡܬ . ܒܦܓ̈ܪܐ
ܩܪ̈ܝܪܐ . ܡܕܡ ܩܠܝܠ ܡܫܓܫܐ ܗܘܬ .
ܘܚܙܐ ܒܗ̇ ܪܘܓܙܐ ܕܒܥܠܝ . ܥܡܐ ܒܗ̇ ܚܡܬܐ
ܥܡܝܬܐ . ܕܒܠܗ ܕܒܢ̈ܝܢܐ ܠܒܫ ܠܗ . ܫܒܝܩ
ܠܒܪ ܪܒܠܐ . ܠܠܒܘܫܐ ܘܫܘܒܚܐ ܒܗܘ .
ܐܝܟ ܒܗ̇ ܡܣܟܢܐ ܕܡܣܟܢܘܬܐ . ܡܛܠ ܕܠܘ ܕܒܗܘ
ܫܘܦܪܐ ܗܘ . ܗܘܘ ܫܟ̈ܝܪܬܐ ܕܒܢ̈ܝܬܐ .
ܣܢܐ ܕܡܟܐ ܠܡܣܟܢܘܬܐ . ܒܡܠܝ ܟܠܗ̇ ܫܒ̈ܝܬܐ .

1. Dolor cogit me ut loquar, ordo jubet ut sileam. Quod nimium est etsi jucundum sit injucundum fit; omnia in mensura placent, omnia in mensura grata fiunt. Venter, utpote parvæ capacitatis, cum mensura accipere debet; mens non est sicut venter, sinus ejus ultra mensuram capax est; potest itaque et in mensura et absque mensura accipere doctrinam. Magnus mentis sinus pigritia angustus redditur. Si vitetur pigritia tum a dicente tum ab audiente, crescit sermo et expanditur, crescit auditus et dilatatur. Auditui nostro tædium non afferant res urbis[1] quæ periit. Res ejus utilitates et adjumenta præbent, meliores sunt pharmacis. Pharmaca corpus tantum sanant, illæ vero corpus et animam. Civitas periit et simul perierunt mala quæ in ea occultabantur. Venite, igitur, perire faciamus mala nostra ut non pereamus cum malis nostris. In urbe cum strangulatis strangulata est invidia, quia non supererat qui clanculum læderet; friguit æmulatio, quia non remanebant ibi æmulæ et concubinæ; ira fervida friguit quia friguit tota civitas; concupiscentia ardens extincta est in cadaveribus frigidis; quæ paulo ante ardebat, respiciente eam ira divina extincta est. Abjecta est ab urbe cum despectu superbia, quia nemo erat qui vestibus superbiam decoraret.

[1] Urbis Nisibenæ quæ Persis tradita fuit a Joviano.

Impudicus quippe duo induit : vestem et cum ea superbiam. Periit in urbe ornamentum fatuarum congeries omnis perditionis ; deperdita sunt monilia luxuriosarum quarum aspectus plenus est offendiculis ; hisce vilibus lapidibus pedes in terram offendunt; gemmæ et lapides luxuriosarum offendicula præbent oculis puerorum.

Invehitur in calceos nimium exornatos.

2. Calceus ornatus oneri est terræ quæ montes sustinet ; non gravant eam montes, sicut calceus impudicus qui eam premit. Omnia ornamenta reliquit propheta et calceum tantum reprehendit. Propter calceum impurum justum pecunia vendiderunt. Hoc Scripturæ oraculum considera, o quæ impudica et exornata es ; si non assequaris vim ejus, vade, roga expositionem. Non immemor sis hujus dicti. Propter calceum impudica es ; vim calcei agnoscis ; idcirco calceo te armavisti. Calceus ille qui saltavit in convivio abscidit caput Joannis[1]. Calceus puellæ occidit divum præconem, sterilis filium. Fuit ille ceteris prophetis major, attamen parvus calceus occidit eum. Calceus ornatus rete fuit quod totum convivium irretiit. Amor ejus mentem Herodis pervasit ; ab eo calceus in pignus accepit jusjurandum inviolabile de patrando scelere quod non condonatur. Caput convivii mittens attulit caput præconis. Despiciat pes calceum, qui pedes exacerbavit in convivio. Time impudentiam præ ira et minue aliquid ex ornatu ; ne putes calceum peccatum esse sim-

[1] Cfr. Matth. XIV.

plex, sed cognosce damna quæ infert; audi luctuosum ejus facinus. Ad omnia artificia Herodias recursum habuerat et victa fuerat; retia multa absconderat et Joannem non irretiverat; argentum et aurum largita fuerat et præconem occidere nequiverat. Caput quod aurum non emerat calceus in saltatione amputavit. Aurum occidit innocentes, Joannem superare nequivit. Munus oculos excæcans impar fuit ubi calceus excæcavit oculos. Si autem oculos regis ita excæcavit ut non examinaret quem interficeret, quanto magis excæcat eos qui adolescunt ut in foveam præcipitentur. Audite et contremescite luxuriosæ, propter quamnam mortuus est Joannes. Ad peccatum istius obstupescas, o voluptuosa, et calceum ejus odio habeas. Damnum, quod intulit terreat te. Similis est calceus tuus calceo ejus. Irasceris super saltatione ejus et imitaris gressus ejus. Unum confregit illa, ne multis noceas.

Flagella divina hortantur ad resipiscentiam.

3. Pastores destruunt feram gregi noxiam; pastores autem nostri neque lapidem projiciunt in feras. Istius gregis es etiam tu, ne ei adverseris. Sis in grege ovis, non fera. O quantum patitur ille, qui omnium pastor est, videns nocumenta gregi suo illata! Infestæ etiam fiunt nobis creaturæ quia creatorem exacerbavimus. Ecce terra sub pedibus nostris tremuit quia coram Superno non tremuimus; rupes alti scissi sunt quia altitudo nostra eorum verticem supergressa est. Altitudines se submiserunt ut ab altitudine nostra

ܘܐܬܥܩܪܘ ܡܢ ܥܩܪ . ܕܢܥܩܪ ܕܘܒܪ̈ܐ ܕܠܐ ܦܩܚܝܢ܀
ܚܡܬܐ ܕܡܪܝܐ ܒܢܨܒ̈ܬܐ . ܕܢܥܩܪ ܒܢܨܒܬܐ ܠܣ̈ܢܝܐܬܐ .
ܒܪ̈ܩܐ ܚܒܛܘ ܘܝܒܫܘ ܐܟܚܕܐ . ܕܠܒܢ ܟܐܦܢܝܐ
ܡܩܫܝܘܬܗ ܢܪܟ ܗܘܐ . ܕܒܚܫܘܟܐ ܕܠܐ ܢܚܙܐ
ܢܘܗܪܐ . ܚܫܟܘ ܢܗܝܪ̈ܐ ܕܫܡܝܐ ܒܗ . ܗܘܝ
ܗܠܝܢ ܒܡܥܒܪܬܐ ܕܐܝܟܢ . ܕܒܗ ܙܒܢܐ ܚܫܟܐ .
ܒܢܗܝܪܐ ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܐ . ܕܗܐ ܢܗܝܪܐ ܡܥܠ
ܠܠܐ . ܘܩܘܠܐ ܐܝܟܢܐ ܐܟܪܙܘ . ܘܠܡܚܙܝܬܐ
ܡܫܟܚܐ . ܠܐ ܠܡܚܙܝܬܐ ܕܢܗܝܪܘܬܐ . ܐܠܐ ܕܢܗܪܐ
ܘܫܡܫܐ . ܠܐ ܚܙܝ ܗܘܐ ܗܟܢ ܗܡܝܪܐ . ܘܠܗܘܢܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܢܚܙܝܘܗܝ . ܢܗܘܝ ܗܠܝܢ ܕܠܘܬܢ ܘܒܩܪܒܐ .
ܕܪܘܡܐ ܠܠܘܩܒܠ ܢܗܘܘܢ . ܗܠܝܢ ܙܥܘܪ̈ܬܐ ܢܕܚܠ
ܕܐܬܝܢ . ܡܢ ܡܚܘܬܐ ܕܥܙ ܡܢܗܝ . ܘܙܘܥܬܐ
ܙܥܘܪ̈ܬܐ ܕܐܬܝܢ . ܟܪܙ ܬܝܒܘܬܐ ܐܢܢܩܐ . ܬܝܒܘܬܐ
ܕܝܘܡ ܢܗܘܬܐ . ܕܝܪ̈ܚܐ ܘܫܢ̈ܝܐ ܀

nos dimitteremus ; eradicatæ sunt arbores ut pravos mores eradicaremus ; ira divina eradicavit plantas ut eradicemus odiosa vitia ; percusserunt fulgura simulque arefecerunt ut cor lapideum emolliremus; caligaverunt cœli lumina ut in tenebris videremus offensa nostra ; quo tempore tenebris obfusa est lux unusquisque maculas suas agnovit, quia per lucem nobis invisibilem tenebris obvolutum est luminare per quod videbamus. Facta sunt hæc in vicinio nostro ut credamus bonum procul remotum. Quæ parva sunt timeamus ne plaga sævior adveniat ; terrores parvi prædicarunt necessariam esse pœnitentiam, pœnitentiam non dierum, sed mensium et annorum. Non portemus uno die pœnitentiæ onus et altero illud a nobis projiciamus ; temperemus nostram vitæ agendæ rationem eamque sustineamus ut boni mores viatica nobis ad viam salutis suppeditent. Melior est cursus brevis et constans multiplicibus cursibus uno die effectis. Lucrum parvum et constans efformat thesaurum magnum, sicut e pluviæ guttis inundatio magna et vehemens fit.

ܬܘ ܢܒܨܪ ܩܠܝܠ ܩܠܝܠ . ܡܢ ܥܝ̈ܕܐ ܩܕܡ̈ܝܐ
ܡܨܝܐ . ܠܐ ܡܨܐ ܕܬܨܘܡ ܨܘܡܐ ܀ ܠܐ ܬܗܘܐ
ܠܟ ܐܣܟܘܠܐ . ܒܨܪ ܩܠܝܠ ܡܢ ܡܐܟܘܠܬܟ .
ܘܗܘܐ ܨܘܡܟ ܗܘ ܦܬܘܪܐ . ܠܐ ܬܛܪܘܗܝ ܠܟ
ܠܡܚܪ . ܗܘ ܕܒܨܪܬܗ ܡܢ ܟܪܣܟ .
ܗܒܝܗܝ ܟܠ ܝܘܡ ܠܡܣܟܢܐ . ܘܗܘܐ ܡܫܠܡ
ܕܨܘܡܐ ܨܘܡܐ . ܠܐ ܡܨܐ ܕܬܬܟܠܐ ܡܢ ܚܡܪܐ .
ܠܐ ܢܪܘܝܟ ܚܡܪܐ ܕܐܬܡܠܝܬ . ܠܐ ܫܠܐ ܚܡܪܐ

4. Venite, minuamus paululum e moribus pristinis. An jejunare non vales ? ne sis gulosus. Minue paululum e cibo tuo; cibum autem jejunii tui in mensa remanentem ne serves tibi in crastinum ; illud quo ventrem tuum privasti da quotidie indigentibus; sic jejunii vicem supplebis. A vino abstinere non vales ? Non inebriet te vinum quod

Resecanda gulositas.

ܒܓܘܟ . ܐܝܟ ܕܫܠܐ ܗܘܐ ܒܡܐܢܗ . ܠܐܚܪܢܝܬܐ
ܦܢܝܐ ܠܟ . ܡܪܘܐ ܠܟ ܒܬܪ ܕܐܫܬܝܬܝܗܝ . ܕܥ
ܕܐܝܢܐ ܕܚܝܠ ܡܢ ܚܕ . ܒܣܓܝܐܐ ܡܬܡܚܠ .
ܠܐ ܬܬܩܪܒ ܐܢܬ ܒܠܚܘܕܝܟ . ܠܘܬ ܚܡܪܐ
ܕܚܝܠ ܡܢܟ . ܢܫܬܘܢܝܗܝ ܥܡܟ ܝܬܡܐ .
ܘܗܘܐ ܙܟܝܬܝܗܝ ܥܡ ܣܓܝܐܐ . ܙܟܐ ܠܗ
ܚܡܪܐ ܙܒܢܐ . ܒܗ ܫܬܝܐ ܣܓܝܐܐ . ܐܝܟܢܐ
ܕܗܘܝܘ ܙܟܐ . ܡܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܫܘܥܪܗ .
ܙܡܢ ܠܘܬܗ ܠܡܣܟܢܐ . ܕܢܬܡܚܠ ܒܗ
ܣܓܝܐܐ ❖

ܣܩܐ ܠܡܠܒܫ ܢܟܦ ܐܢܬ . ܐܠܝܨ ܗܘ ܠܟ
ܡܐ ܕܠܒܫܬܝܗܝ . ܐܠܝܨ ܗܘ ܣܩܐ
ܠܚܛܗܝܢ . ܘܩܛܡܐ ܠܚܘܪ ܟܘܬܡܝܢ .
ܢܟܦ ܐܢܬ ܒܐܣܟܡܐ . ܒܨܒܬܐ ܕܐܣܠܐ
ܐܬܒܗܬ . ܣܒ ܩܠܝܠ ܡܢ ܐܣܟܡܐ . ܘܒܨܪ
ܩܠܝܠ ܡܢ ܨܒܬܐ . ܠܒܘܫܐ ܡܨܥܝܐ ܣܒ
ܠܟ . ܠܐ ܕܦܐܐ . ܐܦ ܠܐ ܕܒܨܝܪ . ܫܒܘܩ
ܡܟܟܐ ܘܪܘܡܐ . ܘܓܒܝ ܠܟ ܡܨܥܝܬܐ .
ܠܐ ܚܕ ܝܘܡ ܒܠ ܡܣܟܢܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܒܠ ܦܢܩܐ .
ܠܐ ܚܕ ܝܘܡ ܒܠ ܩܛܡܐ ܂ ܘܐܚܪܢܐ ܒܠ
ܦܘܢܩܐ . ܐܘ ܬܬܪܝܡ ܠܫܡܝܐ . ܐܘ ܬܬܪܡܐ
ܠܬܗܘܡܐ . ܩܫܐ ܠܟ ܚܦܝܘܬܐ ܂ ܠܐ ܬܣܒ
ܪܓܠܝܟ . ܠܐ ܬܣܝܡ ܡܣܐܢܐ . ܐܦ ܠܐ
ܡܥܕܪܐ ܪܓܠܐ . ܚܕ ܝܘܡ ܦܫܛܐ ܪܒܐ . ܘܐܚܪܢܐ
ܦܫܛܐ ܪܒܐ . ܚܕ ܙܒܢ ܒܟܝܐ ܠܐܒܐ .
ܘܐܚܪܢܐ ܓܘܚܟܐ ܦܪܝܣܐ . ܗܠܝܢ ܡܫܘܚܬܐ
ܣܝܡ ܠܟ . ܕܐܬܬܣܝܡ ܡܢ ܦܪ̈ܘܫܐ . ܡܣܐܢܐ
ܢܟܦܐ ܝܐܐ ܠܪܓܠܐ . ܕܐܙܠܐ ܠܨܠܘܬܐ .
ܐܝܟ ܠܡܣܒ ܥܘܕܪܢܐ . ܠܐ ܬܐܙܠ ܗܘ ܚܝܠܐ .
. . . .
. . . .

bibisti; non quiescit intra te vinum sicut quievit in vase; sed ad alia te deducit, inebriat te postquam bibisti illud. Scias eum qui uno fortior est multis debiliorem fieri; ne solus accedas ad vinum quod te fortius est; bibant eum tecum orphani, et sic illud superabis cum multis. Superatur quippe vinum inter potatores multos distributum, sicut ipsum vicissim potatores superat, quando nimium est. Invita ad illud egentes ut inter multos distributum debilius evadat.

5. Saccum induere erubescis, angustior est pro te quando eum induisti. Angustior est saccus pro peccatis nostris et cinis non sufficit ad dealbandas maculas nostras. In veste ascetarum erubescis, in ornatu luxurioso potius erubescas; sume paululum e vestitu ascetarum et paululum minue ex ornatu; vestem sume mediam, quæ nec elegantior nec deterior sit; relinque infima et summa et elige tibi media; ne sis uno die, in vilibus, altero in voluptuosis, uno die in cinere, altero in deliciis, nec te in cœlum extollas, nec te in abyssum demittas. Dura est tibi discalceatio? ne calceos assumas luxuriosos, non inservit discalceatio nec calceus luxuriosus, nec prodest uno die demissio profunda altero luxus magnus, uno tempore indesinentes lacrymæ, altero risus effusus; impone tibi eas mensuras quas statuerunt viri prudentes. Calceus modestus pedem decet qui pergit ad orationem, ad obtinenda auxilia... (*deest folium*).
. . . .

.... ܡܚܙܝܬܐ ܗܝ ܕܪܥܝܢܗ. ܨܝܪܝܢ ܠܗܝܢ
ܠܦܪ̈ܘܫܐ. ܟܣ̈ܝܬܗ ܒܓܠܝ̈ܬܗ. ܐܦ
ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ. ܒܦܓܪܐ ܗܘܝܐ ܡܬܚܙܝܢܐ.
ܐܝܠܝܢ ܐܝܟ ܚܫ̈ܐ ܕܢܦܫܐ. ܦܓܪܐ ܡܫܟܚ
ܠܡܠܦ ܠܟ. ܐܢ ܐܝܬ ܪܓܬܐ ܒܟܝܢܗ. ܦܓܪܐ
ܡܫܟܚ ܢܓܠܐ ܠܟ. ܐܢ ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ
ܫܘܒܗܪܐ. ܦܓܪܐ ܡܫܟܚ ܕܢܪܡܙ.
ܩܪܘܒ ܠܟ ܨܝܕ ܦܓܪܐ ܕܠܒܪ. ܘܗܘܐ
ܚܙܐ ܠܗ ܟܠܗ ܒܟܠܗ. ܚܙܝ ܐܢ ܛܒܬܐ
ܒܟܝܢܗ ܗܘ ܐܢ ܒܝܫܐ ܟܝܢܗ. ܠܐ ܕܝܢ
ܒܝܫܐ ܐܘ ܛܒܐ. ܕܟܝܢܗ ܗܘ ܛܒ ܐܘ
ܒܝܫ. ܩܪܘܒ ܨܝܕ ܪ̈ܓܫܐ ܒܪ̈ܝܐ. ܘܗܘܐ
ܡܢܐ ܠܟ ܡܘ̈ܡܐ ܕܠܓܘ. ܠܐ ܬܬܦܠܓ ܥܠ
ܟܣ̈ܝܬܐ. ܕܡܫܪ̈ܪܢ ܠܟ ܓܠܝ̈ܬܐ. ܩܥܐ
ܢܒܝܐ ܕܒ̈ܢܬܗ ܕܨܗܝܘܢ. ܒܡܣܐܢܐ ܘܒܪܩܕܐ.
ܚܫܒ ܘܡܢܐ ܠܨܒ̈ܬܗܝܢ. ܘܦܚܡ ܐܢܘܢ ܥܡ
ܐܘܠܨܢܗܝܢ. ܕܢܣܠܝܢ ܠܨܒ̈ܬܗܝܢ. ܟܕ
ܫܠܡ ܕܐܘܠܨܢܗܝܢ. ܐܦ ܡܢܐ ܨܒ̈ܬܗܝܢ.
ܘܩܪܐ ܥܠܝܗܝܢ ܫܒ̈ܝܐ. ܦܚܡ ܥܦܪܐ ܕܫܒܝܠܐ
ܕܐܬܟܢܫ. ܠܘܩܒܠ ܒܣܡ̈ܐ ܕܡܫܬܦܟܝܢ. ܚܠܦ
ܟܐܦ̈ܐ ܕܝܩܝܪ̈ܬܐ. ܥܠ ܡܩܪ̈ܣܬܐ ܕܢܓܕܢ.
ܚܠܦ ܟܠܝܠܐ ܕܓܕܘܠܐ. ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܝܢ
ܪܫܐ ܦܪܝܥܐ. ܚܠܦ ܐܣܪܐ ܘܐܣܪ ܚܒܠܐ.
ܒܚܒ̈ܠܐ ܐܣܪ ܚܨ̈ܝܗܝܢ. ܡܠܟ ܗܘܐ ܠܗܝܢ
ܫܚܝܦܘܬܐ. ܚܠܦ ܡܣܐܢܐ ܕܡܨܒ̈ܬܝܗܝܢ.
ܕܥܒܕܝ ܒܘܫܐ ܒܟܣܝܐܝܬ. ܥܒܕ ܦܪܣܝ
ܓܠܝܬ. ܙܢܝܘܬܐ ܗܝ ܕܪܚܡ ܗܘܝ. ܒܫܒܝܗ
ܗܘܐ ܠܗܝܢ ܒܫܒܝܬܐ. ܙܢܝܘܬܐ ܒܠܐ ܛܟܣ.
ܕܚܛܝܦܐ ܗܘܐ ܘܠܐ ܢܡܘܣܐ. ܡܬܥܒܕܐ ܗܘܐ

[1] Cfr. *Is*. III. 16-26.

6... speculum est mentis ejus. Depinguntur sapientibus occulta ejus in manifestis. Etiam anima invisibilis in corpore visibilis fit. Quænam sint animæ dispositiones corpus te docere potest. Sit-ne concupiscentia in natura ejus corpus tibi ostendere potest; sit-ne in ea superbia corpus significare potest. Accede ad corpus exterius et videbis eam totam in toto. Inquire an natura bona vel mala sit; porro neque bona est neque mala, quia bonum et malum a voluntate pendent. Accede ad sensus externos; numerant tibi maculas internas, ne hæsites de occultis, quum certiorem de illis te reddant ea quæ patent. Clamavit propheta[1] filias Sion calceo et saltatione iram divinam provocasse; computavit et numeravit earum ornamenta eaque comparavit cum pœna afflictionum ut metu afflictionum sua ornamenta spernerent; absolvens (sermonem) numeravit earum ornamenta et contra eas advocavit qui eas captivarent; contulit pulverem in via collectum cum aromatibus effusis; pro gemmis pretiosis super detestabiles vittas, pro corona cincinnorum dedit eis caput detectum (?), pro zonis et balteis funiculis cinxit renes earum; promisit eis discalceationem loco calceorum ornatorum. Quam occulte fecerant nequitiam publica captivitatis ignominia vulgavit. Pro scortatione quam amaverant in captivitate præbuit eis scortationem absque ordine usurpatam, absque lege patratam coacte

Vitia filiarum Israel eas in captivitatem tradiderunt, ita actum erga Nisibenas.

non sponte. Præbuit quippe scortationem pollutis, sed non juxta earum voluntatem præbuit, non juxta earum amorem ut irritam non redderet vindictam. Juxta voluntatem suam scortatæ non sunt quæ juxta suam voluntatem suam scortatæ erant. Quod fuerat eis in oblectamentum in cruciamentum vertit illud ; re ipsa qua ipsum irritaverant cruciavit eas prudens et sagax vindex. Consumpta sunt in captivitate corpora earum; computruerunt in ea earum aromata, deformata est earum venustas, marcuit totaque periit earum species. Amplius dignosci non poterant in captivitate quæ notissimæ erant in urbe Jerusalem. Nemo eas oculo agnoscere poterat, quia in captivitate earum decor evanuerat. Earum nominibus eas auditor agnoscebat quando respondebant. Captivitas humiliavit impudicas quæ in pace lascivierant. Dominus pacis quem irritaverant devastatione de illis ultionem sumpsit. Cujus impudica fuerat persona exusta prorsus fuit facies. Unum æstum meridianum sustinere nequivit virgultum (?) annosum. Sicut florum pulchri erant colores earum ; venit æstus, marcuerunt illico ; sole exusta sunt earum ornamenta sicut flores, roris filii. In ornatu pacis odiosæ erant altissimo humilium amico, quæ in improbitate captivitatis placebant justo pœnitentium amico. In pace corpus fulgebat, in captivitate spiritus decorus erat. Malus eas in captivitate exornavit ut ornatu suo Deo odiosæ fierent. Bonus captivi-

ܕܐܬܪܥܝ. ܠܝ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܐܬܬܗ ܘܫܒܝܗ
ܟܡܐ ܒܗ ܫܒܝܢ ܡܢ ܩܘܪܒܐ ܀

ܟܣܝ ܢܨܝܒܝܢ ܒܒܢܬܟܝ. ܕܠܐ ܟܣܬ ܨܗܝܘܢ
ܒܒܢܬܗ̇. ܐܡܗܬܟܝ ܗܐ ܦܪܝܨܢ. ܚܐܪܬܟܝ
ܠܐ ܡܝܩܪܢ. ܗܐ ܒܬܘܠܬܟܝ ܡܪܝܚܢ. ܗܐ
ܛܠܝܬܟܝ ܚܨܝܦܢ. ܠܒܘܫܐ ܕܢܫܝܗܝܢ
ܚܨܝܦ. ܣܐܘܢܐ ܕܪ̈ܓܠܝܗܝܢ ܐܣܛܠܐ. ܗܠܝܢ
ܕܐܙܠܢ ܠܚܠܘܠܐ. ܠܐ ܡܨܛܒܬܢ ܐܝܟ ܒܬܘ̈ܠܬܢ.
ܒܡܣܟܢܘܬܐ ܗܘ̈ܝ ܕܠܒܝܫܢ. ܥܕܠܐ ܢܐܬܝܢ
ܠܬܠܡܝܕܘܬܐ. ܡܢ ܕܐܬܬܠܡܕ ܐܨܛܒܬ. ܡܢ
ܕܐܬܢܟܦ ܐܬܦܠܠ. ܠܡܣܟܢܘܬܐ ܗܘ̈ܝ ܒܬܘܠܬܐ.
ܚܒܝܫܬܐ ܒܬܘ̈ܢܐ. ܩܢܝ̈ ܦܘܚܐ ܚܠܦ
ܟܢܟܠܐ. ܐܦ ܫܘܩܐ ܚܠܦ ܬܘܢܐ. ܬܚܝܬ
ܐܝܕܐ ܕܐܒܐ ܘܐܡܐ. ܡܬܢܛܪܢ ܗܘ̈ܝ ܡܢ
ܩܕܝܡ. ܒܬܪܟܢ ܕܝܢ ܓܒܝ ܥܕܬܐ ܚܠܦ ܐܡܐ.
ܘܡܠܦܢܐ ܚܠܦ ܐܒܗ̈ܐ. ܒܗܢܐ ܫܘܪܝܐ
ܫܪܝ. ܒܗܢܐ ܠܘܬ ܠܐ ܩܘܝ. ܦܪܩ ܡܢ ܥܕܬܐ
ܡܢ ܐܡܐ. ܘܡܢ ܡܠܦܢܐ ܘܐܒܗ̈ܐ. ܥܕ ܠܐ
ܢܥܠܢ ܬܚܝܬ ܢܝܪܐ. ܬܚܝܬ ܐܝܕܐ ܡܬܢܛܪܢ ܗܘ̈ܝ.
ܗܫܐ ܕܝܢ ܒܥܠܬ ܢܝܪܐ. ܦܪܩܘ ܐܩܠܗܝܢ ܡܢ
ܢܝܪܐ. ܠܬܠܡܝܕܘܬܐ ܘܠܡܪܕܘܬܐ ܡܩܪ̈ܒܢ ܗܘ̈ܝ.
ܘܠܩܪܝܢܐ ܘܠܡܠܦܢܘܬܐ. ܠܐ ܠܫܢܗܝܢ ܒܩܪܝܢܐ.
ܘܠܐ ܪܥܝܢܗܝܢ ܒܟܬܒܐ. ܒܩܪܝܢܐ ܐܚܪܢܐ
ܠܝܢ. ܒܕܘܒܪܐ ܐܚܪܢܐ ܪܕܝܢ. ܡܚܫܒܢ ܠܒܗܘܢ
ܒܥܠܡܐ. ܡܫܩܠ ܟܢܫܐ ܦܬܚ ܪܓܝܓ.
ܫܡܐ ܕܡܫܢ ܡܢ ܟܠ ܒܢ̈ܝ. ܐܬܚܙܝܘ ܡܫܝܚܐ
ܡܣܟܢܬܐ. ܠܗ ܕܢܪܐ ܘܡܫܚܝܢ. ܕܟܠ ܐܢܫ
ܚܙܐ ܘܡܫܒܚ. ܠܡܣܒܪܐ ܐܚܪܐ ܟܠ ܐܢܫ.
ܒܟܠ ܦܘܪܣܝܢ ܕܢܦܫ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܐܬܚܙܝ

tate eas odiosas reddidit ut pœnitentia exornatæ ei gratæ fierent. Porro in Babylone et in Assyria, quæ erant nobis vicinitate proximæ, eas captivas duxit; si autem filias Sion quia peccaverant captivas a longe venientes fecerunt, quanto magis e propinquo fecissent.

7. Quum Sion non reprehenderit filias suas, increpa, o Nisibin, filias tuas. Ecce ancillæ tuæ impudicæ sunt et ingenuæ puellæ non honorabiles; ecce virgines tuæ impudentes et adolescentulæ tuæ procaces; ecce vestes eorum impudentes et calceus pedum earum luxuriosus. Quæ eunt ad nuptias non exornantur ut virgines nostræ. Istæ antequam venirent ad institutionem, religiosa veste induebantur, ex quo tempore edoctæ sunt, sese exornarunt, postquam castitati se impenderunt, luxuriæ se dederunt, virgines erant castæ, inclusæ in conclavibus, acquisierunt divagationem pro cancellis, plateas pro conclavibus. Sub manu patris et matris antea servabantur, deinde elegerunt ecclesiam pro matre et doctores pro patribus. In hoc statu incœperunt, at in eo non permanserunt; defecerunt ab ecclesia et a matre, a doctoribus et a patribus; donec jugum subirent, sub manu (parentum) servabantur, nunc autem prætextu jugi a suo capite jugum excusserunt; ad institutionem et disciplinam et lectionem et doctrinam accedebant, at nec earum lingua lectioni nec mens Scripturæ addicta erat; alii lectioni allaborabant, in alia conversatione

ܗܘܐ ܡܠܟ. ܟܠܗ ܕܒܗܬܬܐ ܗܘܐ ܫܠܚܢ.
ܒܠܚܘܕ ܬܠܝܢ ܗܘܝܢ ܠܗ. ܕܫܡܐ ܐܚܝܕ ܢܣܡܟ
ܠܗ. ܠܗ ܕܝ ܕܚܫܝܐ ܡܠܟ. ܐܣܠܝ
ܕܚܛܝܬܐ ܢܦܫ. ܕܡܠܟ ܡܫܒܚ ܡܫܒܚܢܐ.
ܕܚܙܐ ܡܫܒܚ ܐܢܫ. ܐܠܐ ܗܘ ܐܢܫ
ܕܡܬܠܡܕ. ܡܫܠܝ ܗܘ ܡܢܗ ܕܢܬܪܐ.
ܠܐ ܡܫܡܥ ܠܬܘܪܝ ܠܗ. ܘܠܐ ܐܠܦ
ܐܬܬܠ ܠܗ. ܡܠܬܐ ܕܐܬܡܠܟ ܐܬܬܠܡܝ.
ܗܢ ܡܬܚܟܡ ܙܒܢܗ ܚܕܐ ܕܢܣܒ ܐܬܬܠܡܝ.
ܗܢ ܡܠܦ ܒܗ ܡܢܐ. ܘܠܐ ܒܥܐ ܗܘ
ܘܐܠܗܐ. ܚܙܐ ܗܘ. ܢܦܩ ܠܗ ܕܢܗܘܐ
ܡܚܒܐ. ܠܗ ܠܐܘܪܚܐ ܗܢ ܕܐܘܠܐ. ܐܬܪܘ
ܘܢܦܩܘ ܐܬܠܡܝܕܝܗܘܢ. ܠܒܪ ܡܢܗ ܕܐܘܪܚܐ
ܙܠܝܓ. ܘܐܬܠܡܕ ܕܗܘܐ ܒܫܢܝ. ܘܡܫܬܡܥ
ܡܫܡܥ ܐܢܝ. ܠܗܘܢ ܕܒܟܠܗ ܝܘܡܢܝ.
ܘܐܬܟܬܒ ܕܝ ܡܬܟܬܒܢ. ܘܐܬܩܪܝ ܐܦ
ܡܬܩܪܝܢ. ܘܡܫܬܡܥ ܕܝ ܡܫܬܡܥܢ. ܒܗܦܟܬܐ
ܡܫܬܡܥܢ ❖

ܩܡ ܐܠܗܐ ܒܒܝܬ ܕܝܢܐ. ܘܡܚܝܐ ܡܢ
ܥܒܕܐ. ܚܢܢ ܠܐ ܡܟܝܠ ܡܫܬܡܥܝܢ. ܡܠܐ
ܐܕܢܐ ܕܝܠܢ. ܡܢ ܕܝܠܢ ܐܕܢܐ ܙܥܘܪ.
ܘܐܦ ܡܫܡܗ ܫܡܥܝܢ. ܡܢܝܢ (ܡܢܗ) ܠܠܗ
ܡܠܐ ܐܦܠܐ. ܘܗܦܟܝܢ ܚܢܢ ܒܒܥܝܐ.
ܗܘ ܕܐܦܘܗܝ ܦܬܚ ܡܟܝܠ. ܒܢܝܢ ܥܠ ܐܦܘܗܝ.
ܪܩܘ ܗܘܘ ܠܗ. ܗܘ ܕܦܬܚ ܥܝܢܐ ܕܣܡܝܐ.

versabantur. Omnem exuimus pudorem, retento tantum apud nos ejus nomine; nomen omnibus creaturis præstantius vile valde reddiderunt peccatrices. Non superest qui spectet et laudet, quia omnes spectant et contemnunt. Unusquisque discipulos quavis ratione adsciscere satagit; antequam didicerit jam docet; antequam syllabas possit discernere legendum docet; omni ratione unum hoc quærit ut nomen magistri sibi adsciscat. Nullus est inter nos qui cum molesto labore velit docere, nec cum molestia discere, quia docet propter gloriationem qui didicit propter honorem. Qui instituitur perversus est ab initio. Si pauper est se exaltat, si miser, superbit; operarius qui heri edoctus est incipit de suis digitis gloriari; puer qui hodie institutus est jam vult præcipere inter senes et si servus est et sub jugo liberat se ut fiat electus. Non in viam conclavium direxerunt professionem suam religiosam; extra hanc viam etiam post annos currit alumnus. Perperam audivimus quæ singulis diebus leguntur. Recte tamen scripta sunt et recte leguntur, sed præpostere audiuntur quia præpostere aguntur.

8. Stetit Deus in tribunali et in maxilla percussus fuit a servo, nos autem, auris nostra ne verbulum quidem ferre potest, scintilla inflammatur mens nostra quæ illico iram effundit. Imposuimus quidem nobis nomen bonum, at opere perverse agimus. Cæci in faciem spuerunt illius qui cæci oculos aperuit;

ܗܘܐ ܠܡܫܬܥܐ ܡܫܬܒܚ ܗܘܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ qui spiravit Spiritum sanctum[1]

[1] Verbum ܢܦܚ verti potest *spiravit* vel *flavit, insufflavit.* Si prius, refertur ad spirationem qua Filius et Pater ab æterno spirant Spiritum sanctum. Et S. Ephræmus hic docet Spiritus sancti processionem *a Filio.* Si posterius, refertur ad temporalem Spiritus sancti missionem. Sed in hoc posteriori sensu verbum ܢܦܚ construitur cum particula ܒ, v. g. *insufflavit in aliquem* quod in hoc loco non fit. Præterea in loco Evangelii Joannis IX, 6 ad quem alludit S. Ephræmus, sermo non fit de aliqua Christi insufflatione, sed narratur Dominum lutum e sputo fecisse eoque linivisse oculos cæci nati. Restat igitur ut verbum ܢܦܚ dictum sit de *spiratione*, vi cujus Spiritus sanctus tum a Patre tum a Filio procedit. Unde sequitur a S. Ephræmo hic doceri Spiritus sancti *a Filio processionem.* Quod testimonium quanti sit momenti nemo non videt. Objici quidem potest verbum ܢܦܚ cum puncto infra posito hic haberi adeoque in præterito legendum *nephah*, « spiravit, » non in participio ܢܳܦܶܚ *nopheh* « spirans, » quod requiri videtur, siquidem Filius non *spiravit*, sed ab æterno *spirat* Spiritum sanctum. Sed observandum est puncta in nostro codice non esse ubique recte apposita, unde forsan legendum sit ܢܳܦܶܚ *nopheh* : deinde observandum etiam est Syros quandoque præterito uti ubi nos præsenti utimur. Adeoque ista difficultas non cogit ut præsentem Ephræmi locum de temporali Spiritus sancti missione accipiamus.

S. Ephræmus sæpius in suis scriptis de Spiritu sancto locutus est. Supra in *Comment.* in Is. LXI, 1 dicit : « Ille Spiritus qui a *Patre procedit* ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ et sua essentia est in me qui Verbum et Filius Patris sum. » Hisce verbis simpliciter affirmat Spiritum sanctum a Patre procedere ; de processione autem a Filio nec affirmat nec negat. Ex aliis hujusmodi locutionibus Kohlius concluserat Spiritum sanctum e doctrina S. Ephræmi a *solo Patre* procedere. Sed recte hanc argumentationem rejecit J. S. Assemanus (*S. Ephræmi Opp. græco-lat* t. II, præf. p. 39). Aliud enim est affirmare : Spiritum Sanctum a Patre procedere, et aliud : Spiritum sanctum a *solo* Patre procedere. Posterius nullibi in Evangelio occurrit, prius vero occurrit apud *Joan.* XV, 26. Quia autem in Evangelio tantum dicitur Spiritum Sanctum a Patre procedere, S. Ephræmus et Syri communiter utuntur verbis Evangelii, nullo verbo addito. Interdum tamen addunt ex *Joan.* XVI, 14 : ܪܘܚܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܘܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ Spiritus qui a Patre procedit et a Filio accipit. » Ita Jacobus Sarugensis ap. Asseman. *Bibl. orient.* I, 302. Ita etiam Jacobus Baradæus in sua fidei professione (Vid. *Zeitschrift D. M. G.* 1876). Ne quis autem verba « a Filio accipit » cum Gregorio Barhebræo aliisque Syris Jacobitis intelligat de temporali Spiritus Sancti missione, additur in liturgiis syriacis S. Xysti, Matthæi pastoris, Ignatii Bar-Vahib apud Renaudotium *Liturgg. orientt. collect.* II, 136, 200 et 349 « qui a Filio accipit essentialiter, » vel « ea qua ad essentiam pertinent, » ܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ ܐܘܣܝܐܝܬ .

S. Ephræmus in hymnis adversus *Scrutatores* fuse agit de sanctissima Trinitate et de singulis ejus personis docetque trium personarum unam esse essentiam, personas vero esse distinctas absque separatione et unitas absque confusione, Spiritum sanctum non esse creaturam sed semper cum Patre et Filio fuisse, utrique Deitate, essentia et potestate æqualem (Vid. hymn. adv. Scrutatores 59, 73 et 74). De quæstione autem an Spiritus sanctus a Filio procedat, quæ tunc non movebatur, non agit. In hymnis vero quos e cod. Syr. Oxon. Marsh. 711 excripsimus hæc præclara habentur, fol. 3, b : ܐܒܐ ܝܠܘܕܐ ܘܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܡܢ ܥܘܒܗ . ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܢܦܩ ܡܢܗ ܘܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ... ܐܒܐ ܗܘܢܐ ܒܪܐ ܡܠܬܐ ܪܘܚܐ ܩܠܐ . ܫܡܗ̈ܐ ܬܠܬܐ ܚܕ ܨܒܝܢܐ ܚܕ ܫܘܠܛܢܐ Pater genitor et Filius genitus ex ejus sinu, Spiritus sanctus *procedens ex Patre et Filio*... Pater mens, Filius Verbum, Spiritus vox, tria nomina, una voluntas, una potestas. » In Rogatione quæ legitur ad nocturnum feriæ tertiæ Resurrectionis cod. paris. 161, fol 73 b S. Doctor Spiritum Sanctum appellat « Spiritum Filii, » quod utique nonnisi ratione processionis dici potest.

Ceterum, Syros, antequam erroribus Photii inficerentur, admisisse processionem Spiritus sancti a Filio prorsus demonstratur e symbolo concilii Seleuciæ et Ctesiphonti anno 410 habiti, ubi quadraginta Persidis episcopi confitentur : « Confitemur etiam Spiritum vivum et sanctum Paracletum vivum *qui ex Patre et Filio*, ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ, in una trinitate, in una essentia, in una voluntate, amplectentes fidem trecentorum decem et octo episcoporum quæ definita fuit in urbe Nicæa (Vid. meam hujus concilii editionem datam Lovanii 1868 p. 30, sqq. ubi alia Syrorum testimonia congessi). » In Actis martyrii S. Sarbelii sub Trajano passi (Cureton, *Ancient Syr. documents* p. ܢܒ) Spiritus sanctus a Barsamia episcopo appellatur « ܪܘܚܐ ܚܝܐ ܕܡܢܗ . Spiritus vivus qui ex eo (Filio) » scilicet est vel procedit. Severus, patriarcha Antiochenus, quem Jacobitæ plurimum venerantur, hoc in professione fidei (Musæi Britan. cod. add. 17, 109, fol. 146) confitetur : ܐܒܐ ܝܠܘܕܐ ܘܠܐ ܝܠܝܕܐ : ܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܘܠܐ ܝܠܘܕܐ . ܒܪ ܐܘܣܝܐ ܕܝܠܗ . ܘܪܘܚܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܐܘܣܝܐ ܕܐܒܐ ܘܕܒܪܐ Pater genitor et non genitus, Filius genitus et non genitor, filius essentiæ ejus, et Spiritus qui a Patre procedit et est *filius essentiæ Patris et Filii.* » Jam autem dicendo Spiritum sanctum filium esse essentiæ Filii sufficienter innuit eum a Filio procedere. Nestoriani diserte profitentur Spiritum Sanctum a Filio proce-

ܦܪܘܩܐ . ܕܡܣܪܘܚ ܐܝܟ ܠܡܣܟܢܐ .
ܣܒܠ ܡܪܝܪܐ ܗܠܝܢ ܕܒܪܝܬ . ܡܨܛܒܬܢ ܐܦܐ
ܕܒܢ̈ܬܢ . ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠܝܢ . ܠܐ ܝܕܥܝܢ
ܠܐܝܟܐ ܩܪܝܢ . ܐܝܟ ܕܠܒܝܬ ܚܠܘܠܐ ܐܙܠܝܢ .
ܠܨܒܬܐ ܫܛܝܐ ܘܠܒܣܝܡܘܬܐ . ܐܢܫ ܕܢܦܠ
ܒܩܛܝܠܐ . ܓܘܢܗ ܡܢ ܥܓܠ ܡܫܬܚܠܦ . ܒܢܒ̈ܝܐ
ܡܩܛܠܐ ܗܓܝܬ . ܒܫܠܝ̈ܚܐ ܪ̈ܓܝܡܐ ܩܪܝܬ .
ܒܓܚܟܐ ܗܘ ܩܪܝܢ ܚܢܢ . ܟܬ̈ܒܐ ܐܦ
ܕܫܠܝ̈ܚܐ . ܐܠܗܐ ܙܩܝܦ ܥܠ ܩܝܣܐ . ܘܟܐܒ̈ܐ
ܐܚܕ ܠܒܪ̈ܝܬܐ . ܘܚܢ ܚܡܪܐ ܚܢ ܡܪܘܝܬܐ .
ܘܪܟܒܐ ܠܢ ܪܡܘܬܐ . ܢܫ̈ܐ ܕܒܥ̈ܠܐ ܐܝܟ ܡܩܕܫܬܐ .
ܗܘ̈ܝ ܡܬܕܒܪܢ ܢܦܫܬܐ . ܗܫܐ ܦܪܘܩܐ
ܒܢܬܢ . ܡܨܛܒܬܢ ܡܢ ܠܒܪ ܐܦܝܐ . ܐܦ ܠܘ
ܠܗ ܡܢܗܝܪܐ . ܡܚܫܟܐ ܡܕܥܢ ܠܓܘ .
ܗܘܐ ܕܩܪܒܐ ܠܐ ܗܘܐ ∴ ܡܢܘ ܒܢ ܕܡܬܚܫܒ
ܠܢ . ܒܢ̈ܬ ܥܠܡܐ ܠܕܝܪܐ ܫܛܝܘܗܝ . ܘܗܘܐ
ܫܢܝܢ ܒܗ ܡܬܚܢܩܢ . ܟܠ ܡܐ ܕܫܠܚܘ
ܒܪ̈ܝܐ . ܗܘ ܠܒܫܝܢ ܠܗ ܓܘ̈ܝܐ . ܒܢܝ̈ ܐܪܥܐ
ܫܒܩܘ ܠܐܪܥܐ . ܘܗܐ ܒܗ ܩܕܝ̈ܫܐ
ܠܐܝܢ . ܣܠܩܘ ܚܝܠܐ ܚܝܠܐ ܦܠܓ . ܫܒܝܘܬܐ
ܣܠܩ ܢܦܫܬܐ . ܣܠܩ ܚܝܘܬܐ ܚܝ̈ܘܬܐ ܩܢܘ .
ܒܥܢܐ ܢܘܟܪܝܐ . ܥܢܐ ܚܠܦ ܥܢܐ
ܩܢܝܢ . ܚܝܘܬܐ ܚܠܦ ܢܦܫ̈ܬܐ . ܘܥܢܐ
ܐܝܟ ܕܚܕܐ ܡܣܬܟܠܐ ܐܦ ܡܡܠܠܐ . ܚܠܦ
ܕܚܝܘܬܐ ܡܠܝܠܬܐ . ܡܢܘ ܩܢܐ ܡܢܗܘܢ .

sputum immundum accepit; opprobriis operta fuit facies illa cujus fulgor trepidare facit Seraphim. Grati efficiuntur vultus imberbi filiorum, exornantur facies filiarum nostrarum. Nescimus quo pergimus; nescimus quo vocant nos; pergimus ad ornatum insanum et voluptatem velut ad nuptias. Qui in hominem necatum incidit, illico color ejus immutatur; tu vero in prophetis occisis meditaris, in apostolis lapidatis legis; ridendo legimus scripta prophetarum et apostolorum. Deus pendet in cruce, luctus invadit creaturas et nos vinum novum bibimus et insidet nobis superbia. Mulieres maritatæ velut ascetæ vivunt, et ecce virgines nostræ exornantur. Nitet persona exterior, caligat mens intus. Etiamsi bellum esset nullum, bella excitarent earum ornamenta. Nunc captivitate in limine adstante, quis nobis aderit? Filiæ sæculi monasterium spreverunt; insanientes in eo suffocantur. Quod exuerunt extranei illud induunt interni; filii terræ terram reliquerunt, et ecce in ea fatigantur sancti. Pastores greges suos despexerunt, illos acquisierunt pastores nostri, oves spirituales despicientes et in oves extraneas toti incumbentes; pro grege gregem possident; pro animabus animalia, pro ovibus oves, jumenta pro rationalibus animali-

dere in officio quod ܡܡܬܒܪܐ vocant ad matutinum : ܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܕ ܗܘ ܕܒܟܠܡܕܡ ܠܐ ܡܬܕܪܟ ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܬܠܬܐ ܩܢܘܡܝܢ ܕܫܘܪܝܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ . ܐܒܐ ܕܡܢ ܥܠܡ ܕܐܒܐ ܠܝܬ ܠܗ . ܘܒܪܐ ܕܡܢܗ ܕܒܪܐ ܠܐ ܩܢܐ . ܘܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܕܡܢܗܘܢ ܢܦܩ Deus ens unum est, qui omnino non comprehenditur estque in tribus personis principio carentibus. Pater æternus qui patrem non habet. Filius ex eo qui Filium non possidet et Spiritus sanctus *qui ex eis procedit*. Si Spiritus sanctus procedit ex eis, procedit tum a Patre tum a Filio. Vid. J. S. Assemani, *Biblioth. or.* t. 3, part. 2, p. 235. Vid. etiam Badger, *The nestorians and their Rituals* II, 79.

ܘܒܝܕ ܠܗܘܢ ܪܥܝܢ ܒܪ̈ܐ . ܘܟܠ ܓܙܐ ܒܐܝܕܗ
ܦܩܝܕ . ܗܘ ܠܗ ܢܛܪܐ ܡܬܒܥܐ . ܡܢ ܕܐܬܐ
ܘܒܢ̈ܝܢ ܠܗ . ܢܫܐ ܒܥܕܪܐ ܠܝ ܦܩܘܕ .
ܡܢ ܣܥܪܬܗ ܡܬܦܩܕܐ . ܠܢܩ̈ܕܬܗ ܕܡܫܝܚܐ .
ܥܢܗ ܦܠܓ ܘܡܬܚܪܘܢ . ܢܫܐ ܕܠܒܪ
ܡܬܦܩܕܐ . ܐܠܗܝܢ ܦܩܕܗ ܠܝ ܐܠܐܒ .
ܦܩܕܐ ܘܡܬܚܒܠ ܡܬܠܗܝܢ . ܦܘܫܐ ܘܡܣܬܪܐ
ܐܚܝܢ . ܡܬܚܒܢ ܠܗ ܣܘܥܪܐ . ܡܢ ܦܘܩܕܐ
ܘܢܩܘܬܐ . ܥܒܕܘ ܒܪܘܚܐ ܟܠ ܒܢܝ . ܘܐܬܐ
ܕܒܥܠ ܢܩܘܬܗ . ܚܝܐ ܕܝܢ ܐܢܘܢ ܢܩܘܬܐ .
ܠܒܥܝܪܐ ܒܥܪܐ ܗܘܝܢ ܀

ܡܢ ܠܐ ܢܨܪܐ ܠܒܘܫܗ . ܟܠ ܗܘ ܕܫܡܥ ܦܬܐ .
ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ . ܠܒܥܝܪܐ ܗܘܘ ܥܒܕܐ .
ܗܘ ܪܥܐ ܕܟܠ ܕܐܬܐ ܗܘܐ . ܕܚܕ ܒܪܚܐ ܕܐܒܕܐ
ܢܫܟܚ . ܐܫܒܘܩ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥܐ . ܠܝ ܐܢܝܢ
ܠܐ ܡܬܦܢܝܢ . ܛܒܢ ܠܢ ܐܡܪ̈ܐ ܕܠܒܪ . ܡܢ
ܠܛܠܝ̈ܐ ܕܐܬܬܠܡܕܘ . ܐܡܪ̈ܐ ܚܠܦ ܐܡܪ̈ܐ ܐܬܚܠܦܘ .
ܘܚܠܦ ܓܕܝܐ ܒܢܝ ܡܠܟܘܬܐ . ܚܘ̈ܪܐ ܒܢܝ ܝܡܝܢܐ .
ܚܠܦ ܐܘܟܡ̈ܐ ܒܢܝ ܣܡܠܐ . ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܓܙܐ ܕܠܒܪ .
ܡܬܢܛܪܐ ܓܙܐ ܕܪܘܚܐ . ܓܙܐ ܕܥܢܐ ܐܬܢܛܪ .
ܓܙܐ ܕܝܢ ܕܐܢܫܐ ܐܬܒܣܪ . ܪܥܘܬܢ ܡܢ ܕܪ̈ܥܘܬܐ .
ܘܚܘܫܒܢܐ ܫܦܝܪܐ ܐܬܚܫܒܘ . ܥܡ ܪ̈ܥܘܬܐ
ܕܠܒܪ . ܥܡ ܪܥܘܬܐ ܕܠܒܪ . ܐܝܟܢܐ ܚܘܫܒܢܐ
ܢܥܒܕ . ܗܘ ܪܒܐ ܕܪ̈ܥܘܬܐ . ܕܓܙܐ ܒܓܙܐ
ܚܠܦܢ . ܒܓܙܢ ܒܥܐ ܠܗ . ܡܬܒܥܐ
ܕܪ̈ܥܐ ܠܗܘܢ . ܕܡܘܬܐ ܠܓܙܐ ܕܪܘܚܐ ܀

bus pascunt. Omnis grex sub manu numerantis transit et computatur, sub manu pastorum mandatur et inspicitur. Numerosam castorum et castarum gregem quis visitat? Oves se invicem pascunt quocumque libuerit errantes. Grex se servat a lupis circumstantibus; si una aliqua ovis in deserto sejuncta fuerit a sociis reducitur. Oves Christi quis visitat et in ordinem redigit? Ovis temporalis invisitur, notam ejus quærunt si pereat; nota et caulæ quæruntur, spiritus et corpus pereunt, Chariora nobis sunt animalia plus quam mentes et animæ. Dereliquit creator ceteras creaturas et venit quærere animas nostras; nos autem animas negligimus et animalibus servi efficimur.

9. Quis non scindat vestimentum suum ingemiscens de re tam luctuosa? Ministri Dei animalium servi effecti! Ille omnium pastor qui venit ut unam ovem perditam inveniret an sinet nonaginta novem, si erraverint, non reduci? Pro nobis agni temporales meliores sunt pueris in disciplina institutis, agni pro agnis commutati sunt, pro hœdis filii regni, candidi dextræ filii pro nigris sinistræ filiis. Hisce adhæreat grex temporalis, servetur grex spiritualis. Grex ovium servatus fuit, grex autem hominum despectus. Pastores nostri bene computum ineunt cum pastoribus temporalibus. Cum illis quomodo computum inibit magister pastorum? Quia gregem cum grege commutavimus gregem suum in grege nostro requiret. Grex ovium exemplum sit gregi spirituali.

ܟܪܡܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܚܒܝܒܝ. ܒܚܩܠ ܕܐܬܪܐ
ܫܡܝܢܐ. ܥܩܪܗ ܠܟܪܡܐ ܛܠܘܡܐ. ܘܢܨܒ
ܠܗ ܚܕܬܐ ܚܠܦܘܗܝ. ܟܪ̈ܡܐ ܕܙܒܢܐ
ܡܬܦܠܚܝܢ. ܛܒ ܡܢ ܟܪܡܐ ܕܫܪܪܐ. ܐܚܪܒ
ܪܘܓܙܐ ܟܠ ܟܪ̈ܡܝܢ. ܕܒܟܪܡܐ ܕܩܘܫܬܐ
ܢܦܠܘܚ. ܚܩܠܐ ܦܠܝܚܐ ܘܙܪܝܥܐ. ܘܢܦܫܐ
ܚܢܝܩܐ ܒܝܢ ܟܘ̈ܒܐ. ܐܚܪܒ ܟܐܢܐ ܚܩܠܝܢ.
ܐܒܕ ܥܘܬܪܐ ܘܡܘܙܦܬܐ. ܕܬܐܬܐ ܙܪܥܢ ܠܓܘ.
ܒܬܠܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܘܡܐܐ. ܫܘܡ ܒܢܝܢ ܥܠ
ܫܘܥܐ. ܘܥܠ ܚ̈ܠܐ ܒܢܐ ܗܘܢܢ. ܫܥܐ ܪܘܓܙܐ
ܘܣܚܦ ܡ̈ܓܕܠܐ. ܕܢܒܢܐ ܢܦܫܢ ܥܠ ܫܪܪܐ.
ܐܬܕܟܪ ܠܣܝܒܘܬܐ. ܐܘ ܛܠܝܘܬܐ ܡܨܒܬܐ.
ܕܡܛܠ ܡܢܟ ܐܣܟܡܐ. ܘܦܪܨܘܦܐ ܟܠܗ ܡܘܡܐ
ܥܠ ܒܘܟܪ. ܠܠܡܐܢܐ ܕܙܝܘܥܬܐ. ܟܢܫܐ
ܟܠܗ ܫܘܒܗܪܟ. ܚܙܝܐ ܕܙܒܢ ܐܟܠ ܡܬܐܠܨܝܢ
ܕܢܚܘܪܘܢ ܒܟ. ܒܥܕܢ ܕܬܣܐ ܡܐ ܕܡܬܐܠܨܝܢ.
ܕܢܗܦܟܘܢ ܡܢܟ ܐܦܝܗܘܢ.

10. Vineam illam, quæ fuit dilecto meo in agris regionis cœlestis, eradicavit prævaricator ; et plantavit vineam novam pro ea. Vineæ temporales melius coluntur quam vineæ veritatis. Vastavit ira divina omnes vineas ut vineam veritatis coleremus. In agro exculto frumentum seminatur et anima inter spinas suffocatur. Vastavit Justus agros nostros ; periit fenus cum credito ut germinaret semen nostrum interius et produceret triginta et sexaginta et centum. Stabilienda est ædificatio nostra super petram, et super arenam ædificat mens nostra. Irruit ira divina et evertit arces ut ædificaremus animam nostram super veritatem. Memento senectutis, o juventus exornata, quia velamine te exuet et totam tuam personam maculis velabit; ad portum horroris colliget omnia quibus gloriaris. Hujus temporis spectatores cogentur te intueri ; cogentur, quando senueris, faciem suam a te avertere.

Sectanda pulchritudo quæ nunquam marcessit.

ܐܬܕܟܪܝܗܝ ܠܟܘܪܗܢܐ. ܕܒܗ ܚܡܐ ܦܪܨܘܦܐ
ܕܐܫܒܚܬ. ܐܬܕܟܪܝܗܝ ܐܦ ܠܡܘܬܐ. ܕܫܪܐ
ܕܟܠ ܗܕ̈ܡܝܟ. ܡܐ ܕܚܝܠ ܒܬܪ ܩܠܝܠ.
ܗܕ̈ܡܐ ܕܠܐܐ ܒܗܘܢ. ܘܕܚܝܠ ܒܣܝܒܘܬܐ.
ܘܕܚܝܠ ܒܩܒܪܐ. ܡܐ ܠܐܝܐ ܛܠܝܘܬܐ.
ܠܡܨܒܬܗ ܡܣܢܝܐ. ܗܘ ܕܡܣܢܝ ܐܘ ܛܠܝܘܬܐ.
ܟܡܝܢ ܒܗܘܢ ܠܐ ܡܢܝܢ. ܘܡܘܡܝܢ
ܘܢܦܩܝܢ ܡܢ ܓܘܗ. ܕܣܝܒܘܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܐܪܥܐ.
ܘܟܘܒܐ ܕܡܘ̈ܡܐ ܚܢܩ ܠܗ. ܠܫܘܒܗܪܐ ܦܩܚܐ
ܕܛܠܝܘܬܐ. ܐܪܟܢ ܐܕܢܟ ܛܠܝܘܬܐ. ܘܐܫܬܡܥ
ܠܟܢ ܐܝܟ ܡܠܘܟܐ. ܗܘ ܕܐܦܝ ܢܦܫܗ
ܚܒܠ. ܕܢܦܫܟ ܢܗܘܐ ܠܫܪܪܐ. ܗܘ ܕܒܟܠ

11. Memento infirmitatis qua marcesset fluxa tua facies; memento denique mortis quæ omnia tua membra dissolvet. Quam horribilia erunt post breve tempus membra quibus laboras, quam abhorrenda erunt in senectute, quam abhorrenda in sepulchro ! Quid laborat juventus ad exornandum quod tam odiosum erit ? In membris tuis, o juventus, latent innumeræ maculæ, quæ prorumpunt ex intimis senectutis visceribus velut e terra ; spinæ macularum suffocant decorum juventutis florem. Inclina aurem

ܒܗ ܥܠܝܡܐ . ܡܢ ܕܐܣܝ ܢܦܫܗ . ܝܕܥ ܠܡܣܓܐ
ܐܘ ܠܛܒܬܐ . ܒܠܣܛܐ ܕܢܦܠ ܠܐ ܫܒܩ .
ܗܘܐ ܡܙܗܪ ܘܡܨܐ ܠܬܓܪ̈ܐ ܘܡܥܒܕܬܐ .
ܠܐ ܡܬܡܐ ܠܗ ܒܫܘܦܪܐ . ܒܫܘܦܪܗ ܨܒܬ ܐܢܬ
ܕܘܡܝܐ . ܠܐ ܡܬܠܐ ܠܗ̇ ܡܫܚܠܦܬܐ . ܒܗ̇ ܗܘ
ܢܐܐ ܡܢ ܣܝܒܐ . ܡܢܟܠ ܠܐ ܡܨܐ ܡܡܚܝܐ
ܠܗ . ܕܚܝܠܐ ܩܢܐ ܡܢ ܐܝܬܘܗܝ . ܡܣܟܢܘܬܐ
ܐܪܥܗ ܗܝ . ܡܢܗ ܡܩܒܠ ܘܡܬܒܣܡ .
ܐܦܠܐ ܨܘܡܐ ܡܡܚܝܐ ܠܗ . ܡܪܐ ܗܘ ܓܝܪ
ܕܟܠܗ ܥܡܠܗ . ܫܗܪܐ ܘܒܟܝܐ ܐܝܟ ܡܒܘܥܐ .
ܡܒܘ̈ܥܐ ܕܫܘܦܪܐ ܠܗ . ܠܐ ܡܨܝܢ ܟܐܒ̈ܐ ܙܟܝܢ
ܠܗ . ܕܡܢܗܘܢ ܠܗܘܢ ܚܘܠܡܢܐ . ܠܐ ܡܗܡܣ
ܠܗ ܢܣܝܘܢܐ . ܕܡܢܗ ܩܢܐ ܙܟܘܬܐ . ܐܦ ܠܐ
ܪܕܘܦܝܐ ܪܕܦ ܠܗ . ܕܡܢܗ ܟܠܝܠܐ ܓܕܠ
ܠܗ . ܡܘܬܐ ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܚܢܩܝܘܗܝ .
ܕܒܚܝܘܗ̇ ܩܛܠ ܠܗ . ܩܒܪܐ ܠܐ ܡܨܐ
ܕܢܟܣܝܘܗܝ . ܕܒܩܝܡܬܗ ܨܪܐ ܠܗ . ܐܐܪ ܠܐ
ܡܨܐ ܟܠܐ ܠܗ . ܕܒܪܘܡܐ ܕܓܦ̈ܐ ܦܪܚܐ .
ܐܦܠܐ ܫܡܝܐ . ܟܠܝܢ ܠܗ . ܕܩܠܝܕܐ ܕܪܘܡܐ
ܐܝܬ ܠܗ . ܣܠܩ ܥܠ ܡܠܐܟ̈ܐ ܥܠ̈ܝܐ . ܕܚܕܝܢ ܒܗ
ܘܡܚܕܝܢ ܠܗ . ܒܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܣܓܕ ܠܒܪܐ .
ܕܐܝܬܝܗ ܘܫܩܠܗ ܘܐܪܝܡܗ . ܒܗ ܡܫܒܚ ܠܐܒܘܗܝ
ܕܫܘܐ . ܕܒܡܛܐ ܠܘܬܗ ܢܫܘܐ ...

tuam, o juventus et ero tibi consiliarius. Qui sanavit animam suam scit multiplicare admonitiones ad pulchra agenda; qui incidit in latrones potest monere mercatores. Exornare, o juventus, pulchritudine quæ nunquam marcessit, pulchritudine quæ decorat et exornat juventutem et senectutem, pulchritudine quam deformem non reddit infirmitas. Hæc in suo fornace fulget velut aurum; non lædit eam senectus; expulso metu quietem præstat; morbus non potest eam debilem reddere quia robur a seipsa possidet; paupertas terra ejus est, ex ea decorem suum floresque desumit; nec jejunio languida fit, ipsum enim est totius ejus laboris dominus; vigiliæ et fletus fontes sunt e quibus decorem suum haurit; non possunt dolores eam devincere, quum ab eis incolumitatem mutuet; non officit ei tentatio sed triumphos præbet; persecutio eam non aggreditur, sed ei coronam nectit; mors eam opprimere non potest, quum ipsa mortem vita sua perimat; sepulchrum non potest eam obtegere, quia sua resurrectione illud disrupit; aer non potest eam detinere, quia alarum motu in altum effertur; neque cœli possunt ejus ascensum impedire, quia claves altitudinis habet; ascendit supra supernos angelos qui in ea lætantur eamque lætitia afficiunt; in Spiritu sancto adorat Filium, qui detulit, sustulit et elevavit eam; per eum laudat Patrem quod digna fuerit quæ ad ipsum perveniret.

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܀

Explicit sermo primus.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܟܣܢܘܬܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܬܢܝܢܐ ܀

BEATI EPHRÆMI

SERMO (ALTER) DE REPREHENSIONE[1].

Iniquitas fugienda.

ܕܚܠ ܒܪ ܐܢܫܐ ܡܢ ܥܘܠܐ. ܕܥܘܠܐ ܡܚܪܒ
ܐܪ̈ܥܬܐ. ܕܡܥܒܘܥܐ ܗܘ ܕܒܝ̈ܫܬܐ ܪܘܝܐ ܘܡܪܘܐ
ܣܓܝ̈ܐܐ. ܕܫܬܐ ܕܝܢ ܡܢ ܢܒܥܘܗܝ. ܪܘܐ
ܒܗ ܘܛܥܐ ܛܒ̈ܬܐ. ܘܒܪܘܝܘܬܗ ܠܐ ܝܕܥ.
ܟܡܐ ܡܬܚܣܪ ܡܢ ܫܬܝܗ. ܘܠܐ ܡܬܚܙܝܢ
ܡܣܪ̈ܩܬܐ. ܠܗܘܢ ܕܪܚܡܝܢ ܒܝ̈ܫܬܐ. ܠܥܘ̈ܠܐ
ܘܠܪ̈ܫܝܥܐ. ܩܠܝܠ ܗܘ ܢܝܪܗ ܩܫܝܐ. ܠܕܓܠܐ
ܘܠܡܟܕܒܢܐ. ܦܫܝܩ ܗܘ ܠܗ ܠܡܫܩܠ
ܡܘܒܠܗ. ܠܙܢܝܐ ܘܠܓܝܪܐ. ܒܣܝܡ ܪܘܝܐ
ܕܡܒܘܥܗ. ܠܐܟܠܩܪܨܐ ܘܥܘܠ ܪܚܡ. ܫܦܝܪܐ
ܠܗ ܫܢܝܘܬܗ. ܠܚܛܘܦܐ ܘܠܒܙܘܙܐ.
ܪܚܝܡ ܠܗ ܘܢܣܝܒ ܘܓܒܐ. ܠܛܡܐܐ ܦܚܙܐ
ܘܥܠܝܠܐ. ܚܠܐ ܡܪܪܬܗ ܘܒܣܝܡܐ. ܠܓܐܝܐ
ܘܫܒܗܪܐ. ܡܫܦܪ ܠܗ ܘܦܐܐ ܘܡܬܒܥܐ ܀

1. Time, o homo, nequitiam; quia nequitia terras devastat fonsque est malorum exundans et inebrians multos. Qui bibit ex ejus undis inebriatur et obliviscitur bonorum et in sua ebrietate nescit quanto detrimento ex illo potu afficiatur, quum nefandi ejus effectus non appareant. Iniquis et impiis mala amantibus leve fit durum ejus jugum; fallaci et mendaci facile est portare ejus onus; fornicatori et adultero suavis est unda hujus fontis; calumniatori et iniquo avaro placet illius insania; a direptore et spoliatore diligitur, amatur et eligitur; impuro, libidinoso ac lascivo dulcis est ac suavis amaritudo ejus, superbo qui gloriatur et superbit placet et convenit, atque ab eo exquiritur.

Iniquitas iniquis placet, a justis detestatur.

ܡܬܒܥܐ ܗܘ ܥܘܠܐ ܠܥܘ̈ܠܐ. ܘܣܢܐ ܒܥܝ̈ܢܝ
ܙܕܝ̈ܩܐ. ܕܢܦܫܐ ܓܝܪ ܕܟܐܢ̈ܐ. ܡܢ ܪܝܚܗ
ܐܦ ܡܢ ܛܥܡܗ. ܘܢܦܠ ܛܥܡܗ ܡܪܝܪܐ.
ܠܦܘܡܐ ܦܩܪܐ ܕܥܘܠܐ. ܠܗܢܘ ܕܫܪ̈ܝܢ
ܐܘܪ̈ܚܬܗ. ܟܠ ܒܝ̈ܫܬܐ ܦܐܝܢ ܠܗ. ܠܓܐܝܐ
ܥܠܒ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܫܦܪ̈ܢ ܠܗ ܣܢܝ̈ܬܐ. ܡܛܠ
ܕܣܢܐ ܗܘ ܒܥܝ̈ܢܘܗܝ. ܕܚܛܗ̈ܘܗܝ ܢܣܠܐ
ܘܢܫܒܘܩ. ܕܛܥܡ ܠܗ ܛܥܡܐ ܕܥܘܠܐ.
ܘܟܠܗ ܠܗ ܨܒܘܬܗ. ܘܟܕ ܛܥܡܗ
ܐܣܩܦ ܘܗܘ. ܕܛܥܡ ܢܣܩܦ ܘܢܣܒ
ܡܢܗ. ܥܘܠܐ ܕܚܙܐ ܚܙܘܗ. ܕܥܘܠܐ ܡܬܟܠ
ܣܓܝ̈ܐܐ. ܐܝܟ ܕܒܗ ܘܚܙܐ ܠܗܕܪܗ. ܘܡܫܟ

2. Iniquitas exquiritur ab iniquis, sed abominabilis est in oculis justorum, abhorret quippe anima justorum odorem ejus atque saporem; amarus autem iste sapor suavis fit ori rabido iniquorum. Cujus dissolutæ sunt mores ei omnia mala conveniunt; superbo multos despicienti placent odibilia; odiosum quippe est in oculis ejus quod peccata sua reprobet et deserat; siquidem gustat saporem iniquitatis totamque ejus rem suavem habet; quum autem gustavit iniquitatem iniquus specie ejus illectus adhuc

[1] Alius de reprehensione sermo habetur inter sermones de diversis *Opp. Syr. lat.* t. III, p. 644, sqq. Prolixus legitur sermo de *Reprehensione sui ipsius* inter *Opp. græco-lat.* I, 119, sqq. Agitur autem in omnibus hisce sermonibus de re morali et ascetica, sed tituli in diversis codicibus sæpe differunt.

sitit ut rursus ex ea bibat. Quia iniquitas corrumpit multos, peccator defixit in ea oculos, vidit ejus illecebras, iisque capti sunt illius oculi. Justi autem si acciderit ut gustaverint iniquitatem, halitum ejus illico delent, ab ea effugiunt, eam auferunt et a se projiciunt ne illius veneno inficiantur ; si autem acciderit ut eam parumper et a longinquo aspexerint, illico claudunt oculos ne ejus causa perturbentur, illico occludunt aures ne ejus voce commoveantur, pedes ab ea cohibent ne ejus contactu offendant, portas oris sui obserant ne ejus gustu in lasciviam protrahantur, labia sua mundant, ne ejus felle comprimantur, a dulcedine facinorum ejus linguam suam purificant et mentes suas detergunt ne ejus æstu inquinentur; abstergunt membra sua ab ea purissime mentemque suam ab occultis ejus sordibus mundant ac animæ sensus eximunt a servitute corruptionis.

3. Qui stabant sapienter in via media virtutis et triplici modo eam prosequebantur lucidis oculis intuiti sunt ætates pristinas et viderunt afflictos fuisse iniquos, inspexerunt ætates medias et viderunt cruciatos fuisse peccatores. Expectant judicium futurum quo retribuuntur indiscriminatim peccatores cum iniquis, impii cum flagitiosis, impudici cum oppressoribus, impuri et avari cum prodigis qui in terra cum justis commixti absque distinctione vivunt. Qui ambulabant in via lata ex ea separantur ut eant in tenebras. Quamvis dispersi incidunt

Pœna damnatorum.

ܚܒܝܫ ܠܗ . ܚܒܝܫ ܡܥܠ ܕܢܘܪܐ ܣܓܝ . ܕܟܠܗ
ܡܠܝܐ ܠܫܘܢܩܐ . ܘܒܚܝܢ ܒܗ ܐܝܟ ܕܒܚܝ
ܒܗ . ܡܢ ܢܦܠܝܢ ܕܡܫܬܢܩܝܢ . ܥܠ ܕܪܘܚܬ
ܚܛܗܘܢ . ܘܒܝܡܐ ܢܘܪܐ ܫܪܝܘܢ . ܘܥܠ
ܫܘܢܩܐ ܕܫܪܝܘܢ . ܘܫܢܩܐ ܘܫܩܠ
ܒܢܝܗܘܢ . ܘܡܬܢܣܝܢ ܐܝܟ ܡܬܒܚܢ ܘܟܠܗ
ܕܡܪܘܚ ܐܘ ܕܡܢܝܚ . ܫܪܝܢ ܒܪܘܡܐ ܥܠܝܐ .
ܘܡܫܬܩܠܝܢ ܢܘܪܐ ܗܘܝܢ . ܘܡܬܒܥܝܢ ܒܥܘܡܩܐ
ܕܠܬܚܬ . ܘܡܬܒܥ ܡܫܡܫ ܫܠܗܒܝܬܐ . ܚܙܝܢ
ܒܗ ܠܩܕܡܝܗܘܢ . ܘܢܫܒܐ ܕܢܘܪܐ ܢܦܩ ܒܗ .
ܘܡܬܒܥܝܢ ܒܗ ܠܒܣܬܪܗܘܢ . ܘܡܬܚܙܐ
ܕܢܘܪܐ ܥܠܥܠܐ . ܚܙܝܢ ܒܗ ܠܝܡܝܢܐ .
ܚܙܝܢ ܒܗ ܡܠܐ ܫܠܗܒܝܬܐ . ܘܡܬܒܥܝܢ
ܒܗ ܠܣܡܠܐ . ܘܡܬܒܥܠܐ ܕܢܘܪܐ ܘܝܩܕܐ .
ܦܬܝܚ ܦܘܡܗܘܢ ܒܐܘܠܨܢܐ . ܘܡܬܗܦܟ ܢܘܪܐ
ܫܠܗܒܝܬܐ . ܘܡܢ ܢܚܝܪܝܗܘܢ ܕܝܩܕܝܢ . ܥܠܝ
ܬܢܢܐ ܥܒܐ . ܕܐܫܬܪܝܘ ܗܘܘ ܒܛܢܦܘܬܐ .
ܒܢܘܪܐ ܫܪܝܢ ܒܟܐܢܘܬܐ . ܐܕܢܐ ܕܥܘܠܐ ܕܐܬܦܬܚܘܗܝ
ܒܚܘܪܐ ܕܢܘܪܐ ܡܬܥܩܪܝܢ . ܕܦܬܚܘ ܐܢܝܢ
ܠܥܘܠܐ . ܘܣܟܪܘ ܗܘܘ ܒܥܘܠܐ . ܠܩܠܐ
ܕܡܣܟܢܐ ܘܕܐܘܠܨܢܐ . ܝܩܕܐ
ܥܙܝܙܐ ܢܘܪܐ ܩܫܝܐ ܒܦܓܪܝܗܘܢ
ܘܒܗܕܡܝܗܘܢ . ܕܚܛܝܬܐ ܟܣܝܬܐ ܝܩܕܬ
ܒܪܥܝܢܗܘܢ . . . .
ܫܢܩܝܢ ܢܦܫܗܘܢ . . . .
ܘܝܩܕܐ ܕܦܓܪܝܗܘܢ . . . .
ܢܦܩ ܟܠܢܫ . ܘܠܚܒܪܗ .. ܡܢ . . .
ܡܘܩܕ ܕܡܢ ܢܦܫܗ . . . .
ܟܠ ܐܢܫ .. ܟܠ ܚܒܪܗ ܒܚܛܗܐ . . . .
ܕܐܬܚܪܒܘܢ ܐܦ ܡܫܬܠܡܘܢ . ܒܚܛܗܝܗܘܢ .
ܡܬܚܪܒܝܢ . ܢܦܠ ܟܠ ܐܢܫ ܡܬܟܠܝܢ . ܟܠ

quasi unus in eamdem foveam doloribus plenam, ubi unusquisque prout voluptatibus se dedit dolore cruciatur ac probatur[1]. Cadunt in idem mare ignis cujus tormentis nulla datur interruptio ; in illo mari ululant et illacrymantur ex ardore ignis; in eo resonant stridor dentium, projectio corporum, distorsio membrorum, erutio oculorum ; illiduntur et affliguntur et nemo est qui eos recreet aut requiem præstet ; oculos superne in altum levant et fiunt veluti ignis effusiones; aspiciunt in profundum deorsum et scaturiens educitur flamma ; respiciunt ante se et flatus ignis spirat ; respiciunt retro et densam ignis procellam vident ; oculos vertunt ad dextram et vident flammam circumfusam ; intuentur ad sinistram et ardet ingens flammæ funiculus ; hiat os eorum præ dolore et evomit ignem cum flammis; ex adustis naribus densus ascendit fumus ; qui se turpiter dissolverant igne juste dissolvuntur ; perfidæ aurium portæ violentia ignis eradicantur, quia aperuerant eas iniquitati et perverse occluserant voci pauperum, afflictorum et egentium, ardet ignis asper in corporibus et membris eorum, quia peccatum occultum exarsit in mente eorum[2]... cruciant se... ardor corporum eorum... exit unusquisque et socium... comburit quia ex se...unusquisque...socium in peccatis... destruuntur et consumuntur.

[1] Conferenda sunt quæ habet de pœnis damnatorum in sermone *de timore Dei et consummatione sæculi, Opp. Syr. lat.* III, 637-638.

[2] In codice hic quædam verba occurrunt quæ legi non possunt.

[illegible]

In socios offendunt; exeuntes cuncti accumulantur super socios suos et super conjuges ; fervet autem flamma in secretioribus eorum partibus et in medulla membrorum ignis ardorem suum multiplicat ; qui erga veritatem aridi erant et erga peccatum virentes, liquescunt et arefiunt pro voluntate flammæ. Cadit impurus super immundum et impudicus super scortatorem ; prostrantur et dejiciuntur deceptores cum mendacibus. Oppressor in avarum impingit et ambo velut unus cadunt in tormenta ; invidia et æmulatio, lubrici capitis et oculorum nutus, ebrietas et crapula, direptor et spoliator, iniqui et flagitiosi, mendaces et impii, omnia zizania velut unum in invicem ibi impingunt. Duo in suis angustiis caput sibi invicem collidunt; unusquisque spirat ignem et flatu suo incendit proximos. Impingit mater in filios suos ; collidit pater unigenitum suum, et diris exacerbati angustiis rabie et morsu in invicem efferuntur. Mordet mater dilectum suum, mordet pater filios suos, mordet frater fratrem et proximus vicinum ; unusquisque quem obvium habet mordet, lacerat et destruit. *Vorabit Manasses Ephraim, et Ephraim Manassen*[1], etiam vir in afflictione vorabit carnem brachii sui et pater vorabit filios suos et mater dilectum suum, delicata et tenera vorabit suos filios ac filias, etiam mulieres misericordia sua tenerrimæ filios coxerunt in maximis

[1] *Is.* IX, 20.

ܕܠܡܐ ...ܐ ܠܬܫܢܝܩܗܘܢ . ܢܟܬ ܕܝܢ ܐܝܟܐ
ܕܢܟܬ . ܠܐ ܗܘܐ ܕܟܦܢܗ ܢܣܒܥ . ܐܠܐ
ܕܢܬܠܐ ܐܝܟ ... ܚܘ ܫܘܢܩܗ . . . .
ܡܫܟܚ ܬܘܒ ܕܢܦܩܝ . . . .
... ܡܪ̈ܝܪܬܐ ܠܐ ܕܝܢ ܫܠܐ . . . .
ܕܠܥܠܡ ܗܘܐ ܬܫܢܝܩܗ . . . .
... ܕܠܚܕ̈ܕܐ ܘܐܦ . ܡܢܟܬܝܢ
ܠܝ ܟܣܝ̈ܪ ܘܡܢܟܬ . . . .
ܦܪܙܠܐ ܘܢܚܫܐ ܩܫܝܐ . ܘܡܬܒܪ ܐܚܘܗܝ ܚܪ̈ܨܐ
ܘܡܥܘܪ ܥܝ̈ܢܘܗܝ . ܐܝܟ ܐܝܟܐ ܕܢܟܬ
ܠܗ . ܢܦܫܗ ܡܘܒܕ ܘܡܗܡܝܟ . ܘܠܒܣܪܐ
ܗܘ ܕܩܢܘܡܗ . ܡܢܟܬ ܠܗ ܡܪܝܪܐܝܬ . ܗܕ̈ܡܐ
ܐܝܟ ܥܪ̈ܩܐ . ܐܦ ܓܡܘܪ̈ܐ ܕܥܘܠܐ . ܘܠܐ
ܬܚܘܡܐ ܝܗܝܒ ܠܫܢܕܝܗܘܢ . ܘܠܐ ܫܠܝܐ ܠܫܢܝܩܗܘܢ .
ܠܐ ܓܡܝܪܐ ܠܡܚ̈ܘܬܗܘܢ ܘܠܐ ܐܣܝܘܬܐ ܠܟܐܒ̈ܝܗܘܢ
ܘܠܝܬ ܕܡܪܛܒ ܠܫܢܐ ܕܠܫܢ̈ܝܩܝܗܘܢ . .
ܘܠܝܬ ܕܦܪܩ ܘܡܦܨܐ . ܠܡܣܟ̈ܢܐ ܕܢܦܠܘ
ܡܢ ܫܠܝ . ܘܐܦ ܠܐ ܐܝܬ ܕܡܣܡܟ ܘܡܩܝܡ . .
ܠܪ̈ܡܝܐ ܕܢܦܠܘ ܘܫܦܠܘ . ܒܚܫܘܟܐ ܒܪܝܐ .
ܒܥܘܪܩ ܫܢ̈ܐ ܡܬܐܠܨܝܢ . ܘܒܥܡܛܬܐ ܚܫܝܟܐ .
ܡܓܫܫܝܢ ܘܛܥܝܢ ܐܝܟ ܣ̈ܡܝܐ . ܘܠܚܪܬܐ ܒܦܚܬܐ
ܥܡܝܩܬܐ ܙܕܩܐܝܬ ܢܦܠܝܢ ܒܐܝܠܐ ❖

angustiis[1]; si autem in hisce angustiis quæ umbra tantum sunt supernarum sic plasmati sunt homines ut carnes filiorum suorum manducarent, quid facient miseri quando cruciabuntur in afflictione et tormentis nunquam transituris? Finis quippe non datur eorum cruciatui. Mordebit porro qui mordet, non ut famem satiet, sed... cruciatus ejus... Potest rursus... amara non cessabunt quia cruciatus ejus in æternum erit... Si invicem... mordet ferrum et æneum durum et confringit frater ejus lumbos et eruit oculos suos; qui mordet ibi seipsum perdit et lædit, carnem enim suæ subsistentiæ mordet perniciose. Membra et venæ iniquorum carbones fiunt. Non datur terminus vexationibus eorum, nec intermissio cruciatui, nec remedium plagis, nec sanatio doloribus; nemo est qui humectet linguam eorum ejusque cruciatum emolliat; nec est qui liberet et eripiat prostratos qui subito ceciderunt, nec est qui sustentet et erigat jacentes qui prolapsi sunt in tenebras exteriores, ubi stridore dentium affliguntur et in densa caligine palpant et errant ut cœci et tandem in fossam profundam juste cadunt.

Status justorum in paradiso.

ܙܕܝܩ̈ܐ ܕܝܢ ܫܪܝܪ̈ܐ . ܬܪ̈ܝܨܐ ܘܛܒ̈ܐ ܘܚܦܝ̈ܛܐ . ܘܢܟܦ̈ܐ
ܘܫܗܪ̈ܐ ܘܨܝܡ̈ܐ . ܐܒܝ̈ܠܐ ܘܡܪ̈ܚܡܢܐ .
ܘܕܟܝ̈ܐ ܒܠܒܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ . ܘܪ̈ܚܡܝ ܡܝܬܪ̈ܬܐ .
ܘܛܢ̈ܢܘܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܡܫܥܒ̈ܕܘܗ
ܕܙܕܝܩܘܬܐ . ܐܝܚܝ̈ܕܝܐ ܘܒܢ̈ܝ ܢܘܗܪܐ . ܪ̈ܚܡܝ
ܩܘܫܬܐ ܘܫܪܪܐ . ܕܠܫܡܝܐ ܒܟܠ ܚܝܝܗܘܢ .

3. Veri autem justi, recti et probi, et virtutis studiosi et casti et vigiliis ac jejunio assidui, et ascetæ et misericordes, et mundi corde, et sancti, et virtutum cultores, et fidei zelatores, et justitiæ addicti, monachi et filii lucis, veritatis ama-

[1] Thren. IV, 10.

[illegible]

[illegible]

tores, qui spem absconditam salutemque æternam expectant et Bonum collaudant quod eos gratia sua lætificat, omnes filii dextræ, milites regis magni, in æternum gaudent in celsitudine gloriosi paradisi, in jucundis ejus umbris supportant flatus malorum, et inter amœnos arbores recreantur deliciis gloriæ in illo paradiso quem aspicere non potest oculus polluti, corrupti et iniqui, in illo paradiso e quo exit radius percutiens et excæcans oculos, e quo vident boni in abysso tenebrarum acerbos cruciatus malorum sinistræ filiorum violentaque tormenta nigrorum caliginis filiorum, quorum haud recti fuerunt incessus in contortis eorum semitis, sicut vidit Abraham fumum et incendium Sodomæ super incolas corruentis.

4. Propter incolarum nequitiam incendit Sodomam ignis iræ divinæ, propter civium impietatem combussit eam sulphur et invasit timor vicinas urbes. Quia afflicti sunt in ea pauperes et cruciati egentes et ulularunt oppressi, quia clamavit vidua, et vociferavit orphanus propter impietatem urbis; quia egeni et nudi clamores usque in cœlum protulerunt, quod bonorum plena ea coacervaret et coram esurientibus occluderet, quod cuncti comederent et deliciis saturarentur dum alii esurirent in plateis, quod bonorum possessores potu se inebriarent, dum sitientes linguæ siccitate laborarent, quod iniqui singulis momentis vestes coloribus pulcherrimas mutarent dum egenus

Iniquitas causa ruinæ Sodomitarum.

ܐܝܟ ܠܡܣܬܝܢܐ . ܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܡܒܝܐ . ܕܟܪ̈ܝܐ
ܪܢܘ ܐܝܟ . ܘܐܠܒܫܘ ܡܡܚܟܗ ܐܝܟ ܚܕ .
ܠܒܝܫܐ ܥܘܠܐ ܘܡܣܟܢܐ . ܘܠܐ ܐܝܬ ܣܦܩ ܗܘܐ
ܥܘܠܐ . ܘܐܟܒܘ ܒܥܘܠܐ ܕܢܣܒܘܢ . ܘܦܫܡ
ܡܢ ܗܕܐ ܠܕܝܢܐ . ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܘܡܟܢܫܝܢ
ܘܩܡܘ ܐܟܚܕ ܟܠܗ ܠܩܘܒܠܐ ܡܫܡܘܠܐ ܕܢܘܬܪ
ܕܟܣܝܐ . ܘܫܡܥܗ ܐܨܬ ܐܦ ܗܘ . ܘܡܫܬܩܠ
ܬܒܥܐ ܕܢܩܡܬܐ . ܘܡܦܩܕܐ ܠܥܢ̈ܢܐ .
ܘܡܪܡܢܐ ܐܪܣܬܗ . ܠܥܡܛܪܬܐ ܠܥܢܢܐ .
ܘܡܛܠ ܦܘܡܗ ܕܢܘܪܐ . ܦܫܛܗ ܠܐܪ̈ܥܐ
ܕܟܒܪܝܬܐ . ܘܡܛܠ ܡܥܕ ܟܪ̈ܝܘܗܝ . ܒܚܡܬܐ
ܡܒܘܠܐ ܘܡܛܠܐ . ܘܐܪܥܠ ܡܛܠ ܡܛܢ̈ܐ
ܠܡܬܓܐܘܬܐ ܦܪܣܐ ܡܠܟܐ . ܘܡܛܪܢܐ ܠܟܠܐ .

frigore cruciaretur in plateis, quod nemo adesset qui recrearet afflictos et vestiret nudos; quia sufficiens non fuit amarum facinus quo egentes oppresserunt, sed odiosum hoc addiderunt quod conviciis eos oppetierunt et congregati in unum sese opposuerunt judici justo et occulto; idcirco auditum atque aurem præbuit ille justus, atque illico de eorum judiciis ultionem sumpsit præcipiensque repente nubibus distillavit ignem et sulphur et in ira sua simul diluvio ignis oppressit contaminatos. Accensus igitur ille ignis destruxit altitudinem superborum, depressit eorum gloriationem, exaltationem disjecit, superbiam prostravit illiusque os pulvere implevit, aperuit portas divitum et ingressus collegit thesauros eorum, posuit eos in arcibus et clamans voce quæ incolas in cubiculis tremefecit volatu ascendit ad incolas supernos.

ܚܙܬ ܢܘܪܐ ܪܒܘܬܐ ܕܥܪ̈ܣܬܐ . ܘܫܘܦܪܐ
ܕܠܒܘܫܝܗܘܢ . ܕܚܙܬ ܠܪܥܒܬܢܐ ܘܡܬܦܢܩܢܐ .
ܘܡܚܬܗ ܘܦܩܥ ܡܢ ܫܥܬܗ . ܗܝ ܗܦܟܬ ܘܫܕܬ
ܥܪ̈ܣܬܐ . ܘܡܣܬܡܟܢܐ ܥܡ ܦܬܘܪܐ . ܠܚܡܗ
ܕܥܠ ܦܘܡ ܚܣܡܗ . ܘܢܘܪܐ ܫܪܬ ܒܠܫܢܗ .
ܝܩܕ ܠܚܡܗ ܥܡ ܠܫܢܗ . ܐܦ ܫܬܝܗ
ܥܡ ܣܦܘ̈ܬܗ . ܩܠܐ ܗܘܐ ܩܠܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ .
ܘܐܪܡܝ ܙܘܥܐ ܘܡܣܪܘܕܐ . ܘܟܠ ܐܢܫ ܥܪܩ
ܘܡܬܛܫܐ . ܢܘܪܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܝܐ ܗܘܬ .
ܘܟܠܡܐ ܟܠ ܟܕ ܐܬܛܫܝ . ܐܕܪܟܬ ܘܫܩܠܬܗ
ܡܢ ܬܡܢ . ܒܥܛܬܗ ܠܟܪܣܐ ܕܥܠܘܒܐ .
ܘܦܬܚܬܗ . ܘܐܦܩܬ ܕܥܬܝܪ̈ܐ ܡܣܟܢܘ ܠܒܪܗ
ܕܛܪܘܐ . ܘܐܟܪܝܬܗ ܒܡܟܘܟܒܝܬܐ . ܫܪܝܬܐ

Vidit ignis magnificentiam lectorum, decorem vestimentorum, vidit gulosum recumbentem et voluptatibus indulgentem et percussit eum illeque statim disruptus jacuit; idem ille ignis evertit lectos et recumbentes cum mensis; panis adhuc erat in ore gulosi quum jam ignis insideret in lingua ejus; combustus est panis cum lingua et potus cum labiis; vox flammæ personans commotionem atque trepidationem excitavit ita ut cuncti fugerent ad se abscondendos, sed ignis omnes exquirebat, cunctos quocumque se abscondissent attigit et inde abstulit, calce petivit ventrem oppressoris

ܦܫܝ̈ܩܐ . ܘܥܫܝ̈ܢܐ . ܕܚܝ̈ܠܬܢܐ ܘܓܢܒܪ̈ܐ .
ܚܣܝܢ ܐܦ ܐܝܟ ܟܐܦܐ . ܘܗܘܘ ܩܛܡܐ
ܘܥܦܪܐ . ܒܦܘܡܗܘܢ ܘܒܓܓܪ̈ܬܗܘܢ .
ܫܪܬ ܦܘܪܫܐ ܕܓܪ̈ܡܝܗܘܢ ܐܦ ܠܗܕܡܐ
ܕܦܓܪ̈ܝܗܘܢ . ܕܐܬܪܟܒܘ ܗܘܘ ܠܗܕܡܐ .
ܘܐܬܚܒܠܘ ܗܘܘ ܗܦܝܟܐܝܬ . ܕܐܬܪܟܒܘ ܗܘܘ
ܠܗܕܡܐ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܕܒܪܘܝܐ . ܘܐܬܚܒܠܘ
ܗܘܘ ܗܦܝܟܐܝܬ . ܡܢ ܨܒܝܢܗܘܢ ܗܦܝܟܐ .
ܠܟܠ ܐܝܟ ܐܝܟܐ ܕܐܫܟܚܬ . ܢܘܪܐ ܣܚܦܬ
ܘܣܚܦܬܗ . ܒܠܒܘ̈ܫܝܗܘܢ ܐܬܝܩܕܘ . ܕܠܡܢ
ܗܘܘ ܡܢ ܕܥܪܛܠܝ . ܒܡܫܚ̈ܝܗܘܢ ܐܬܒܫܠܘ .
ܕܠܐ ܡܫܚܘ ܚܝܘܢ ܠܣܘܚܐ . ܒܚܡܪ̈ܝܗܘܢ
ܐܬܢܓܕܘ . ܕܠܐ ܐܫܩܝܘ ܗܘܘ ܠܨܗܝܐ . ܗܘܘ
ܩܒܪ̈ܝܗܘܢ ܒ̈ܬܝܗܘܢ . ܕܠܐ ܥܠܗ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
ܡܣܟ̈ܢܐ . ܒܡܘܬܒ̈ܝܗܘܢ ܐܬܚܦܪܘ . ܕܒܗܘܢ
ܥܒܕܘ ܛܢ̈ܦܬܐ . ܒܩܝܛܘܢ̈ܝܗܘܢ ܐܬܢܓܕܘ .
ܕܒܗܘܢ ܥܒܕܘ ܒܝ̈ܫܬܐ . ܒܒ̈ܬܝܗܘܢ
ܐܬܐܟܠܘ . ܕܛܢܦܘ ܒܗܘܢ ܛܢܘܦܘܬܐ . ܒܫܘ̈ܩܐ
ܐܬܪܡܝܘ ܗܘܘ . ܕܒܝܕܗܘܢ ܟܦ̈ܢܐ
ܐܬܢܓܕܘ . ܗܘܘ ܓܪ̈ܡܐ ܕܣܒ̈ܐ ܩܝ̈ܣܐ .
ܘܫܠܗܒܐ ܠܚܒ̈ܝܒܝܗܘܢ . ܘܐܝܩܕܘ ܐܟܚܕܐ
ܣܒ̈ܝܗܘܢ ܘܥܠܝ̈ܡܝܗܘܢ ܘܛܠܝ̈ܐ . ܐܬܚܢܩܘ
ܐܦ ܥܘ̈ܠܐ . ܒܥܘܒܐ ܕܐܡ̈ܗܬܐ . ܐܬܚܒܠܘ
ܗܘܘ ܐܦ ܥܘ̈ܠܐ . ܒܓܘ ܟܪ̈ܣܐ ܕܝܠܘ̈ܕܬܐ .
ܐܬܚܡܬ ܢܘܪܐ ܕܬܪ̈ܬܝܗܘܢ . ܒܡܚܒ̈ܠܐ
ܘܒܡܚܒ̈ܠܬܐ . ܒܒ̈ܬܘܠܬܐ ܕܐܙܕܠܦ . ܘܒܒ̈ܥܠܬܐ
ܕܐܬܛܠܦ ܒܥܡ ܓܒܪܐ ܕܐܬܛܠܡ . ܒܒܬܘ̈ܠܬܐ
ܕܐܬܛܡܝ . ܘܒܡܟܪ̈ܬܐ ܕܐܬܛܢܦ . ܘܒܡܟܪܘܢ
ܕܐܬܚܒܠ . ܕܣܚܝ ܘܡܫܚ ܘܐܬܟܚܠ
ܠܒܝ̈ܫܬܐ ܘܠܡܣܪ̈ܝܩܬܐ . ܘܓܕܠܬ ܗܘܘ

qui fructus oppressionis evomuit; ignis etiam percussit capita saxea et flamma sua confregit, ossa etiam dura ac compacta fortium et heroum contrivit, et facta sunt cinis et pulvis in ore et faucibus eorum. Disjunctis ossibus, solvit corpora solide compacta, quæ perverse corrupta fuerant. Quæ solide compacta fuerant juxta voluntatem creatoris, inverso ordine corrupta fuerant ex voluntate eorum perversa. Ignis cunctos prostravit ubicumque invenit. In vestibus suis combusti sunt qui nudos repellerant; in unguentis suis cocti sunt qui squalentes non unxerant; vinis suis cruciati sunt qui potum non præbuerant sitientibus; domus sepulchra fuerunt iis a quibus repulsi fuerant pauperes; in habitaculis suis effossi fuerunt qui in eis abominanda fecerant; in conclavibus suis cruciati fuerunt qui in eis mala patrarant; in domibus suis consumpti sunt qui in eis immunditiis se polluerant; in plateis prostrati sunt illi per quos esurientes afflicti fuerant; facta sunt ossa senum velut ligna et flamma pro dilectis suis; cremati sunt simul senes, juvenes et pueri; suffocati sunt infantes in sinu matrum, et fœtus destructi sunt in utero genitricum. Exarsit ignis in corruptis utriusque sexus, in virginibus pollutis, in maritatis quæ desipuerunt, in uxoribus contaminatis, in virginibus defloratis, in sponsa inquinata et in sponso corrupto. Quæ se lavaverant et unxerant et stibio decoraverant ad mala ac probrosa, quæ se intortis crini-

ܘܐܨܛܒܬ. ܠܛܢܦܘܬܐ ܘܠܣܘܠܦܐ. ܘܠܒܫ
ܗܘܝ ܐܣܛܠܐ ܗܘܝ. ܠܙܢܝܘܬܐ ܘܠܓܘܪܐ.
ܘܒܣܡ ܪܝܚܐ ܕܒܣܡܝܗܝܢ. ܘܐܓܪܓ ܠܛܥܝܬܐ
ܘܡܛܢܦܐ ܘܡܣܝܒܐ ܕܦܪܨܘܦܗܝܢ. ܚܛܦ
ܘܥܝܢܝ ܚܙܝܗܝܢ. ܠܗܠܝܢ ܢܘܪܐ ܒܟܐܢܘܬܐ
ܡܛܢܦܐ ܕܫܪܝܘܬܗܝܢ. ܕܪܚܡ ܦܘܟܐ ܘܟܘܚܠܐ.
ܗܘܐ ܩܛܡܐ ܟܘܚܠܐ ܒܥܝܢܝܗܝܢ. ܕܒܥܐ ܪܝܚܐ
ܕܒܣܡܐ. ܣܪܝ ܗܘܐ ܪܝܚܐ ܕܦܓܪܝܗܝܢ.
ܘܥܠ ܕܒܨܒܝܢܝܗܝܢ ܐܫܬܒܗܪ. ܒܫܠܗܒܝܬܐ
ܐܫܬܦܠ. ܕܒܦܘܟܝܗܝܢ ܫܒܝ ܐܢܫܐ.
ܒܓܘܡܪܐ ܐܬܐ ܠܥܝܢܝܗܝܢ. ܕܒܩܕܫܐ
ܐܬܬܟܝܟ. ܒܩܠܐ ܦܩܥܐ ܪܥܡܐ ܐܬܚܪܫܝܗܝܢ.
ܕܡܪܩ ܐܫܢܝܗܝܢ ܡܫܪܝܗܝܢ. ܐܫܢܝܗܝܢ ܐܟܡܘ ܬܢܢܐ.
ܘܨܒܬ ܗܘܘ ܦܪܨܘܦܝܗܝܢ. ܣܚܦ ܐܢܝܢ
ܝܩܕܐ. ܕܡܪܩ ܘܓܕܠ ܡܣܪܩܝܗܝܢ. ܒܢܘܪܐ
ܕܢܘܪܐ ܐܬܝܩܕ. ܕܣܚܝ ܘܡܫܚ ܦܓܪܝܗܝܢ.
ܒܫܠܗܒܝܬܐ ܝܩܕܬܐ ܘܐܬܐܟܠ. ܕܦܓܪܝܗܝܢ
ܒܥܛܪܐ ܚܘܪ. ܓܪܡܝܗܝܢ ܒܢܘܪܐ ܚܘܪܘ.
ܕܒܡܐܟܠܬܐ ܘܒܦܘܢܩܐ ܣܒܥ. ܘܥܠ ܡܣܟܢܐ
ܡܪܚܡܢܐ ܠܐ ܗܘܘ. ܦܓܪܝܗܝܢ ܐܟܠ ܢܘܪܐ
ܘܠܐ ܪܚܡܐ. ܘܠܐ ܫܘܒܩܢܐ. ܘܠܐ
ܕܒܡܫܚܐ ܡܫܚ ܐܢܝܢ. ܘܠܐ ܡܫܚ ܥܠ
ܐܪܡܠܬܐ. ܠܫܢܗܝܢ ܡܫܚ ܢܘܪܐ ܡܢ
ܬܪܒܐ ܘܡܢ ܕܡܐ. ܕܒܠܒܘܫܝܗܝܢ
ܫܚܢ ܗܘܝ. ܘܥܪܛܠܝܐ ܠܐ ܫܚܢ.

bus exornaverant ad immunditiam et contaminationem, quæ elegantibus vestibus se induerant ad scortationem et adulterium, quæ suavi aromatum suorum odore ad insana provocarant inquinatos et contaminatos, et specie sua illexerant ac rapuerant oculos eas intuentium, ignis juste ultus est earum dissolutas contaminationes. Quæ fucum amaverant, stibium cinis factum est in oculis earum, quæ odorem aromatum exquisierant, fœtidum odorem emiserunt earum corpora et quia ornamentis suis gloriatæ fuerant flamma humiliatæ sunt; quæ fuco et stibio captivaverant viros oculis captæ fuerunt per carbones; quæ inauribus se submiserant voce tonitruum surdæ effectæ sunt; quarum dentes nimio studio detersæ fuerant, earum dentes fumo nigræ effectæ sunt; quæ facies suas voluptuose exornarant, consumpsit eas incendium; quæ pexerunt et intorserunt suos crines, earum capilli igne ardente combusti fuerunt; quæ lavaverunt et unxerunt sua corpora flamma exarserunt et consumptæ sunt; quarum corpora suffitibus candida reddita sunt earum ossa igne candida facta sunt; quæ escis et deliciis satiatæ sunt atque in pauperes immisericordes fuerunt, earum corpora consumpsit ignis absque misericordia et absque remissione; quæ unguento unxerunt se et non unxerunt viduas, earum linguam unxit flamma ignis ex corporis pinguedine et sanguine; quæ vestibus se calefecerant et nudos non calefe-

[illegible]

cerant earum corpora in propriis vestibus constricta et combusta fuere; quæ portabant e fastu et gloriatione margaritas abscidit gladius igneus colla et cervices earum; quæ lasciverant in lectulis et voluptati indulserant in mollibus vestibus tela ignea perforarunt earum lumbos ac latera; quæ magnificentia se extulerant, ecce in æternum prostratæ sunt; quæ gloriantes superbierant interierunt in generationem generationum.

[illegible]

5. Sævis hisce judiciis impuri ira divina plexi sunt, hos acerbos ignis cruciatus sustinuerunt impii et cor nostrum non sentit retrahendam esse animam nostram ab iniquitate, quia ardent sensus nostri amore lethalis nequitiæ, et captivæ tenentur nostra mens, cogitationes ac sollicitudo, quia passiones nimium nos gravant ut possimus assequi scientiam et flagellum simplex possit nos reducere in viam veritatis et semita recta delectare eum qui ex eo vult exire, quia cor nostrum nimium multiplicavit suas rebelliones et errata, nec malis suis nisi brevi tempore perturbatur, nec persuasione emollitur nisi quasi falso. Etsi multiplicata fuere sæva flagella et virga castigationis, tamen nostra non deterretur humanitas ab ignominia veterum, quia devicta fuit virtus virorum propter peccatum in bello, donec proditi fuere contaminati et quievit ira altissimi.

[illegible]

6. Etiam nos, Domine, urget flagellum quod contigit antiquis. Unum fructum decerpserat Adam

Invehitur in vitia suorum concivium.

ܘܐܬܦܪܣ ܥܪܛܠ ܘܢܦܩ . ܪܒܘ ܦܐܪ̈ܐ
ܕܚܛܗܐ . ܩܛܦܗ ܘܢܣܒܗ ܐܢܫܘܬܢ . ܘܗܐ
ܒܛܝܒܘܬܐ . ܒܪܚܡܐ ܘܫܘܒܩܢܐ ܘܚܢܢܐ .
ܓܢܒܪ̈ܐ ܕܐܬܦܪܥܘ ܗܘܘ . ܥܕ ܠܐ ܝܗܝܒ ܗܘܐ
ܢܡܘܣܐ . ܚܛܦ ܘܚܢܩ ܛܘܦܢܐ . ܣܓܝ̈ܐܐ
ܘܐܬܪ̈ܒܝܘ . ܪܒܘ ܩܠ̈ܝ ܕܢܡܘܣܐ . ܩܥܝܢ ܠܢ
ܒܐܕܢ̈ܝܢ . ܘܠܐ ܡܬܒܗܬܐ ܬܪܥܝܬܢ .
ܘܬܬܟܬܫ ܠܡܐܠܦ ܫܪܪܐ . ܓܢܒܪ̈ܐ ܒܢܘ
ܡܓܕܠܐ . ܘܐܬܒܠܒܠܘ ܠܫܢܝܗܘܢ . ܛܘܪ̈ܐ
ܕܚܛܗ̈ܐ . ܗܐ ܪܡܝܢ . ܘܗܐ ܫܪܟܐ ܡܠܬܐ
ܦܘܡܢ . ܣܕܘܡܝ̈ܐ ܟܠܘ ܡܢ ܟܦܢ̈ܐ . ܠܚܡܐ
ܡܢ ܒ̈ܬܝܗܘܢ . ܘܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ .
ܠܐܝܕܐ ܕܟܠܬ ܠܗܘܢ . ܘܗܐ ܒܝܢܬܢ ܡܬܚܛܦܝܢ
ܝܬܡ̈ܐ ܘܟܦܢ̈ܐ ܘܡܣܟܢ̈ܐ . ܘܩܝܡܐ ܐܝܕܐ
ܕܚܛܦܬ . ܠܝܬܡܐ ܘܟܦܢܐ ܘܐܪܡܠܬܐ . ܠܦܪܥܘܢ
ܕܩܫܐ ܗܘܐ ܠܒܗ . ܘܡܪܝܕܐ ܗܘܐ ܬܪܥܝܬܗ .
ܚܘܛܪܐ ܐܝܟ ܐܬܗܦܟܬ . ܘܗܦܟܘܗ ܘܗܘܐ
ܐܢܫܐ . ܗܪܟܐ ܙܩܝܦܐ ܕܦܘܪܩܢܐ . ܕܡܝ̈ܬܐ
ܒܫܝܘܠ ܚܝܐ ܗܘܐ . ܘܗܦܟ ܐܝܟ ܢܗܪܐ ܠܕܡܐ .
ܘܐܬܛܢܦܘ ܛܡܐܐ ܒܨܗܝܐ . ܗܪܟܐ ܕܡܗ
ܐܫܕ ܛܒܐ . ܘܐܫܩܝ ܚܝ̈ܐ ܠܡܝܘܬܘܬܐ .
ܬܡܢ ܐܬܟܢܫܘ ܐܘܪ̈ܕܥܐ . ܕܣܪܝܚܐ ܐܪܥܐ
ܒܪ̈ܝܚܗܘܢ . ܗܪܟܐ ܫܠܝ̈ܚܐ ܫܪܝܪ̈ܐ . ܕܒܣܝܡܬ
ܘܐܬܒܣܡܬ ܡܢܗܘܢ ܐܪܥܐ . ܬܡܢ ܩܠ̈ܡܐ
ܢܒܥܘ . ܘܐܒܐܫܘ ܒܣܪܐ ܕܚܪ̈ܫܐ ܠܗܘܢ .
ܘܐܬܬܥܝܩܘ ܚܪ̈ܫܐ . ܗܪܟܐ ܛܒܐ
ܒܛܝܒܘܬܗ . ܬܘܠ̈ܥܐ ܢܦܨ ܡܢ ܡܝ̈ܬܐ . ܬܡܢ
ܥܫܢܬ ܡܚܘܬܐ . ܘܒܟܠ ܓܢܣ ܗܘܬ .

et nudatus ac spoliatus exivit[1]; multiplicati sunt fructus peccati, eos decerpsit et abstulit humanitas nostra, et ecce per bonitatem, misericordiam et condonationem (gratiæ) habitu tegitur. Gigantes qui ante datam legem luxuriati sunt abripuit et suffocavit diluvium[2], multiplicatæ legis voces clamant nobis in auribus, nec pudore afficitur mens, nec certat ad discendam veritatem. Gigantes ædificarunt turrim et confusæ sunt linguæ eorum[3], montes delictorum ereximus et superest nobis eloquium nostrum. Sodomitæ panem in domibus suis negaverunt esurientibus ignis et sulphur in cinerem redegerunt manus quæ esurientes repulserant[4], ecce inter nos diripiuntur orphani, esurientes et egentes, et remanet manus quæ diripuit orphanum, esurientem et viduam. Virga coram Pharaone, cujus cor induratum erat et mens rebellis, conversa est in draconem[5], et hic adest crux salutis quæ mortuos ab inferis resuscitat; in Ægypto conversum est flumen in sanguinem et contaminati siti cruciati sunt, hic sanguinem suum effundit Bonus et potandam præbet mortalibus vitam; illic collectæ sunt ranæ quarum odore infecta est terra[6], hic adsunt apostoli veri quorum suavi doctrina oblectata est terra; illic sciniphes[7] scaturierunt et carnem vexarunt magorum, hic Bonus gratia sua vermes excutit a mortuis; illic invaluit plaga omnis generis

[1] *Gen.* II-III. - [2] *Gen.* VI. — [3] *Gen.* XI.
[4] *Gen.* XIX. — [5] *Exod.* VII.

[6] *Exod.* VIII. 1-14. — [7] *Exod.* VIII, 17, sqq.

ܒܟܠ . ܗܪܟܐ ܥܡ̈ܡܐ ܐܬܬܠܡܕܘ . ܡܢ ܗܪܟܐ ܕܩܘܫܬܐ . ܬܡܢ ܡܘܬܢܐ ܪܒܐ ܡܘܬܐ . ܕܩܛܠ ܒܥܝܪ̈ܐ ܠܒܪ . ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܚܝܐ ܘܡܚܝܢܐ ܕܬܪܣܝ ܥܡܐ ܒܡܕܒܪܐ . ܬܡܢ ܫܘܚܢܐ ܥܡ ܐܒܥܒܘܥ̈ܐ . ܕܚܒܠ ܘܫܚܢ ܟܠܗ ܥܡܐ . ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܟܐܒ̈ܐ ܐܬܐܣܝܘ . ܕܚܫ̈ܐ ܦܠܛ ܕܡܣܟ̈ܢܐ . ܬܡܢ ܒܪܕܐ ܥܡ ܢܘܪܐ . ܠܐܝ̈ܠܢܐ ܬܒܪ ܒܚܩܠܐ . ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܚܘܒܐ ܐܣܝ ܗܘܐ .. ܠܠܒ̈ܐ ܬܒܝ̈ܪܐ ܒܫܘܠܡ ܀

ܠܐ ܕܝܢ ܢܦܪܘܩ ܡܢ ܥܘܩܒܐ . ܕܐܝܟܢ ܐܡܪܚܘ ܩܕ̈ܡܝܐ . ܘܐܝܟܢ ܐܬܒܥܬ ܒܥܘܠܐ . ܟܐܢܘܬܗ ܕܫܒܝܪ̈ܐ . ܘܐܝܟܢ ܐܡܪܚܢ . ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܪ̈ܐ ܩܕ̈ܡܝܐ . ܘܟܡܐ ܛܒܘܬܐ ܣܝܒܪܬ . ܠܚܛ̈ܝܐ ܟܕ ܠܐ ܫܘܝܢ . ܥܒܕ ܥܡܐ ܥܓܠܐ ܒܡܕܒܪܐ . ܘܣܓܕܘ ܠܗ ܙܢܝܐܝܬ . ܚܕ ܥܓܠܐ ܣܓܕܘ ܗܘܘ ܗܢܘܢ . ܘܕܠܐ ܪܚܡܝܢ ܐܬܚܪܒܘ . ܦܬܟܪ̈ܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܢܝܢ . ܗܐ ܡܘܬܐ ܢܒܥܝܢ ܒܝܢܬܢ . ܡܪܥܝܬܐ ܕܟܪܣܐ ܟܪܣ . ܦܬܟܪܘܬܐ ܗܝ ܕܥܡܪܐ ܒܢ . ܠܡܘܫܐ ܨܥܪܘܗܝ ܙܢ̈ܝܐ . ܕܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܠܡܪܗ ܕܡܘܫܐ ܐܪܓܙܢܝܗܝ . ܕܡܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝ̈ܐ ܦܪܩܢ . ܢܡܘܣܐ ܕܟܠܗ ܚܝ̈ܐ . ܡܫܠܡ ܗܘܐ ܕܢܣܒ ܠܗܘܢ ܡܫܐ . ܟܦܪܘܗܝ ܠܥܡܠܗ ܕܟܬܒܐ . ܘܠܒܥܘܬܐ ܕܨܠܘܬܗ . ܘܐܠܦ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܐܬܓܠܝ ܠܗ . ܚܝܠܐ ܡܫܠܐ ܐܫܟܚܘ . ܐܬܪܐ ܕܟܠܗ ܣܘܥܪܢܐ . ܡܟܝܠ ܢܡܘܣܐ ܕܢܐܬܐ ܠܗ . ܐܬܥܛܠܘ ܠܡܫܬܥܝܘ ܘܠܡܬܦܪܣܘ ܥܡ ܫܘܠܛܢܘ .

muscarum nocivarum[1], hic gentes omnis linguæ doctrinam didicerunt veritatis ; illic pestilentia gravis[2] quæ jumenta in agris occidit, hic vita et vivificator qui populum in deserto aluit ; illic ulcus[3] cum tumoribus qui invasit et ulceravit totum populum, hic dolores sanati et e membris egentium depulsi ; illic grando cum igne[4] quæ arbores in agris confregit, hic vero amor et misericordia quæ sanavit corda confracta ; illic locustarum densum agmen[5] quæ, ut nubes, faciem terræ operuerunt, hic autem amor effusus qui oculos cæci aperuit ; in Ægypto tenebræ[6] regnarunt tribus diebus, lux tribus diebus refulsit in inferis.

7. Non recedamus a considerando quænam ausi sunt antiqui, quomodo ulta est justitia divina vitia superborum ; quomodo nos majora quam antiqui perpetravimus et quanta patientia Bonitas tulit peccatores etsi indignos. Fecit populus vitulum[7] in deserto et impudicam adorationem ipsi præstitit ; unum isti vitulum adorarunt et absque misericordia deleti sunt, idola innumera mortem evomunt inter nos ; gulositas species quædam est idololatriæ inter nos degens. Libidinosi contumeliis affecerunt Moysen qui eos ex Ægypto eduxerat, ad iram provocavimus Dominum Moysi qui e morte ad vitam nos salvavit. Moyses (montem) ascendit ut legem vita plenam eis afferret, abnegarunt laborem ejus ac supplices orationes, et monti ac-

[1] *Exod.* VIII, 21, sqq. — [2] *Exod.* IX, 1-8.
[3] *Exod.* IX, 9-21. — [4] *Exod.* IX, 24, sqq.

[5] *Exod.* X, 1, sqq. — [6] *Exod.* X, 22, sqq.
[7] *Exod.* XXXII.

censo vitulum mortuum amor eorum prætulit; Jesus (in cœlum) ascendit ut pararet nobis locum plenum gaudiis, probris affecimus ejus passionem, resurrectionem atque ascensionem, et pro vita quam promiserat mortem homicidam diligimus; propter solum Achor qui ex anathemate aliquid furatus illud absconderat, totus populus in bello impeditus est et castra incensa sunt donec quæsitus fur e castris exivit[1], quot fures inter nos et nemo est qui recogitet. Impudicum Zamri occidit Phinees[2], vir zeli, et avertit mortem a populo et victoria ei imputata est; extollitur auctoritas libidinosorum; qui vult reprehendere inter nos impeditur, quia timet unusquisque ne probro paululum afficiatur et, imposito ori manu, silet et abstinet ab admonitione. Accinxit Elias lumbos et prodidit regem iniquum, quia acerbe ferebat iniquum facinus ab eo patratum, occisum scilicet bonisque spoliatum ab eo fuisse virum pauperem, et aperuit os suum verax ut proderet iniquitatem superbi et effunderet in terram sanguinem illius qui fuderat sanguinem oppressi, nec erubuit veritatem dicere, increpare et accusare eum, nec byssi ejus verecundia abstinuit ab objurgatione et diffamatione, nec coronæ reverentia retractus fuit ab eo quod ipsi factum exprobraret eumque pudefieret, nec timor potestatis eum impedivit quin mortem ipsi comminaretur, nec reformidavit superbum qui jecit in

[1] *Jos.* VII. — [2] *Num* XXV.

ܣܚܦ̈ܝ ܐܢܘܢ : ܘܣܚܦ̈ܝ ܐܠܝܐ ܘܠܐ ܚܣ .
ܘܣܟܪ ܡܛܪܐ ܘܐܪܡܠܬܐ . ܘܒܕܩܝ ܐܦ
ܡܫܡܫ̈ܢܐ . ܡܛܠ ܕܐܒܕ ܕܢܒܘܬ . ܡܢ
ܣܛܘ̈ܦܐ ܒܟ̈ܠܐ . ܡܛܠ ܕܡܪܚ ܠܨܠܡܐ . ܡܢ
ܛܒܬܐ ܡܨܝܪܬܐ . ܕܢܚܠ ܥܠܘܗܝ ܡܢ ܢܨܚܗ .
ܕܪܡܬ ܐܠܥܕ ܒܩܪܒܐ . ܘܥܘܠܐ ܕܠܘܬܢ
ܡܬܥܒܕ ܝܘܡܢܐ . ܕܣܓܝܐܝܢ ܦܠܚܘܗܝ .

eum tela acuta pressitque tribulationibus ; a rege legis transgressore cohibuit pluviam mortiferam ; arefacti sunt fruges agrorum, quia spoliaverat rex oppressum vinea ab ipso exculta et plantata ; quia etiam ausus fuerat destruere imaginem ab ipsa Bonitate formatam, destructa fuit et prostrata ejus imago in prælio in Ramoth Galaad[1]. Major est autem iniquitas quæ inter nos hodie geritur ; multi quippe sunt Achabi asseclæ, nullus vero Eliæ, spoliantur orphanus et vidua, diripiuntur pauperes et nemo est qui ulciscatur judicia eorum ab iniquis spoliatoribus ; nemo qui liberet afflictos ab iniquis et improbis ; quia quisque timet ne honor suus minuatur, quisque metuit et veretur ne amittat principatum suum.

ܪ̈ܚܡܝܢ ܫܘܠܛܢܐ ܙܒܢܝܐ . ܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܠܥܠܡ .
ܘܟܘܪܣܝܐ ܕܩܝܣܐ ܡܘܬܪܝܢ : ܡܢ ܗܘ ܕܡܠܟܘ
ܠܫܠܝ̈ܚܐ . ܘܡܝܩܪܝܢ ܠܢ ܐܝܩܪܐ . ܕܡܢ
ܫܠܝ̈ܛܐ ܥܘ̈ܠܐ . ܛܒ ܡܢ ܛܒ̈ܬܐ ܕܥܬܝܕܢ .
ܠܡܗܘܐ ܒܗ ܒܡܠܟܘܬܐ . ܗܕܐ ܓܝܪ ܐܦ ܥܠ
ܐܢܫ . ܒܡܦܠܚܬܐ ܕܐܣܬܘܥܪܘܬܗ . ܕܪܚܝܡܐ
ܠܪܝܫܐ ܐܗܘܐ . ܘܡܢܐ ܠܝ ܥܡ ܡܣܟ̈ܢܐ .
ܡܢܐ ܠܝ ܕܐܟܣ ܠܥܠܘܒܐ . ܐܘ ܕܐܕܘܢ ܥܡܗ
ܒܕܝܢܐ . ܠܝ ܠܐ ܢܣܢܐ ܫܠܝܛܐ ܘܢܦܩܘܢ
ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܝܬܡܐ . ܐܝܩܪܝ ܕܝܠܝ ܠܐ ܢܬܒܨܪ .
ܘܢܦܘܫ ܢܦܫܗ ܕܐܪܡܠܬܐ . ܗܠܝܢ ܚܛ̈ܗܐ ܡܪ̈ܝܪܐ .
ܡܣܥܪ ܠܒܐ ܕܚܬܝܪܐ . ܕܪܘܝܢ ܐܢܘܢ ܘܫܒܝܩܝܢ .
ܒܫܘܒܗܪܐ ܘܫܘܒܚܐ . ܘܠܝܬ ܕܕܡܐ ܠܐܠܝܐ .
ܕܗܘ ܒܚܣܡܐ ܠܟܠ . ܘܥܡܐ ܒܡܪ̈ܝܐ ܕܒܝܬ
ܐܚܒ . ܘܟܠ ܠܗ ܡܫܡܫܢܘܬܐ . ܥܡܐ

8. Amamus potestatem temporalem plus quam potestatem æternam, et thronum ligneum throno apostolis promisso præferimus, gratiorem habemus honorem a principibus iniquis concessum bonis futuris in regno cœlesti. Hæc est enim cujusque cogitatio et cura in sua agendi ratione : ero dilectus duci, quid mihi de pauperibus ? Ut quid arguam oppressorem aut contendam cum eo ! me odiosum non habeat princeps ; orphani viscera effundantur, modo honor meus non minuatur, spiritum trahat vidua. Delicta hæc acerba committit cor superbi ; inebriati sunt omnes et dissoluti superbia et gloriatione, et nemo imitatur Eliam, qui prop-

[1] *III Reg.* XXII, 34.

ܠܡܣܟܢܘܬܐ ܕܒܣܝܡܘܬܐ . ܘܥܠ ܥܦܪܐ ܡܟܟ
ܢܦܫܗ . ܫܒܩ ܚܡܪ̈ܐ ܚܠܝܐ . ܘܥܠ ܟܐܦܐ
ܡܣܬܡܟ ܗܘܐ . ܫܒܩ ܩܝܛܘ̈ܢܐ ܢܗܝܪ̈ܐ .
ܘܪܚܡ ܚܫܘܟܐ ܕܡܥܪ̈ܬܐ . ܫܒܩ ܚܡܪ̈ܐ ܥܬܝܩܐ
ܘܨܗܐ ܡܝ̈ܐ ܫܐܠ ܗܘܐ . ܫܒܩ ܦܘܢܩ̈ܐ
ܕܡܐܟܠܬܐ . ܘܩܨܐ ܕܠܚܡܐ ܫܐܠ ܗܘܐ . ܫܕܪ
ܚܘܒܗ ܠܫܡܝܐ . ܒܟܣܝܐ ܟܕ ܒܐܪܥܐ ܗܘܐ .
ܘܐܦ ܗܘ ܫܡܝܐ ܫܕܪ ܠܗ . ܡܪܟܒܬܐ
ܕܢܘܪܐ ܒܓܠܝܐ . ܘܫܢܝܗ ܡܫܠܝܐ . ܘܥܡ
ܥܠܝ̈ܐ ܐܥܡܪܗ . ܕܥܠ ܠܒܗ ܒܟܣܝܐ .
ܥܠ ܐܦ ܦܓܪܗ ܒܓܠܝܐ . ܒܨܠܘܬܗ
ܘܒܕܡܘܬܗ ܢܫܘܐ ܕܢܚܙܝܘܗܝ ܥܡ ܥܝܪ̈ܐ ✣

ܫܠܡ ✣

[1] IV Reg. II, 11, sqq.

ܕܐܡܬܝ ܒܗ ܗܘܐ ܥܒܕܐ ܚܕܬܐ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܬܒܛܢ ܐܝܟ ܕܐܬܢܒܝ ܀

ܒܡܪܝܡ ܐܬܦܫܩܘ ܟܠܗܘܢ ܐܪ̈ܙܐ .
ܕܟܬܒ̈ܐ ܟܣܝܢ ܕܢܒܝܘܬܐ .
ܕܢܚ ܡܢܗ ܫܡܫܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ .
ܘܒܕܢܚܗ ܢܗܪܬ ܐܪܥܐ ܟܠܗ ܀
ܗܘܬ[c] ܡܪܝܡ ܓܦܬܐ ܘܡܛܠ ܡܢܗ .
ܢܘܦܐ ܢܦܩܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ .

2. Isaias omnes puellas advocavit virginibusque mysterium revelavit, virginem nempe absque congressu concepturam et sancte prodigium parituram.

3. Isaias per revelationem locutus est et trepidatio invasit virgines, ut scirent quænam et quid esset, ubi, quando, prodiret res prodigii plena.

4. Vox prophetæ hebræas excitavit virgines, quia nova eis canebat. « Virgo concipiet, » castæ puellæ commoventur prænuntiato hoc prodigio.

5. Virginem concepturam cecinit Isaias ; at non explicavit quænam, ubi, quando. In Maria vox prophetiæ alte resonavit, quia ex illa virgine plane mirabili oraculum innotuit.

6. Propheta suis revelationibus commovit puellas. Hinc multiplicatæ ab eis quæstiones : quandonam novum istud opus contingeret, ut virgo conciperet juxta prophetæ vaticinium.

7. In Maria explicationem nanciscuntur omnia arcana in libris prophetarum abscondita. Ortus est ex ea sol justitiæ, qui suo ortu illuminavit omnem terram.

8. Fuit Maria vitis, e qua, ut scriptum est[1], ad adimplendum

[1] *Is.* XI, 1. Cfr. *Matth.* II, 23. In hoc Isaiæ loco dicitur נֵצֶר e radice Jesse oriundum esse, disputant interpretes quænam sit significatio hujus vocis. S. Ephræmus eam ita intelligit ut notet surculum (ܢܘܦܐ). Sic enim loquitur in *Evangelii concordantis exposit.* edita e versione Armena a G. Mœsinger Venetiis, 1876, p. 36 : « Quod dicit : *Nazorenus vocabitur*, quia nimirum virga hebraice Nazor sonat et propheta cum vocat filium Nazor (virgæ), quoniam revera virgæ filius est. » Greg. Barhebræus in *Scholiis in Matth.* ed. J. Spanuth, Gottingæ 1879, p. 7, Ephræmum citat his verbis : ܕܢܦܩܐ ܢܘܦܐ ܗ̄ ܡܢ ܢܒܝܐ ܕܠܐ ܣܝܒ ܡܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܘ ܡܢ ܙܪܥܐ ܡܝܬܐ ܕܒܪܗ ܡܬܐ .

[a] E scala 7. — [b] A hic habet : ܕܢܒܝܐ ܡܠܠ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ ܠܗ ܕܒܥܒܕ ܗܘ : ܣܢܝܩ ܟܘܠܐ . ܒ̇ ܡܠܘܗ ܘܡܠܘܢ ܒܟܠ ܐܝܟ ܕܫܡܥܢ ܀ — [c] E scala 7.

ܕܢܫܬܠܡ ܐܪܙܐ ܕܢܒܝܘܬܐ .
ܢܨܪܝܐ ܐܬܪܒܝ ܕܢܫܬܠܡ ܟܠ ܀

ܗܘ ܪ̈ܒܝܢ ܡܝܐ ܕܒܓܘ ܦܘܪܣܐ .
ܒܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܐ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ .
ܒܡܪܝܡ ܐܫܬܠܡܘ ܟܠ ܦ̈ܠܐܬܐ .
ܘܐܬܘ̈ܬܐ ܘܐܪ̈ܙܐ ܒܗ ܐܣܬܝܟܘ ܀

prophetiæ sacramentum, progerminavit surculus Nazarenus, qui in Nazareth nutritus est, ut omnia adimpleret.

9. Aquæ intra velum reclusæ fœtus sunt in virgine reclusus absque congressu. In Maria adimpletæ sunt omnes similitudines; signa et oracula in ea terminum habuerunt.

VII.

ܐܚܪܢܐ ܕܡܠܐ ܐܘܣܦ ܠܢ ܡܪܝ ܒܘܝܢܐ
ܒܥܘܢܐ ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܕܪܢܟ
ܒܬܕܡܘܪܬܐ ܠܚܙܝ̈ܐ ܀

ܬܘ ܢܬܕܡܪ ܐܘ ܦܪ̈ܘܫܐ .
ܒܐܡܐ[a] ܒܬܘܠܬܐ ܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܫܦܝܪܬܐ ܕܝܠܕܬ ܬܕܡܘܪܬܐ .
ܡܥܝܢܐ ܕܐܘܒܥ[b] ܡܒܘܥܐ .
ܐܠܦܐ ܕܚܕ̈ܘܬܐ . ܕܛܥܢܬ ܡܢ ܐܒܐ .
ܣܘܒܠ[c] ܣܒܪ̈ܬܐ . ܒܥܘܒܐ ܕܟܝܐ .
ܩܒܠܬ ܘܛܥܢܬ . ܠܗܘ ܡܕܒܪܢܐ .
ܪܒܐ[d] ܕܒܪ̈ܝܬܐ . ܕܒܗ ܐܫܝܢ ܫܝܢܐ .
ܒܐܪܥܐ ܘܒܫܡܝܐ ܀

ܬܘ[e] ܢܬܕܡܪ ܒܗ ܒܒܬܘܠܬܐ .
ܕܬܕܡܘܪܬܐ ܗܘܬ ܒܩܢܘܡܗ .
ܕܗܝ ܒܠܚܘܕܝܗ ܒܒܪ̈ܝܬܐ .
ܝܠܕܬ ܡܢ ܠܐ ܐܫܬܘܕܥܬ .
ܬܗܪܐ ܡܠܝܐ ܗܘܬ . ܢܦܫܐ ܕܕܟܝܬܐ .
ܘܟܠܝܘܡ ܒܚܕܘܬܗ . ܗܘܢܗ ܫܒܚ ܗܘܐ .

VII.

Alius hymnus in tono Adauge nobis, Domine, intellectum[1]. **Responsorium**: Gloria missori tuo in miraculo videntibus exhibito.

1. Venite, Sapientes, admiremur matrem virginem, Davidis filiam pulcherrimam quæ prodigium peperit, admiremur scaturigem quæ produxit fontem, navem gaudiorum quæ portavit onus nuntiorum Patris, quæ in sinu puro recepit et gestavit magnum illum creaturarum gubernatorem per quem regnavit pax in terra et in cœlo.

2. Venite, admiremur purissimam virginem, persona sua admirabilem, quæ sola inter creaturas a viro incognita peperit. Admiratione plena erat anima purissimæ virginis et quotidie mens ejus cum gaudio gloriam dabat propter duo

ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܕܢܒܝ̈ܐ ܐܡܝܪܐ ܕܢܨܪܝܐ ܢܬܩܪܐ ܢܨܪܝܐ ܢܬܩܪܐ *Nazaræus vocabitur*, hoc quod e propheta notum non est Matthæus aut e traditione aut a Spiritu sancto cognovit. Et Mar Ephræm dixit quod stirps aut surculus hebraice Nuzor appellatur. »

[1] Stropha continet 13 versus quorum quatuor priores septem, reliqui quinque syllabas continent. Schema igitur est : 7777555555555. Codex E = cod. add. 17,141, fol. 81. Scala 14 continet strophas 1, 6 ; cod. D, nonnullas strophas.

[a] D ܒܐܡܗ — [b] Scala 14 ܕܐܒܥ — [c] Scala 14 ܣܒܠ — [d] Scala 14 ܪܒܐ — [e] E codice D

ܟܕ ܚܙܝܐ ܗܘܐ ܒܗ̇ . ܕܠܐ ܕܢܩܦܢ .
ܒܬܘ̈ܠܐ ܫܪ̈ܝܪܐ . ܘܥܘܠܐ ܚܒܝܒܐ .
ܒܪܝܟ ܕܕܢܚ ܡܢܗ̇ ܀
ܝܘܢܐ ܛܠܝܬܐ ܛܥܢܐ ܠܗ[a]
ܠܢܫܪܐ ܥܬܝܩ ܝܘܡܬܐ .
ܛܥܢܐ ܠܗ ܘܙܡܪܐ ܫܘܒܚܐ .
ܒܩ̈ܠܐ ܚܒܝ̈ܒܬܐ .
ܐܘ ܒܪ ܥܬܝܪܐ . ܕܒܩܢܐ ܙܥܘܪܐ[b] .
ܨܒܝܬ ܠܗ ܕܬܬܪܒܐ[c] . ܐܘ ܟܢܪ ܩ̈ܠܐ .
ܕܫܬܩ ܐܝܟ ܫܒܪܐ . ܦܩܘܕ ܠܝ ܐܙܡܪ ܠܟ .
ܒܟܢܪܐ ܕܢܝܫܗ . ܡܙܝܥܐ ܠܟܪ̈ܘܒܐ .
ܨܒܝ ܕܐܡܠܠ ܠܟ[d] ܀
ܐܬܪܟ[e] ܒܪܝ ܪܡ ܗܘ ܡܢ ܟܠ .
ܘܨܒܝܬ ܐܬܪܐ ܥܒܕܬ ܠܟ .
ܫܡܝܐ ܥܩܝܢ ܠܪܒܘܬܟ .
ܘܡܣܟܢܬܐ ܛܥܢܐ ܠܟ .
ܬܐܬܐ ܚܙܩܝܐܝܠ . ܘܢܚܙܝܟ ܥܠ ܒܘܪ̈ܟܝ .
ܘܢܒܪܘܟ ܘܢܣܓܘܕ ܠܟ . ܘܢܫܬܘܕܥܟ ܕܐܢܬ ܗܘ.
ܗܘ ܕܚܙܐ ܠܗ . ܒܪܘܟܐ ܕܟܪ̈ܘܒܐ .
ܠܥܠ ܡܢ ܡܪܟܒܬܐ . ܘܠܝ ܢܬܠ ܛܘܒܐ .
ܡܛܠܗ ܛܥܢܐ ܐܢܐ ܀
ܬܘܗܬ ܠܗ̇ ܒܝ ܡܪܟܒܬܐ .
ܕܛܥܢܐ ܐܢܐ ܡܕܒܪܢܗ̇ .
ܟܪ̈ܘܒܐ ܒܙܘܥܐ ܗܐ ܩܥܝܢ .
ܒܪܝܟ ܐܝܩܪܟ ܡܢ ܐܬܪܟ .
ܗܐ ܒܝ ܐܬܪܟ . ܐܦ ܥܘܒܝ ܐܘܢܟ .
ܡܬܢܝܚ ܥܠ ܒܘܪ̈ܟܝ . ܘܟܘܪܣܝܐ ܐܝܩܪܟ .
ܡܣܬܡܟ ܒܕܪ̈ܥܝ . ܨܒ̈ܥܬܝ ܓܝܓ̈ܠܐ ܕܪܟܒܟ .
ܗܘܝ̈ ܠܟ ܡܪܟܒܬܐ . ܐܩܥܐ ܐܟܘܬܗܘܢ .
ܒܪܝܟ ܐܢܬ ܡܢ ܐܬܪܟ ܀
ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܐܟܪܙ .

quæ haud unienda videbantur : virginalia integra et infantem dilectum. Benedictus qui ortus est ex ea.

3. Columba tenera portat aquilam annosam ; eam portat et decantat ejus laudes blandis cantilenis : o fili ditissime, qui in nido parvo voluisti enutriri, o cithara laudum quæ, ut infans, taces, jube ut tibi psallam cum cithara quæ melodia sua cherubim commovet, jube ut de te dicam.

4. Locus tuus, fili mi, ceteris altior est, et quia voluisti fecisti me tibi locum. Cœli pro tua majestate angustiores sunt et paupercula portat te. Veniat Ezechiel et videat te super genua mea, prostratusque adoret ac agnoscat te illum esse quem vidit in throno[1] currui cherubim imposito et beatam me dicat propter eum quem porto.

5. Obstupuit in me currus Ezechielis quum ductorem suum a me portatum contemplaretur. Ecce cherubim cum tremore clamant : « Benedicta majestas tua e loco tuo. » Ecce in me est locus tuus et sinus meus tuum est habitaculum. Commoraris super genua mea et thronus majestatis tuæ brachiis meis sustentatur ; digitti mei rotæ sunt currus tui. Clamabo cum cherubim : Benedictus es e loco tuo.

6. Isaias propheta proclamavit :

[1] Cfr. Ezech. I.

[a] D ܗܘܬ — [b] E ܡܣܟܢܐ — [c] Scala 14 ܘܐܬܪܒܝܬ ; cod. 17,141 ܨܒܝܬ ܠܟ ܕܬܬܪܒܐ ܐܘ ܟܢܪ ܩ̈ܠܐ — [d] E ܫܘܒܚܐ ܐܡܪ ܠܟ — [e] E scala 14.

ܘܗܐ ܒܚܬܝܡܘܬܐ ܝܠܕܬ ܐܢܐ .
ܬܐ ܚܙܝ ܒܝ ܘܚܕܝ ܥܡܢ .
ܘܗܐ ܡܠܝܐ ܘܚܬܝܡܐ ܐܢܐ .
ܐܘ ܢܒܝܐ ܕܪܘܚܐ . ܥܬܝܪ ܓܠܝܢܐ .
ܚܙܝ ܠܥܡܢܘܐܝܠ . ܕܟܣܐ ܗܘܐ ܠܟ .
ܘܟܥܘܝ ܪܡܐ . ܒܩܘܠܟ ܠܙܢܝܬܐ .
ܠܨܗܝܘܢ ܕܐܫܛܬܟ . ܘܠܐ ܗܝܡܢܬ ܕܐܝܠܕ .
ܒܒܬܘܠܘܬܝ ܡܛܠ . ܐܝܟ ܕܐܢܬ ܡܣܗܕ ܐܢܬ ܀
ܬܘ ܠܘܬܝ ܐܘ ܚܟܝܡܐ[a] .
ܡܠܟܫܐ ܕܪܘܚܐ ܡܡܠܠܐ[b] .
ܢܒܝܐ ܕܚܙܘ ܟܣܝܬܐ .
ܒܚܙܘܢܝܗܘܢ ܫܪܝܪܐ .
ܐܟܪܐ ܕܙܪܥܘ . ܘܕܡܟܘ ܥܠ ܣܒܪܐ .
ܩܘܡܘ ܕܘܨܘ ܒܚܠܠܐ . ܕܗܐ ܫܒܠܐ ܚܝܐ .
ܒܥܘܒܝ[c] ܚܙܝܬܘܢ . ܕܝܗܒ ܠܚܡܐ ܠܟܦܢܐ .
ܘܡܣܒܥ ܠܡܣܟܢܐ . ܚܕܘ ܥܡܝ ܕܢܣܒܬܗ[d] .
ܠܟܦܐ ܕܚܕܘܬܐ ܀

« *Ecce virgo concipiet et pariet*[1]. » Veni, contemplare me et lætare nobiscum. Ecce ego sigillo clausa peperi, o propheta Spiritus revelationibus dives, vide Emmanuelem tibi olim absconditum, et magna tua voce increpa Sionem meretricem, quæ verba tua sprevit et credere noluit me in virginitate mea parituram, ut tu testaris.

7. Venite ad me, o Sapientes, o rationales Spiritus præcones, prophetæ qui occulta vidistis in veracibus vestris visionibus, agricolæ qui seminastis et in spe dormivistis, surgite, exultate, visis messis fructibus, ecce in ulnis meis spica vitæ quæ panem dat esurientibus et satiat egentes, gaudete mecum, quia suscepi manipulum gaudiorum.

VIII.

ܐܚܪܬܐ ܒܩܠܐ ܕܛܘܒܝܗܘܢ ܠܢܟܦܐ
ܘܨܝܡܐ ܒܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܕܢܚܟܝ
ܕܐܢܗܪ ܒܪܝܬܐ ܀

ܬܘ ܢܛܘܒ ܕܛܘܒܘܗ ܠܡܪܝܡ .
ܡܣܟܢܬܐ ܕܥܬܪܬ ܒܪ ܡܠܟܐ[e] .
ܪܒ ܛܘܒܗ ܘܥܦܝܦ[f] ܕܘܟܪܢܗ .
ܘܟܠ ܥܡܡܝܢ ܢܣܓܘܢ ܬܫܒܚܬܗ .
ܗܝ ܡܪܝܡ ܐܡܪܐ ܕܢܛܘܒܘܢ ܠܝ
ܟܠ ܫܪܒܢ ܛܘܒܐ ܠܗܘ ܝܠܕܬ .
ܐܦܠܐ ܗܘ ܛܘܒܐ ܕܐܡܠܟܗ .

VIII.

Alius hymnus in tono Beati casti et jejunatores[2]. Responsorium : Benedicta apparitio tua quæ illuminavit creaturas.

1. Venite, beatam dicamus Mariam, pauperculam virginem quam ditavit filius regis. Magna est ejus beatitudo et reduplicata memoria, omnesque populi ejus laudes multiplicant. Maria dixit : « *Beatam me dicent omnes generationes*[3], » propter eum quem genui. Ipse vicissim beatam eam prædicabo, quia ipsa invitavit me, et ei, o sapientes,

[1] *Is.* VII, 14.

[2] Stropha continet octo versus octo syllabarum. Prima stropha continetur in scala 9a cod. par. 149, ubi tonus indicatur ܡܘܡ. ܛܘܒܝܗܘܢ qui hymnus editus est, *Opp. Syr.-lat.* t. III, *paræn.* 18.

[3] *Luc.* I, 48.

[a] E ܚܟܝܡܐ — [b] E ܡܡܠܠܐ — [c] E ܢܣܒܬ — [d] E ܕܢܣܒܬܗ — [e] Scala 9 : ܡܪܝܡ — [f] Scala 9a ܘܡܥܦܦ

ܕܐܦ ܗܘܐ ܚܘܒܬܐ ܗܘ[a] ܦܪܘܥܬܐ ܀
ܒܫܪܪܐ ܕܛܘܒܗ̇ ܕܐܬܓܒܝܬ .
ܕܬܗܘܐ ܠܗ ܐܡܐ ܠܡܘܠܕ ܟܠ .
ܘܡܢ ܚܠܒܐ ܐܝܢܩ ܐܦ ܟܠ .
ܒܪܝܟ ܕܫܪܐ ܒܗ̇ ܡܚܝܢܐ ܟܠ .
ܛܘܒܝܗ̇ ܓܝܪ ܕܗܘܬ ܠܥܠܡܐ .
ܡܒܘܥܐ ܕܢܒܥܐ ܟܠ ܛܒܐ .
ܕܢܚ ܡܢܗ̇ ܢܘܗܪܐ ܠܥܠܡܐ .
ܢܐܡܪ ܠܗ̇ ܛܘܒܐ ܟܡܐ ܕܣܦܩܐ ܀
ܠܗ̇ ܛܘܒܐ ܕܒܛܢܬ ܕܠܐ ܓܒܪܐ .
ܘܒܣܝܡܐ ܝܠܕܬ ܕܠܐ ܙܪܥܐ .
ܘܠܐ ܛܥܡܬ ܠܗ̇ ܚܒܠܐ ܕܒܥܠܘܬܐ .
ܘܐܬܦܨܚܬ ܒܦܐܪܐ ܕܐܡܗܬܐ .
ܙܥܘܪ ܗܘ ܦܘܡܝ ܠܡܐܡܪ ܛܘܒܝܗ̇ .
ܕܒܟܠܗܘܢ ܬܡܝܗܐ ܗܝ ܛܘܒܢܝܬܐ .
ܠܗ̇ ܛܒܥܐ ܢܛܪܐ ܕܒܬܘܠܘܬܐ .
ܘܠܗ̇ ܝܠܕܐ ܕܡܒܛܠ ܚܒܠܐ ܀
ܛܘܒ ܛܘܒܝܗ̇ ܕܗܘܝ ܣܓܝܘ ܛܘܒܝܗ̇
ܕܟܠ ܥܡܡܐ ܢܬܥܬܪܘܢ ܒܡܘܠܕܗ̇ .
ܘܡܢ ܦܐܪܐ ܕܚܝܐ ܕܕܢܚ ܡܢܗ̇ .
ܟܠ ܥܡܡܐ ܐܟܠܘ ܘܠܐ ܡܚܣܪ .
ܠܗ̇ ܛܘܒܐ ܕܓܒܪܐ ܒܙܘܘܓܐ .
ܠܐ ܚܟܡܗ̇ ܘܒܡܘܠܕܗ̇ [ܕܡܢܗ̇] .
ܐܒܛܠܗ̇ ܠܠܘܛܬܐ ܕܒܢܝ ܐܕܡ ܀

hoc debitum persolvendum est.

2\. Vere beata est quæ electa fuit ut mater fieret Genitoris omnium et lac præberet omnium alitori. Benedictus omnium liberator qui in ea habitavit. Beata quæ mundo fons facta est omnia fundens bona. Ex illa orta est lux mundi; beatam eam prædicent quantum satis est.

3\. Beata quæ concepit absque viro et læte prolem suscepit absque semine; beata quæ dolores maritatarum haud experta exultavit in fructu matrum. Minus est os meum ut beatitudinem ejus prædicet. Beatissima quippe in omnibus admirabilis est, signacula enim servavit intemeratæ castitatis et prolem habuit partus dolores removentem.

4\. Beata virgo cujus felicitates ita adauctæ sunt, ut omnes populi ditarentur per ejus partum, et omnes gentes ederent e fructu vitæ ex ea orto, quin ille deficeret. Beata quæ a viro in conjugio cognita non fuit et per natum suum delevit adamitici generis maledictionem.

IX.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠܐ ܡܛܠ ܡܫܡܗܐ ܕܒܩܒܘܬܐ
ܥܘܢܝܐ ܫܘܒܚܐ ܠܡܪܐ ܟܠ
ܕܕܢܚ ܡܢ ܥܘܒܒܟܝ ✠

Alius hymnus in tono : De eximio qui in arca[1] Responsorium : Gloria Domino omnium qui e sinu tuo ortus est.

ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܒܪܬ ܡܣܟܢܐ
ܕܗܘܝܬܝ ܐܡܐ ܠܡܪܐ ܡܠܟܐ .

1\. Beata es Maria, filia pauperum, quia effecta es mater Domini

[1] Idem tonus est, qui appellatur « *Beata es Ephrata* » supra col. 484. Schema ejus est :

[a] Scala 9a ܠܦܪܘܥܬܐ

ܘܫܪܐ ܒܥܘܒܟܝ ܩܕܝܫܐܝܬ
ܗܘ ܕܫܡܝܐ ܡܠܝܢ ܠܬܫܒܘܚܬܗ .
ܛܘܒܝ ܠܚܕܝܟܝ ܕܪܬܚ ܠܗ ܘܐܝܢܩܬܝܗ[a] .
ܘܠܦܘܡܟܝ ܕܚܡܝܪ ܠܗ ܘܢܫܩܗ .
ܘܕܪ̈ܥܝܟܝ ܕܓܦܦܘܗܝ . ܘܗܘܝܬ ܡܪܟܒܬܐ .
ܘܐܛܥܢܬܝ ܠܢܘܪܐ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܗܘܐ ܥܘܒܟܝ .
ܒܝܪܬܐ ܕܡܠܟܐ ܘܫܪܐ ܠܘܬܟܝ[b] .
ܦܠܛ ܟܠܝ̈ܠܐ ܠܡܠ̈ܟܐ
ܘܝܗܒ ܕܪ̈ܓܐ ܠܡܪ̈ܘܬܐ .
ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܝܗܘܕܐ ܫܘܪܫܟܝ .
ܘܡܢ ܒܝܬܐ ܕܕܘܝܕ ܫܪܒܬܟܝ .
ܝܚܣܢܟܝ ܡܫܒܚܐ[c] ܗܘ . ܕܗܘܝܬ ܒܬܘܠܬܐ .
ܐܡܐ ܠܒܪ ܕܘܝܕ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܛܠܝܬܐ ܕܛܥܢܬܝ ܗܘܝܘ .
ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ ܕܐܟܬܒ ܝܥܩܘܒ .
ܡܟܟ ܢܦܫܗ ܘܝܢܩ ܡܢܟܝ
ܚܠܒܐ ܕܟܝܐ ܘܒܗ ܐܬܪܒܝ .
ܘܗܘܐ ܐܡܪܐ ܡܢ ܢܩܝܐ ܒܬܘܠܬܐ .
ܕܥܠ ܨܠܝܒܐ ܢܬܩܪܒ ܗܘܐ ܕܢܦܪܘܩ .
ܒܟܝ ܗܘ ܪܡܝܙ ܗܘܐ . ܐܝܠܢܐ ܕܝܗܒ ܕܟܪܐ .
ܘܒܗ ܐܬܦܨܝ ܐܝܣܚܩ ܀

ܛܘܒܝܟܝ[d] ܒܪܝܟܬܐ ܕܒܟܝ ܐܫܬܪܝܬ .
ܠܘܛܬܗ ܚܘܐ ܡܢ ܢܩ̈ܒܬܐ .
ܘܒܟܝ ܐܬܦܪܥ ܚܘܒܗ ܓܘܐ .
ܕܟܬܒ ܚܘܝܐ ܥܠ ܫܪ̈ܒܬܐ .
ܐܢܬܝ ܓܝܪ ܝܠܕܬܝ ܠܣܝܡܬܐ .
ܕܟܠ ܥܘ̈ܕܪܢܝܢ ܗܘ ܝܗܒܗ ܠܥܠܡܐ .
ܢܘܗܪܐ ܒܟܝ ܕܢܚ . ܘܚܫܘܟܐ ܘܫܘܠܛܢܗ
ܐܬܒܛܠܘ ܘܠܝܬ ܐܢܘܢ ܀

regum, et sancte in sinu tuo habitavit ille cujus laudibus pleni sunt cœli. Beatum pectus tuum quod cum ardenti amore eum lactavit ; beatum os tuum quod ejus desiderio captum ei blanditum est ; beata brachia tua quæ eum amplexa sunt. Currus fuisti et Igneum gestasti.

2. Beata es Maria, quia sinus tuus palatium fuit regis, et ad te divertit qui coronam nectit principibus et gradus præbet dominantibus. E tribu Judæ origo tua, et e domo David prosapia tua. Genus tuum illustre est, quæ virgo manens effecta es mater filio David.

3. Beata es, o puella, quia portasti catulum leonis de quo scripsit Jacob[1]. Ille humiliavit semetipsum et suxit tuum purum lac, quo enutritus est atque ex ove virgine agnus factus est, ut in aram crucis offeretur ad nos salvandos. Tui figura erat arbor quæ dedit arietem quo liberatus est Isaac[2].

4. Beata es, o benedicta, quia per te soluta et a fœminis ablata est maledictio Hevæ, et per te solutum est commune debitum chirographo serpentis in omnes generationes obsignatum. Tu enim peperisti thesaurum qui omnia auxilia mundo largitus est. In te orta est lux, qua tenebræ earumque potestas dissipatæ fuere, ita ut amplius non sint.

888888135. Porro hymnus IX invenitur in cod. add. 14,512 sæc. X. Strophæ 1ª -2 recitantur in scala 3ª cod. par. 149.

[1] *Gen.* XLIX, 9.
[2] Vide supra col. 53 not. i.

[a] Scala 3ª ܘܐܝܢܩܬܝܗ — [b] Scala 3ª ܘܥܠ ܘܫܪܐ ܒܟܝ — [c] Scala 3ª ܡܫܡܫܢܐ ܗܘ — [d] Cod. A add. ܒܪ ܡܠܟܐ ܟܝܢܐ ܡܫܒܚܐ ܟܝܢܐ

ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܓܠܐ ܠܒܪܟܝ .
ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܠܚܕܐ .
ܘܡܫܪܐ ܠܗ ܟܠ ܒܘܪܟܬܐ .
ܡܢ ܟܠ ܪ̈ܘܚܐ ܡܠܝܠܬܐ ·
ܘܟܪ̈ܘܒܐ ܕܙܘܥܐ ܪ̈ܥܡܐ .
ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܣܓܝܐܐ ܒܙܝܥܬܐ .
ܛܘܒܝܟܝ ܕܓܦܬܝܗܝ .
ܘܪܚܡܬܝܗܝ ܐܝܟ ܐܡܐ .
ܘܣܓܕܬ ܐܝܟ ܡ̈ܠܐܟܐ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܐܡܐ ܡܫܒܚܬ ܛܘܒܐ .
ܕܗܐ ܡܛܘܒܢ ܠܟܝ ܟܠ ܫܪ̈ܒܬܐ .
ܛܘܒܐ ܪܒܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ .
ܡܛܠ ܠܒܪܐ ܕܝܠܝܕ ܡܢܟܝ .
ܘܓܙܪ̈ܬܐ ܘܐܫܒ̈ܛܐ ܟܠܗܘܢ .
ܒܥܡ̈ܡܝܗܘܢ ܠܟܝ ܛܘܒܐ ܐܡܪܝܢ .
ܛܘܒܝܟܝ ܒܬܘܠܬܐ
ܕܒܟܝ ܗܘ ܘܥܡܟܝ ܗܘ ܫܪܐ . ܛܘܒܐ ܫܡܝܢܐ ܀

5. Beata es Maria, quia natus tuus apparuit super currum prorsus mirandum, unde rationales spiritus omnes ei dabant benedictiones et cherubim motu suo tonantes cum tremore eum laudabant. Beata es, quia amplexa es tuum natum eumque ut mater amavisti et ut angeli adoravisti.

6. Beata es, mater beatissima, quia omnes generationes alta voce prorsus beatam te dicunt propter infantem ex te natum ; insulæ, tribus, populi omnes beatam te proclamant. Beata es, casta virgo, quia tecum et in te habitat beatitudo cœlestis.

X.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠ ܐܬܙܝܥܘ ܗܘܘ ܥܝܪ̈ܐ
ܒܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܕܐܘܪܒ ܕܘܟܪܢ
ܐܡܗ ܗܪܟܐ ܘܠܥܠ
ܒܫܡܝܐ ܀

Alius hymnus in tono: Moverunt se angeli[1] Responsorium: Benedictus qui magnificavit memoriam matris suæ hic et in cœlis desuper.

ܐܦܣ ܠܝ ܡܪܝ ܒܗܝܡܢܘܬܐ . ܕܐܡܪ ܫܪܒܟ[b] .
ܕܬܡܝܗܐ[c] ܐܠܗܐ .
ܬܡܝܗܐ ܐܢܬ ܓܝܪ ܒܫܪܪܐ .
ܘܠܐ ܡܕܪܟ ܠܗ ܬܡܝܗܐ .
ܕܒܢܒܝܘܬܐ ܐܬܩܪܝ[d] ܬܡܝܗܐ .
ܬܡܝܗܐ ܐܢܬ ܘܡܠܐ ܬܡܝܗܘܬܐ .

1. Sinas me, Domine, fide dicere generationem tuam. « *Admirabilis, Deus*[2]. » Vere enim Admirabilis es, nec enim admiratio potest attingere illum quem propheta appellavit Admirabilem. Admirabilis es plenusque miraculo, quod miraculum

[1] Stropha continet 11 versus diversi metri, hoc ordine : 12,67788855557. Codex A continet solummodo tres priores strophas ; unde patet in illo codice non exscribi nisi selectas hymnorum de Virgine strophas. Reliquas strophas suppeditavit codex Rahmani, qui hunc hymnum conjungit cum hymnis de nativitate Domini, ad quos potius pertinet.

[2] *Is.* IX, 6.

[a] Codex Rahmani habet ܒܥܘܢܝܬܐ : ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܝ ܕܒܫܘܒܚܟ ܡܠܝܢ ܫܡ̈ܝܐ ܘ ܫܘܒܚܐ ܕܡܫܝܚܐ — [b] R ܐܬܐ — [c] A add. ܐܢܬ — [d] A ܐܬܩܪܝ

ܘܬܕܡܘܪܬܐ ܕܟܠܗ ܬܕܡܘܪܐ ܗܘ .
ܬܕܡܘܪܐ ܗܘ ܒܛܢܟ .
ܬܕܡܘܪܐ ܗܘ ܡܘܠܕܟ
ܬܕܡܘܪܐ ܐܢܬ ܟܠܟ .
ܬܕܡܘܪܐ ܐܢܬ ܕܠܐ ܡܬܥܩܒܬ[a] ✤
ܒܟ ܐܫܪܐ ܘܒܣܒܪܟ ܬܟܝܠ[b] ܐܫܠܡ
ܠܐ ܡܬܡܫܚܢܐ ܐܠܗܐ .
ܐܦܬܚ ܦܘܡܝ ܡܛܠ ܡܟܝܟܘܬܟ .
ܡܠܝܗܝ ܐܢܬ ܡܪܝ ܡܢ ܣܝܡܬܟ .
ܐܢܐ[c] ܐܪܥܐ ܐܢܬ ܐܟܪܐ .
ܙܪܘܥ ܩܠܟ ܒܩܠܗ ܕܒܛܝܠܐ .
ܐܘ ܕܙܪܥܬ ܢܦܫܟ ܒܒܬܘܠܬܐ[d] .
ܐܬܝܠܕܬ[e] ܕܠܐ ܕܘܒܐ .
ܕܢܚܬ[f] ܡܢ ܐܒܐ .
ܘܗܘܝܬ ܡܢ ܡܪܝܡ .
ܕܒܠܐ ܙܪܥܐ[g] ܝܗܒܬ ܦܐܪܐ ✤
ܓܢܒܪ ܥܠܡܐ ܓܢܒܪ ܚܝܠܐ .
ܓܢܝܙ ܒܐܝܬܘܬܗ
ܘܟܣܐ ܒܐܠܗܘܬܗ .
ܡܪܝܡ ܟܪܝܟܐ ܘܝܠܕܬܗ .
ܘܡܚܒܒܐ ܠܗ ܘܡܦܢܩܐ ܠܗ .
ܘܡܢܫܩܐ ܠܗ[h] ܘܪܗܛ ܠܐܘܪܥܗ .
ܚܪܐ ܒܗ ܘܓܚܟ ܐܝܟ ܛܠܝܐ .
ܓܢܐ ܒܐܘܪܝܐ ܘܟܪܝܟ ܒܥܙܪܘܪܐ .
ܘܟܕ ܫܪܝ ܕܢܒܟܐ .
ܩܡܬ ܐܝܢܩܬܗ .
ܚܒܟܬ ܒܪܚܡܘܗܝ[i]
ܘܡܫܬܐ ܠܗ ܒܒܘܪܟܝܗ ܘܫܠܐ[k] ✤
ܕܘܝܕ ܐܒܘܟ ܙܡܝܪܬܐ ܙܡܪ ܠܟ
ܥܕܠܐ ܬܐܬܐ
ܝܚܝܕܝܐ ܐܠܗܐ .

totum est admirabile. Admirabilis est conceptio tua, admirabilis est nativitas tua, admirabilis es totus, admirabilis es et incomprehensibilis.

2. Per te incipiam et spe tua confisus absolvam, o infinite Deus; aperiam os meum incipiens ab humilitate tua, imple illud, Domine, e thesauris tuis; ego sum ager, tu vero agricola; insere vocem tuam voci viri inanis, qui seminasti te in purissima virgine, natus es absque fluxu, effulsisti e Patre et factus es e Maria, quæ absque semine dedit fructum.

3. Maria inclinata peperit gigantem sæculorum, gigantem robustissimum, in essentia Patris absconditum, in divinitate occultatum. Natum virgo cum amore fovebat, ei blandiebatur, oscula dabat, et ipse obviam ei exsiliebat; ipse eam cum risu aspiciebat, ut puerulus, in præsepio recumbens et fasciis involutus. Ubi flere incipiebat, surgens mater lac ei præbebat, cum blandimentis amplexabatur, super genua agitabat, et tunc ille tacebat.

4. David pater tuus canticum cantavit tibi antequam venires, o Dei Unigenite. De auro Sabæ locutus est in sua prophetia[1]. Can-

[1] *Psalm.* 71, 15.

[a] A add. ܘܠܝܬ ܡܫܟܚܐ — [b] A ܐܟ — [c] A ܕܐܢܐ — [d] A ܒܒܬܘܠܬܗ — [e] A ܪܕܝܐ — [f] A ܕܢܚܬ — [g] R ܪܕܝܐ — [h] A ܓܠܐ . ܚܪܐ ܒܗ ܘܓܚܟ ܠܐܘܪܥܗ — [i] R ܥܛܦܬ ܒܚܘܒܗ — [k] A add. ܘܗܘ ܫܬܩ ܗܘܐ

ܡܛܠ ܗܢ ܕܗܘܐ ܕܫܒܐ .
ܗܐ ܓܝܪ ܠܟ ܒܥܒܕܗ .
ܗܘܐ ܒܟܢܘܫܝܐ ܓܢܒܪܐ ܡܫܟ .
ܗܐ ܕܗܒܐ ܘܡܘܪܐ ܘܠܒܘܢܬܐ .
ܒܗ ܡܣܝܡܝܢ ܛܠܐ ܓܢܒܪܐ .
ܕܗܒܐ ܠܡܠܟܘܬܟ .
ܠܒܘܢܬܐ ܠܐܠܗܘܬܟ .
ܘܡܘܪܐ ܠܐܢܫܘܬܟ .
ܘܛܘܒܘܗܝ ܠܐܝܢܐ ܕܠܐ ܡܬܬܟܫܠ ܒܟ ܀
ܗܐ ܒܐܒܘܟ ܐܢܬ. ܘܒܡܪܝܡ ܐܢܬ ܘܥܠ ܡܪܟܒܬܐ
ܘܒܐܘܪܝܐ ܘܒܟܠ ܕܘܟ ܐܢܬ .
ܒܐܒܘܟ ܐܝܬܝܟ ܒܫܪܪܐ .
ܘܒܡܪܝܡ ܕܠܐ ܦܘܠܓܐ .
ܘܥܠ ܡܪܟܒܬܐ ܘܒܐܘܪܝܐ ܫܝܛܐ .
ܒܟܠ ܕܘܟ ܐܢܬ ܕܐܢܬ ܗܘ ܒܪܘܝܐ .
ܒܟܠ ܐܝܬܝܟ ܕܐܢܬ ܗܘ ܓܒܘܠܐ .
ܐܢܬ ܗܘ ܕܡܢ ܐܒܐ .
ܘܐܢܬ ܗܘ ܕܡܢ ܡܪܝܡ .
ܐܢܬ ܗܘ ܕܚܕ ܐܝܬܝܟ .
ܐܢܬ ܗܘ ܗܘ ܕܐܬܐ ܘܐܬܐ ܬܘܒ ܗܘ ܀
ܘܝ ܠܗ ܠܐܝܢܐ ܕܒܨܐ ܘܡܥܩܒ ܘܕܪܫ ܕܢܓܘܫ
ܒܥܘܡܩܘܗܝ ܕܐܠܗܘܬܟ .
ܘܝ ܠܗ ܠܐܝܢܐ ܕܠܐ ܡܘܕܐ ܒܟ .
ܘܝ ܠܗ ܠܐܝܢܐ ܕܠܐ ܡܚܒ ܠܟ .
ܘܝ ܠܐܝܢܐ ܕܠܐ ܗܝܡܢ ܒܟ .
ܘܝ ܠܐܝܢܐ ܕܣܒܪ ܣܢܝܩܐ .
ܛܘܒ ܠܐܝܢܐ ܕܟܬܒ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬ .
ܛܘܒܐ ܕܡܢ ܐܒܘܟ .
ܛܘܒܐ ܕܡܢ ܚܘܒܟ .
ܘܛܘܒܐ ܕܡܢ ܪܘܚܟ .
ܢܗܘܐ ܠܐܝܢܐ ܕܚܕܐ ܒܝܠܕܟ ܀
ܐܬܙܝܥܘ ܡܢܟ ܠܓܝܘܢܐ ܫܠܗܒܝܐ ܕܒܝܬ ܡܝܟܐܝܠ
ܛܠܝܐ ܐܠܗܐ .
ܟܪܘܒܐ ܕܢܝܪܐ ܘܚܝܘܬܐ

ticum ejus ipso eventu comprobatum est, ecce enim aurum, myrrha et thus coram te, o puer fortissime, coacervata sunt : aurum regiæ tuæ dignitati, thus divinitati, myrrha humanitati. Et beatus qui non fuerit scandalizatus in te.

5. Ecce in Patre tuo es, et in Maria, in curru cherubim, et in præsepio et in omni loco. In Patre es verissime, et in matre certissime et in curru cœlesti, et in præsepe vili, ubique es quia creator es, in omnibus es quia plasmator es. Tu es ille qui ex Patre est, et tu es ille qui ex matre est, tu es ille qui unus est, tu es ille qui venit et venturus est.

6. Væ illi qui investigat et scrutatur et disputat, volens attrectare profunda divinitatis tuæ mysteria ! Væ illi qui te non confitetur ! Væ illi qui non amat te ! Væ illi qui non credit in te ! Væ illi qui putat te aliqua re indigere ! Beatus autem qui scripsit te Deum esse. Beatitudo a Patre tuo, beatitudo ab amore tuo, beatitudo a Spiritu tuo largiatur illi qui gaudio afficitur in nativitate tua.

7. Commota sunt a te agmina ardentia Michaelis, o Deus puer ! Cherubim currui juncti et animalia

ܐܦ ܪ̈ܘܚܐ ܡܠܝ̈ܠܬܐ .
ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܟ ܒܪ ܐܠܗܝܢ .
ܗܐ ܥܘܒܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܥܒܘܕܟ .
ܣܝܟܐ ܕܨܒܐ ܡܘܟܟܟ .
ܐܢܬ ܗܘ ܠܐ ܡܬܡܫܚܢܐ .
ܐܢܬ ܗܘ ܕܐܬܡܫܚܬ
ܐܢܬ ܗܘ ܕܠܐ ܣܝܟܐ .
ܕܠܐ ܡܬܡܫܚܝܢ ܝܡܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܀
ܚܙܘܟ ܗܘ ܡܢܝܚ ܘܪܝܚܟ ܒܣܝܡ . ܦܘܡܟ ܩܕܝܫ
ܩܕܝܫܐ ܐܠܗܐ .
ܡܢ ܟܠܟ ܢܒܥܝܢ ܚ̈ܝܐ .
ܠܚܡܐ ܚ̈ܝܐ ܕܒܒܝܬ ܠܚܡ .
ܕܚ̈ܝܐ ܐܢܬ ܡܢ ܚܕ ܚܝܐ
ܚܠܐ ܡܫܡܥܟ ܛܥܡܐ ܫܒܪܘܬܟ .
ܪܓܝܓ ܐܢܬ ܗܘ ܠܡܐܟܠܐ ܚܢܢܐ .
ܐܟܠܐ ܐܢܬ ܫܡܝܢܐ . ܛܝܪܐ ܡܚܝܢܐ .
ܘܛܠܐ ܒܬܘܠܝܐ .
ܘܛܘܒܘܗܝ ܠܐܝܠܐ ܕܨܗܐ ܠܕܡܟ ܀
ܛܥܢܘ ܩܪܒܘ ܠܟ ܪ̈ܥܘܬܐ ܐܡܪܐ ܚܠܒܐ .
ܐܡܪܐ ܚܝܐ ܕܐܠܗܐ .
ܒܪܟܘ ܘܫܒܚܘ ܠܟ ܘܐܘܕܝܘ
ܘܣܓܕܘ ܠܟ ܡܪܝ ܪܥܝܐ ܫܪܝܪܐ .
ܘܗܦܟܘ ܘܐܙܠܘ ܟܕ ܬܗܝܪܝܢ .
ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܒ̈ܢܝ ܪ̈ܘܚܐ .
ܕܡܫܒܚܝܢ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܠܠܘܬܐ .
ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ . ܒܪ̈ܘܡܐ ܒܥܠܡܐ .
ܫܠܡܐ ܥܠ ܐܪܥܐ .
ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܠܒ̈ܢܝܢܫܐ ܀
ܒܪܗ ܕܐܒܐ ܐܢܬ ܒܪܗ ܕܡܪܝܡ
ܘܚܕ ܗܘ ܐܢܬ
ܐܘ ܡܠܬܐ ܐܠܗܐ[a] ܠܥܠ ܡܢ ܟܝܢܐ ܡܢ ܐܡܐ .
ܘܟܝܢܐܝܬ ܡܢ ܐܒܐ .

et rationales spiritus te ferre non possunt, o fili Omnipotentis. Ecce autem sinus virginis objectum est tuæ dignationis et terminus quem voluit tua humilitas. Tu es infinitus, tu idem circumscriptus fuisti; nullus tibi terminus, o mare misericordiarum nullis limitibus circumscriptum.

8. Visus tuus recreat, odor tuus suavis est, et os tuum sanctum, o Deus sancte. Ex te undique vita fluit ; panis vitæ es in domo panis (Bethleem) qui vita es ex vita unica ; suave olet halitus tuus et sapit pueritia ; in cibum exquireris, misericors qui cibus es cœlestis avem spiritualem vivificans et puer es virgineus. Beatus qui sanguinem tuum sitit.

9. Pastores attulerunt et obtulerunt tibi, agne vive Dei, agnum lactentem ; te, Domine pastor vere, cum benedictione et gratiarum actione adorarunt atque laudarunt, deinde reversi sunt attoniti laudibus angelorum et spirituum qui præclare glorificabant dicentes : « *Gloria in excelsis Deo, pax in terra, et spes bona hominibus*[1]. »

10. Filius Patris, filius es Mariæ, et unum es Verbum Dei, supernaturaliter e matre, naturaliter e Patre, extraordinarie e Jordane

[1] *Luc.* II, 14.

[a] Cod. add. ܕܐܬܓܫܡ quæ vox abundat.

ܐܦ ܡܢ ܡܪܝܡ ܕܠܐ ܒܟܝܢܐ .
ܡܢ ܢܗܪܐ ܘܐܡܐ ܘܡܢ ܐܒܐ
ܚܕ ܐܢܬ ܛܠܝܐ ܐܠܗܐ . ܘܩ̈ܠܐ ܕܚܟܡܬܐ
ܡܟܢܫܝܢ ܛܡܝܪܝܢ ܒܟ .
ܐܘ ܕܓܢܐ ܘܝܢܩ
ܚܠܒܐ ܒܬܘܠܐ ܡܢ ܒܪܬ ܕܘܝܕ ܀
ܟܪܣܐ ܛܥܢܬܟ. ܐܘܪܝܐ ܣܦܩ ܠܟ ܫܡܥܘܢ ܛܥܢܟ
ܓܢܒܪܐ ܐܠܗܝܐ .
ܗܐ ܡܣܝܟ ܐܢܬ ܟܪܝܟ ܠܒܝܟ
ܘܓܫܝܡ ܐܢܬ ܐܦ ܡܬܡܫܫ ܐܢܬ
ܟܝܢܐ ܕܡܣܝܟܘܬܗ ܠܐ ܐܣܝܟ .
ܘܗܐ ܒܐܘܪܝܐ ܙܥܘܪܐ ܐܣܬܝܟܬ .
ܡܢܘ ܓܝܪ ܡܣܝܟ ܠܐܝܬܘܬܟ .
ܗܐ ܒܣܝܟܐ ܐܝܬܝܟ .
ܐܘ ܕܠܐ ܡܣܝܟ .
ܕܨܒܐ ܘܐܣܬܝܟ .
ܒܪܐ ܠܐ ܡܣܝܟܐ ܕܠܐ ܡܣܬܝܟ ܀
ܠܐܒܘܟ ܕܡܝܬ ܠܐܡܟ ܕܡܝܬ ܠܡܢܘ ܕܡܝܬ .
ܕܠܐ ܕܡܘܬܐ ܐܠܗܐ .
ܕܠܐ ܓܘܢܐ ܕܡܝܬ ܠܐܒܘܟ .
ܐܘ ܒܚܝܠܐ ܐܘ ܒܐܝܬܘܬܐ .
ܐܦ ܒܟܝܢܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ .
ܕܡܝܬ ܗܘ ܠܡܪܝܡ ܕܝܠܕܬܟ .
ܕܢܣܒܬ ܗܘܝܬ ܕܡܘܬܐ ܐܢܫܝܬܐ .
ܗܐ ܕܡܝܬ ܠܐܒܘܟ .
ܗܐ ܕܡܝܬ ܠܐܡܟ .
ܗܐ ܕܡܝܬ ܐܦ ܒܟ[a] .
ܐܘ ܕܢܣܒ ܠܗ ܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ. ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܀
ܡܐ ܚܦܝܛ ܐܢܬ ܡܐ ܡܟܝܟ ܐܢܬ ܡܐ ܚܪܝܦ ܐܢܬ .
ܘܓܠܝܐ ܘܟܣܝܐ ܫܪܒܟ
ܫܕܐ ܢܦܫܟ ܥܠ ܟܠ ܐܢܫ
ܓܚܟ ܐܢܬ ܠܗ ܦܨܝܚ ܒܟ .

[a] Add. ܗܐ ܕܡܝܬ ܐܦ ܒܟ

natum; e flumine, e matre et e Patre unus idemque es Puer Deus. Oracula sapientiæ coacervata et abdita sunt in te, qui in præsepio recumbens lac suges virgineum e filia Davidis.

11. Venter te gestavit, præsepe tibi sufficiens fuit, Simeon te portavit, divine gigas, ecce limitatus, circumdatus, apprehensus, corpore circumseptus, attrectabilisque es tu, cujus natura nullis unquam limitibus circumscripta fuit; ecce in parvi præsepii limitibus inclusus fuisti. Quis autem limites imponere potest tuæ essentiæ? Ecce intra limites jaces, o infinite, quia limitibus circumscribi voluit filius infinitus qui limitibus non circumscribitur.

12. Similis Patri tuo, similis es matri tuæ, cuinam similis es? Deus formam non habet, absque colore similis es Patri in virtute, in essentia, in natura, in potestate; similis es Mariæ tuæ parenti, ex qua assumpsisti formam humanam. Ecce similis es Patri et similis matri, et tu ipse tibi similis es. O qui assumpsisti formam servi, tibi gloria.

13. Quam diligens es, quam humilis, quam vehemens! nota et occulta est generatio tua. Projicis te ad omnes, cuicumque occurrenti rides, hilarem præbes frontem

ܢܘܫܩ ܒܗ ܒܢܝܫܟ . ܠܚܠܐ ܢܫܩܝܢ .
ܣܦ̈ܘܬܟ ܢܛܦ̈ܢ ܣܡܡܐ ܚܝܐ .
ܘܦܠܣܡܘܢ ܪ̈ܕܐ ܨܒ̈ܥܬܟ .
ܥܝ̈ܢܝܟ ܫܦܝ̈ܪܢ .
ܗܐ ܚܙܝ̈ܢ ܠܐܡܟ .
ܕܟܦܢܐ ܠܚܙܬܟ .
ܘܗܐ ܟܦܢܝܢ ܠܟ ܒ̈ܢܝܗ ܕܥܕܬܐ ܀
ܢܘܪܐ ܐܢܬ ܪܘܚܐ ܐܢܬ ܒܪ ܐܝܬܘܬܐ ܐܢܬ .
ܓܫܡܬ ܡܢ ܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܡܢ ܛܘܗܡܐ ܗܘܝܬ ܕܥܒ̈ܕܐ .
ܐܦ ܓܪ̈ܡܐ ܘܒܣܪܐ ܐܝܬ ܠܟ .
ܐܘ ܠܐ ܓܫܡܢܐ ܕܗܘܐ ܓܫܡܢܐ .
ܠܐ ܒܪܝܐ ܐܝܟ ܒܫܪܪܐ .
ܕܠܒܪܝ̈ܬܐ ܐܝܬܝܬ ܠܗܘܝܐ .
ܐܢܬ ܗܘ ܒܪܝܬ ܕܨܒܝܬ .
ܐܢܬ ܗܘ ܗܘܝܬ ܕܐܚܒܬ .
ܐܢܬ ܗܘ ܕܗܐ ܫܠܝܛ
ܒܪܫܘܬܐ ܥܡ ܝܠܘܕܟ ܀
ܣܪ̈ܦܐ ܡܩܕܫܝܢ ܟܪ̈ܘܒܐ ܡܟܪܟܝܢ ܠܟ ܡܠܐܟ̈ܐ .
ܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܘܬܟ .
ܡܟܣܝܢ ܠܐܘܪܝܐ ܒܓܦ̈ܝܗܘܢ .
ܘܝܘܣܦ ܘܡܪܝܡ ܩܝܡܝܢ
ܟܕ ܙܝܥܝܢ ܐܦ ܕܚܠܝܢ .
ܒܩܠܐ ܓܦ̈ܐ ܕܙܝܥܐ ܕܣܪ̈ܦܐ .
ܒܪ̈ܥܡܐ ܕܚܝܠܐ ܕܩ̈ܠܝܗܘܢ .
ܡܢܘ ܣܦܩ ܠܟ .
ܡܢܘ ܡܕܪܟ ܠܟ .
ܘܡܢܘ ܒܨܐ ܠܟ .
ܘܡܢܘ ܡܡܪܚ ܕܢܥܩܒ ܠܡܘܠܕܟ ܀
ܐܡܪܐ ܡܠܝܠܐ ܐܬܝܬ ܕܬܨܘܕ ܒܪ ܐܠܗܐ ..
ܗܘ ܝܠܕܐ ܕܒܬܘܠܬܐ .
ܗܘܝܬ ܐܡܪܐ . ܘܪܗܛܬ ܠܐܘܪܥܟ .
ܐܡܪܐ ܗܘ ܕܐܒܝܕ ܗܘܐ .

osculis, labia tua stillant pharmacum vitæ, balsamum fluit e digitis tuis, pulchri sunt oculi tui, ecce in matrem tuam diriguntur quæ fame visionis tuæ premitur : omnes filii Ecclesiæ te ardentissime appetunt.

14. Igneus es, spiritualis es, Entis summi filius es, incarnatus e filia Davidis, e genere servorum es; etiam ossa et carnem habes, o incorporee, qui corpus assumpsisti ; verissimum est te creatum non esse qui creaturas ad existentiam adduxisti ; tu creasti, quia voluisti, tu factus es quod amasti, tu ille es qui nunc dominatur cum Genitore suo.

15. Seraphim ter sanctam proclamant, cherubim circumdant, angeli celebrant divinitatem tuam; tegunt suis corporibus præsepe, stant Joseph et Maria cum tremore et timòre, audito sonitu alarum trementium Seraphim et tonitru terribili eorum vocum. Quis sufficiet tibi ? Quis comprehendet te ? Quis investigabit te ? Quis audeat scrutari nativitatem tuam ?

16. Fili Dei, venisti ut ovem rationalem irretires ; Soboles virginis, factus es agnus et tibi obviam cucurrit ovis quæ perierat[1], quia audivit vocem balatus tui. O agne,

[1] Joan.

ܕܝܢܩ ܡܢ ܒܝ ܬܕܝܐ ܐܢܬ
ܘܗ̇ ܠܐܡܪܐ ܕܝܠܕܬܗ ܠܒܪܢܫܐ .
ܐܘ ܪܥܝܐ ܕܗܘܐ ܠܐܡܪܐ .
ܐܘ ܟܗܢܐ ܘܐܡܪܐ . ܐܘ ܠܟܘܡܪܐ ܘܕܒܚܐ .
ܐܘ ܒܪ ܚܠܒܐ ܟܡܐ ܡܟܝܟ ܐܢܬ ܀
ܚܕܝܐ ܐܡܟ ܚܕܐ ܐܦ ܝܘܣܦ
ܚܕܐ ܐܢܬ ܐܦ ܐܢܬ .
ܐܘ ܐܡܪ ܚܕܝ .
ܚܕܝܐ ܡܪܝܡ ܕܝܠܕܬܟ .
ܘܢܫܩܬ ܠܟ ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ .
ܕܡܢ ܩܠܟ ܐܬܬܙܝܥ ܗܘ ܬܥܠܐ .
ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ ܚܨܝܦܐ .
ܒܛܠܬ ܡܠܟܘܬܗ . ܕܫܪܝܬ ܡܠܟܘܬܟ .
ܗܝ ܕܠܥܠܡ ܗܘܬ .
ܕܐܢܬ ܗܘ ܡܠܟܐ ܘܡܠܟ ܡܠܟܐ ܀
ܦܠܚܬܝܗܝ ܠܐܕܡ ܡܢ ܥܦܪܐ ܘܒܪܝܬ ܠܐܡܟ .
ܘܐܢܬ ܠܟ ܓܒܠܬ ܒܪܥܝܢܟ .
ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܒܐܝܬܘܬܟ ܟܝܢܐ ܗܘ .
ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܗܘ ܠܗ ܐܒܘܟ .
ܕܗܟܢ ܐܝܬܘܗܝ ܟܝܢܟ ܡܪܝ .
[ܐܒܐ] ܠܗ ܗܘ ܠܘ ܐܒܘܟ .
ܘܨܒܝܢܟ ܓܝܪ ܠܐܢܫܘܬܟ .
ܒܝܠܕܐ ܕܡܢ ܐܒܘܟ .
ܘܠܐ ܐܢܬ ܠܟ ܓܒܠܬ .
ܕܠܝܬ ܠܟ ܫܘܪܝܐ .
ܒܡܪܝܡ ܐܢܬ ܠܟ ܓܒܠܬ ܕܨܒܝܬ ܀
ܩܝܡܐ ܡܪܝܡ ܐܡܟ ܚܬܟ ܡܟܝܪܬܟ ܐܡܬܟ
ܗܝ ܕܟܪܝܟܐ ܝܠܕܬܟ .
ܗܐ ܕܚܒܟܬ ܒܚܘܒܐ ܢܫܩܬ·
ܫܒܚܬ ܨܠܝܬ ܐܦ ܐܘܕܝܬ·
ܘܝܗܒܬ ܚܠܒܐ ܘܗܐ ܐܚܝܕܐ ܠܟ .
ܡܦܝܐ ܠܟ ܘܓܚܟܐ ܠܛܠܝܘܬܟ .
ܘܗܘ ܚܕܐ ܐܢܬ ܘܝܢܩ ܐܢܬ ܚܠܒܐ .

[1] Cfr. *Gen.* XLIX, 9.

qui tulisti sanctitatem, o lactens qui portasti antiquum dierum, o pastor et agnus, o sacerdos et hostia, o agnus lactens quam mansuetus es.

17. Exultat mater tua, exultat Josephus, exultas et tu, o agne nostri paschatis (exultationis), exultat Maria, quia peperit te et osculatur te, catulum leonis[1], quia voce tua conturbatus est vulpes ille, Herodes, rex protervus. Cessavit regnum ejus, inchoato regno tuo; obtinuit autem regnum tuum, quia rex es, imo rex regum.

18. Plasmasti Adamum e pulvere et matrem tuam creasti et tu teipsum formasti in mente tua. Quod enim in esse tuo (humano) naturale est, non venit a Patre tuo, quia talis est, Domine, tua natura [humana], pater ejus non est Pater tuus. Voluntas enim tua formavit humanitatem tuam. In nativitate tua ex Patre non te formasti, quia non habes principium. In Maria autem formasti te, quia voluisti.

19. Stat Maria, mater tua, soror tua, sponsa tua, ancilla tua; ipsa quippe inclinata peperit te, jam te amore fovit, amplexa est, osculata est, laudavit, oravit, gratias egit et lac dedit, ecce tenet te, blanditur tibi, ridet pueritiæ tuæ, tu vero, hilaris et exultans, lac suges; an-

ܢܩܦܐ ܠܟ ܝܠܕܬܟ .
ܢܩܦܐ ܠܟ ܡܪܒܝܢܝܬܟ .
ܘܢܩܦܐ ܠܟ ܒܪܝܬܟ .
ܒܟ ܬܬܩܢ ܐܡܟ ܒܪܐ ܀
ܪܒܐ ܕܐܡܗ ܐܠܗܗ ܐܡܗ ܡܪܐ ܕܐܡܗ .
ܛܠܐ ܘܩܫܝܫ ܡܢ ܐܡܗ .
ܫܠܐ ܕܬܗܪܐ ܐܬܪܗܒܬܢܝ .
ܢܝܚܟ ܗܐ ܡܥܝܩ ܠܝ .
ܡܢܘ ܕܚܙܟ ܘܠܐ ܢܛܥܡܟ .
ܗܐ ܥܛܦܝܟ ܡܬܡܗܝܢ ܠܚܙܝܐ
ܘܓܠܝܢܟ ܡܬܡܗܪ ܠܡܠܠܐ .
ܗܐ ܦܣܬܝ ܐܝܕܝܟ .
ܗܐ ܒܥܛܝ ܪ̈ܓܠܝܟ .
ܗܐ ܪܚܝܡ ܐܢܬ ܟܠܟ .
ܗܐ ܡܠܠ ܦܘܡܟ ܦܐܡܗ ܕܐܒܘܟ ܀
ܫܘܦܪܟ ܫܦܝܪ ܘܪܝܚܟ ܒܣܝܡ ܗܘ ܘܦܘܡܟ ܕܒܫܐ ܗܘ .
ܛܠܝܐ ܐܠܗܐ .
ܚܝܠܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܘܡܟ .
ܡܙܝܥ ܠܪ̈ܘܚܢܐ ܘܡܪܝܡ ܩܝܡܐ .
ܒܪܡܙܐ ܕܪܡܙܟ ܙ̈ܥܝܢ ܒܪܝܬܐ .
ܘܟܕ ܐܢܬ ܡܬܪܣܐ ܒܛܝܒܘܬܟ .
ܘܗܘ ܚܠܒܐ ܕܒܪܝܬ ܗܘ ܝܢܩ ܐܢܬ ܀
ܬܘܕܝܬܐ ܠܟ ܒܪ ܐܠܗܐ ܕܫܘܝܬ ܕܐܙܡܪ .
ܥܘܕܪܐ ܕܝܠܝܕܘܬܟ .
ܚܛܗܝ ܫܒܘܩ ܒܚܢܢܟ .
ܘܐܘܕܐ ܠܟ ܡܪܝ ܘܐܫܒܚܟ .
ܕܡܢ ܕܝܠܟ ܠܟ ܙܡܝܪܬܐ ܗܘ .
ܒܝܘܡ ܡܘܠܕܟ ܫܒܘܩ ܚܘܒܝܢ
ܘܚܣܝ ܒܪܚܡܝܟ ܬܘܠܫ̈ܝܢ .
ܘܫܝܢܟ ܡܪܝ ܢܡܠܟ .
ܒܥܡܢ ܘܒܥܕܬܟ .
ܠܟ ܡܪܝ ܬܫܒܘܚܬܐ .
ܒܝܘܡ ܥܐܕܟ ܛܠܝܐ ܡܫܒܚܐ ܀

ceps hæret parens tua, hæret nutrix tua, hæret creatura tua : per te, fili, recte dispone matrem tuam.

20. Magister matris, Deus matris, Domine matris, matre junior et senior, quiesce, in admirationem me rapuisti ; ecce affabilitas tua opprimit me ; quis te aspicere possit quin gustet quam suavis es ? Ecce exuviæ tuæ attonitos faciunt spectatores, et detectio tua in admirationem rapit disertos ; ecce manus tuæ fasciis involutæ et pedes pulsantes, ecce totus amabilis es et os tuum balbutiens de tuo Patre.

21. Pulchritudo tua decora est et odor suavis, osque tuúm mel est, o Deus-infans. Virtus ex ore tuo emissa cœlestes spiritus exagitat ; Maria stat attonita, nutuque tuo creaturæ contremiscunt ; dum bonitate tua mundo alimoniam præstas, lac quod creasti ipse suges.

22. Gratias ago tibi, o Fili Dei, quod dignus fuerim ut rem nativitatis tuæ psallerem, tua indulgentia absolve meos defectus, et confitebor tibi teque laudabo, quia ex te est et tibi debetur canticum laudis. In die nativitatis tuæ absolve offensa nostra ; tua misericordia absterge maculas nostras ; pax tua, Domine, regnet in populo nostro et in Ecclesia tua, tibi laus, puer gloriose, in die solemnitatis tuæ.

XI.

ܐܚܪܢܐ ܥܠ ܩܠܐ ܕܘܝܕ ܒܪ ܐܝܫܝ ܥܘܢܝܐ
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܓܒܐ ܠܡܪܝܡ ܘܐܘܬܪ
ܘܐܘܪܒ ܕܘܟܪܢܗ ܀

ܒܬܘܠܬܐ ܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܩܪܬܢܝ ܝܘܡܢ ܠܡܫܬܘܬܐ[a] .
ܒܚܘܒܐ ܕܠܐ ܒܨܝܐ .
ܬܘ ܢܬܒܣܡ ܒܡܫܬܘܬܗ .
ܘܢܚܕܐ ܥܡܗ ܟܕ ܐܡܪܝܢ .
ܕܒܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܗܘ ܀
ܒܬܘܠܬܐ ܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܗܐ ܩܝܡܐ ܠܗ ܒܝܬ ܟܢܫܐ .
ܘܛܥܝܢܐ ܥܠܝܡܐ[b] .
ܘܟܪܝܟܝܢ ܠܗ ܕܪܘܫܐ .
ܚܕ ܕܪܫ ܠܗ ܚܕ[c] ܒܨܐ ܠܗ .
ܘܚܬܝܡܐ ܗܝ ܘܢܛܝܪܐ ܀
ܛܥܝܢܐ ܝܠܘܕܐ .
ܘܒܬܘܠܘܬܗ ܩܝܡܐ .
ܛܥܝܢܐ ܒܬܘܠܐ .
ܘܝܗܒܐ ܚܠܒܐ ܕܐܡܗܬܐ .
ܡܢܘ ܢܫܟܚ ܡܢܘ ܢܡܨܐ .
ܡܢܘ ܢܡܪܚ ܕܢܒܨܐ ܀
ܛܥܝܢܐ[d] ܠܗ ܒܥܘܒܗ .
ܘܢܛܪ ܛܒܥܐ ܕܒܬܘܠܘܬܗ .
ܘܐܝܢܐ ܕܚܙܐ ܠܗ .
ܡܢܐ ܐܝܬ ܠܗ ܕܢܡܠܠ .
ܐܠܐ ܕܢܐܡܪ ܕܗܐ ܕܘܡܪܐ
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܀
ܐܫܥܝܐ ܡܫܒܚܐ .

XI.

Alius hymnus in tono: David Jesse filius[1]. **Responsorium** : Benedictus qui elegit Mariam et valde magnificavit memoriam ejus.

1. Virgo filia David vocavit me hodie ad convivium cum amore inscrutabili ; venite, delectemur ad mensam ejus, et lætemur cum ea, dicentes prolem quam ipsa peperit Deum esse.

2. Virgo filia David stat inter turbas, puerulum portans, circumstant disputatores ; unus disputat de ea, alter scrutatur eum. Sigillo virgineo munita est et integra.

3. Portat natum, et remanet ejus virginitas ; portat virginalia integra, et lac matrum præbet. Quis poterit, quis valebit, quis audebit perscrutari ?

4. Portat puerulum in sinu suo, et signa virginitatis servat. Quid dicere potest qui eam intuetur, nisi dicat : « *Ecce admirabilis,* » ut dixit Isaias[2] ?

5. Inclytus Isaias appellavit pue-

[1] Stropha continet sex versus diversi metri, hoc modo : 575787. Nonnullæ strophæ inveniuntur in cod. add. 17,141, fol. 81 quem littera E designamus et in Scala 15 cod. par. 149.

[2] *Is.* IX, 6. Videtur applicare matri quod Isaias dixit de filio, nisi pro ܠܗ̇ legendum sit ܠܗ .

[a] E ܠܡܫܬܘܬܗ — [b] Scala 15 ܛܥܝܢܐ ܝܠܘܕܐ — [c] Scala ܐܚܪܝܢ — [d] Strophæ 4, 6 e cod. E.

ܩܪܘܗܝ ܠܐܠܗܐ ܓܢܒܪܐ .
ܘܩܪܘܗܝ ܕܘܡܪܐ .
ܡܛܠ ܬܗܪܐ ܕܡܘܠܕܗ .
ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܐܢܫ ܢܩܪܝܘܗܝ .
ܢܩܪܝܘܗܝ[a] ܐܠܐ ܒܫܡܗ ܕܕܘܡܪܐ ܀
ܡܢ ܐܕܢܐ ܥܠܠ ܗܘܐ .
ܘܫܪܐ ܒܡܪܒܥܐ ܓܢܝܐܝܬ .
ܘܢܦܩ ܡܢ ܟܪܣܐ .
ܘܠܐ ܫܪܐ ܛܒ̈ܥܐ ܕܒܬܘܠܘܬܗ .
ܐܝܟܢܐ ܠܘܬ ܐܦܠܐ ܛܒ̈ܥܐ .
ܕܩܒܪܐ ܫܪܐ ܗܘܐ ܟܕ ܢܦܩ ܀
ܛܥܢܬܗ ܐܢܬܬܗ .
ܝ̈ܪܚܐ ܬܫܥܐ ܟܠܗ ܒܟܪܣܐ .
ܘܟܕ ܝܢܩ ܚܠܒܐ .
ܢܛܦ̈ܐ ܡܛܪܐ ܗܘ ܡܚܬ ܗܘܐ .
ܗܢܘ ܬܗܪܐ ܐܦ ܕܘܡܪܐ .
ܢܬܒܪ ܚܘܒܐ ܕܟܦܘܪ̈ܐ ܀
ܕܡܝܐ ܗܘܬ ܒܥܘܒܗ .
ܠܒ̈ܥܠܬܐ ܘܐܡܗ̈ܬܐ .
ܘܛܥܢܐ ܦܐܪܐ .
ܟܕ ܠܐ ܚܙܐ ܠܗ ܙܘܘܓܐ .
ܫܬܩ ܡܪܝܚܐ ܙܘܥ ܕܪܘܫܐ .
ܡܬܡܗ ܬܗܪ ܒܗ ܒܛܠܝܬܐ ܀
ܪܫܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ .
ܡܪܗ ܩܪܝܗܝ ܗܘܐ ܠܡܫܝܚܐ .
ܘܠܐ ܐܝܬ ܒܪ ܐܢܫܐ .

rum « *Deum fortem* » et appellavit eum « *Admirabilem,* propter miraculosam ejus nativitatem ; nemo igitur appellet eum nisi Admirabilem.

6. Ingressus est per aurem[1] et secreto uterum inhabitavit, e ventre porro exiens, non solvit sigilla virginalia, sicut nec solvit exeundo sigilla sepulchri.

7. Maria gestavit eum in utero novem mensibus ; dum lac sugeret, ipse pluviæ guttas e cœlo dimittebat ; miro hoc prodigio frangatur arrogantia abnegatorum.

8. Similis erat Mariæ sinus illi maritatarum et matrum et prolem gestabat, nullo habito congressu ; taceas, o impudens, timeas, o disputator, admiratione raptus in puellam.

9. Princeps angelorum Christum appellavit Dominum suum[2]. Porro nullus homo princeps est angelorum ; quia ergo Christus est Deus

[1] Joannes Damascenus et ipse Syrus eodem modo loquitur *De fide orthod*. IV, 14 : « Ac conceptio quidem per auditum facta est : ortus vero per eam partem per quam exire fetus consuescit ; quamlibet alii fabulentur per genitricis Dei latus editum esse. » Ante Joannem, S. Isaac Antiochenus dixerat : « Nisi (Christus) Deus erat, cur a Patre missus est ? Sed nisi homo erat, cur Maria necessaria erat ? Nisi Deus erat, quomodo per aurem intrare potuit ? Sed nisi homo erat, quomodo venter eum peperit ? Nisi Deus erat, quomodo matris virginitatem in partu servare potuit ? Sed nisi homo erat, cur non eodem modo exiit, quo intraverat. Per aurem enim spiritus intravit et e ventre caro egressa est. » *S. Isaaci Antioch. Opera omnia* ed. Bickel. Gissæ, 1873, t. I. p. 60.

[2] *Luc.* I, 28 juxta versionem Syriacam, ubi Gabriel dicit : « *Ave, gratia plena, Dominus noster tecum.* »

[a] ܢܩܪܝܘܗܝ abundat.

ܕܐܬܚܘܝ ܢܗܝܪܐ ܕܡܠܐܟܐ .
ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܗܘ . ܘܒܪ ܐܠܗܐ ܗܘ .
ܗܘܝܘ ܡܪܗ ܕܓܒܪܐܝܠ ✣
ܡܢܘ ܘܒܪ ܡܢܘ .
ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ .
ܐܠܗܘܗܝ ܐܠܗܐ .
ܡܢ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ .
ܠܥܠ ܐܠܗܐ ܠܬܚܬ ܒܪܢܫܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܒܨܐ ܠܗ ✣
ܙܡܪܘ ܠܗ ܠܡܫܒܚܬܐ .
ܥܡܡܐ ܘܟܠܗܘܢ ܐܡܘܬܐ .
ܠܗܘ ܕܛܥܢܬܗ ܡܪܝܡ .
ܘܗܘܝܘ ܛܥܝܢ ܠܫܡܝܐ .
ܘܠܗ ܗܘ ܡܒܪܟܝܢ ܟܪܘܒܐ ܕܚܝܠܐ .
ܘܣܪܦܐ ܠܗ ܗܘ ܡܩܕܫܝܢ ✣
ܟܠܬܐ ܡܟܠܠܬܐ .
ܗܐ ܡܪܟܝ ܬܠܐ ܥܠ ܨܠܝܒܐ .
ܘܐܬܦܬܚ ܓܢܒܗ .
ܡܢ ܗܘ ܣܛܪܐ ܕܝܡܝܢܐ .
ܘܢܒܥܘ ܡܢܗ ܡܝܐ ܘܕܡܐ .
ܚܘܣܝܐ ܠܒܢܘܗܝ ܕܐܕܡ ✣
ܐܘܪܗܝ ܫܕܪܬ ܠܗ .
ܠܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܕܬܐ ܠܘܬܝ .
ܘܐܝܬܐ ܠܟ ܥܡܟ .
ܨܠܝܒܐ ܚܝܐ ܐܣܓܘܕ ܠܗ .
ܬܐ ܐܣܝܢܝ ܬܐ ܐܬܥܗܕܢܝ .
ܬܐ ܕܣܒ ܟܐܒܝ ܕܒܝܫܝܢ ✣

Deique filius, idcirco ipse est Dominus Gabrielis.

10. Quis est et cujus filius ille qui natus est ex virgine? Deus est de Deo vero, superne Deus, deorsum homo, anathema illi qui eum scrutatur.

11. Illi quem Maria portavit hymnum cantate, populi omnesque gentes, portat enim ipse cœlum; ei benedicunt formidolosi Cherubim, eum Seraphim ter sanctum proclamant.

12. Ecclesia[1] sponsa, ecce Dominus tuus pendet in cruce, latus ejus apertum est e parte dextra et fluunt ex eo aqua et sanguis in propitiationem filiis Adæ.

13. Edessa misit legatos ad regem Christum dicens: « Veni ad me, affer tecum crucem salutarem, ut adorem eam; veni, ad me sanandam, veni ad me curandam, veni ad præbendum remedium doloribus quibus infirmor[2]. »

[1] Strophæ 12-13 desunt in cod. A; ex alio Ephræmi hymno desumptæ fuerint.

[2] Legationem Abgari regis ad Christum, Christique responsum ex archivis Ecclesiæ Edessenæ refert Eusebius, *Hist. Eccl.* I, 13. W. Cureton translationem hujus loci Syriacam cum aliis documentis huc spectantibus edidit in Opere: *Ancient Syriac documents relative to the earliest establishment of Christianity in Edessa*. London 1864.

XII.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܥܢܝܢܐ ܫܘܒܚܐ
ܠܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܒܐ ܡܬܘܡܐܝܬ.
ܘܗܘܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܝܠܕ
ܙܒܢܐܝܬ ܀

ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܬܕܡܪ. ܒܡܘܠܕܟ ܡܫܒܚ ܡܢ ܟܠ.
ܕܒܛܝܢ ܕܠܐ ܙܘܘܓ. ܘܝܠܕ ܕܠܐ ܚܫܚܫ.
ܒܪܘܡܐ ܕܠܐ ܐܡܐ. ܒܥܘܡܩܐ ܕܠܐ ܐܒܐ.
ܬܗܪܐ ܗܘ ܡܘܠܕܟ ܒܟܠܗܘܢ.
ܕܡܢ ܠܐ ܦܬܚ ܛܒܥܐ. ܘܠܐ ܡܫܚܠܦ ܒܬܘܠܐ
ܬܕܝܐ ܡܠܝܢ ܚܠܒܐ. ܕܐܝܢܘܗ ܬܪܣܝ ܠܟܠ ܀

ܡܢܘ ܒܓܘ ܓܘܦܢܐ. ܨܪ ܓܠܦ ܥܢܒܐ.
ܘܠܐ ܕܘܒܠܐ. ܘܨܒܥܗ ܕܐܘܡܢܐ.
ܐܝܟ ܒܛܢܝܢ ܒܗ. ܠܚܡܪܐ ܕܠܐ ܐܒܐ.
ܐܪܙܗ ܕܒܪܐ ܛܥܝܢ ܘܩܝܡܝܢ.
ܒܛܢ̈ܢ ܘܝܠܕ̈ܢ. ܚܬܝܡܢ ܘܠܐ ܒܙܝܥܢ.
ܗܕܐ ܠܡܒܗܬܘ. ܣܦܩܐ ܕܟܦܘܪ̈ܐ ܀

ܒܛܘܪܐ ܒܓܘ ܚܘܪܒ. ܛܘܦܣܟ ܪܫܡܬ ܗܘܬ.
ܕܟܕ ܠܐ ܢܩܝܪܐ ܗܘܬ. ܝܠܕܬ ܘܐܫܩܝܬ ܗܘܬ.
ܡܫܪܝܬܐ ܠܡܫܪ̈ܝܬܐ. ܕܨܗܝܐ ܘܡܝܬܐ ܗܘܬ.
ܐܪܟܢ ܛܠܟ ܠܟܐܦܐ ܘܐܒܛܢܗ.
ܕܡܢܟ ܕܢܚ ܘܢܒܥ. ܡܝܐ ܫܡܝܢܐ.
ܘܐܫܩܝ ܨܗܝܢ ܡܢܗ. ܥܠܡܐ ܒܛܝܒܘܬܐ ܀

ܒܓܘ ܡܪܥܐ ܕܒܣܪܐ. ܓܢܘܢܐ ܡܬܩܢ ܗܘܐ ܒܗ.
ܘܡܣܬܡܟ ܒܗ ܘܫܪܐ ܚܬܢܐ ܫܡܝܢܐ.
ܘܒܬܘܠܬܐ ܛܝܒܝ ܠܬܕܐ ܒܪܘܚܗ.

XII.

Alius hymnus in tono Paradisi[1]. Responsorium : Gloria illi qui natus est ab æterno ex Patre et beneficientia sua factus est infans in tempore.

1. Quis non miretur nativitatem tuam gloriosissimam? Absque congressu conceptus et absque difficultate natus, in cœlis absque matre es, et in terra absque patre ; tua nativitas sub quocumque respectu prorsus admirabilis est. Etenim sigillis non solutis, et virginalibus non destructis, ubera virginis plena sunt lacte quo ipsa nutrit omnium Alitorem.

2. Quis in vitibus intus sculpsit uvas absque dolabra et digito artificis ? Quomodo vites concipiunt vinum absque patre? Figuram filii sustinentes stant ac concipiunt, servato sigillo et absque ruptura fœcundantur. Hoc ad confusionem sufficit impiorum.

3. In monte Horeb petra typum tuum, o virgo, designavit ; etenim parturivit non excavata et præbuit potum castris Israelitarum, quæ siti languebant ac moriebantur. Umbra tua attigit petram eamque fœcundavit ; quia ex te ortæ sunt aquæ cœlestes, quarum potu sitim suam extinxit mundus per gratiam.

4. In utero carneo thalamus dispositus erat, in quo recumbens requiescebat sponsus cœlestis ; vir-

[1] Ita appellatur, quia hymni S. Ephræmi de Paradiso Eden hoc metro exarati sunt. Constat stropha undecim versibus, decem versus quinque sunt syllabarum, septimus septem habet syllabas. Schema est : 55555575555.

ܘܟܕ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܦܘܩ ܡܫܝܚܐ .
ܒܬܘܠܐ ܫܒܩ ܕܡܟܝܢ. ܕܠܐ ܢܪܓܫܘܢ ܒܡܦܩܢܗ.
ܘܥܝܪܐ ܘܡܠܐܟܐ . ܙܡܪܝܢ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܀

ܠܝ ܢܛܘܒܘܢ ܕܪܐ . ܟܠܗܘܢ ܫܪܒܬܐ .
ܐܡܪܐ ܒܚܕܘܬܐ . ܡܪܝܡ ܟܝ ܕܗܘܝܬ .
ܕܗܘܝܬ ܒܛܝܒܘܬܐ . ܐܡܐ ܠܐܠܗܐ .
ܘܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܝܠܕܬ .
ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ . ܡܪܐ ܕܡܠܐܟܐ .
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܝ . ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܡܣܒܪܢܝ ܀

ginalia diligenti custodia servabant portas. Quando autem sponsus gloriosus exire voluit, virginalia somno oppressa reliquit, ita ut non sentirent ejus egressum. Interea Vigiles cum angelis laudes decantabant.

5. *Beatam me dicent omnes generationes*[1], ait cum exultatione Maria; quia facta sum per gratiam Mater Dei et absque congressu peperi agnum Dei angelorumque Dominum, ut dixit mihi angelus qui nuntium attulit.

XIII.

ܐܚܪܢܐ ܥܠ ܩܠܐ ܗܢܐ ܝܘܡܐ ܚܕܝ ܡܪܢ
ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܝܠܕܟܝ
ܡܠܝܬ ܠܬܗܪܐ ܀

ܒܬܘܠܬܐ ܡܠܝܬ ܕܬܗܪܐ .
ܕܝܠܕܬ ܠܢ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ .
ܙܥܘܪ ܗܘ ܠܗ ܦܘܡܝ ܢܡܠܠ
ܕܫܦܝܪ ܥܠ ܕܟܝܘܬܟܝ ܀
ܓܙܐ ܕܡܠܐ ܟܠ ܛܘܒܝܢ .
ܘܡܪܘܐ ܕܚܝܐ ܠܩܢܘܝܗܝ .
ܝܗܒܬ ܠܢ ܒܒܬܘܠܘܬܟܝ .
ܘܡܢܘ ܫܪܐ ܠܬܫܒܘܚܬܗ ܀
ܕܢܚ ܡܢܟܝ ܡܡܟܝܐܝܬ .
ܪܡܐ ܕܙܥܪ ܕܢܪܡܪܡ .
ܘܐܝܩܪ ܘܐܪܘܡ ܕܘܟܪܢܟܝ
ܗܪܟܐ ܘܠܥܠ ܒܫܡܝܐ ܀
ܗܐ ܚܕܝܢ ܘܪܘܙܝܢ ܝܘܡܢ .
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܡܕܡ ܕܒܗܘܢ .
ܘܡܚܪܝܢ ܕܢܫܡܥܘܢ ܠܬܫܒܘܚܬܐ .
ܘܢܒܥܘܢ ܒܩܘܠܣܝܗܘܢ ܀

XIII.

Alius hymnus in tono : Hic dies lætificavit, Domine[2]. **Responsorium** : Benedictus natus tuus, o mater plane admirabilis.

1. Virgo plane admirabilis quæ peperisti nobis filium Dei, incapax est os meum ut digne loquatur de tua puritate.

2. Thesaurum omnibus beatitudinibus refertum vitamque suis possessoribus profundentem tribuisti nobis in virginitate tua. Quis valeat debitas rependere laudes ?

3. Ortus est e te humiliter altissimus, qui parvulum se fecit, ut homines exaltaret et ut honorarem ac magnificarem memoriam tuam hic in terra et superne in cœlo.

4. Lætantur et exultant hodie cœlum et terra et omnia quæ in eis sunt et satagunt gloriam tuam canere laudesque celebrare.

[1] *Luc.* I, 48.
[2] Tonus est hymni primi de Nativitate Domini,

Opp. Syr.-lat. II. Constat stropha quatuor versibus septem syllabarum.

ܟܪ̈ܘܒܐ ܕܐܪܒܥ ܐܦ̈ܝܗܘܢ .
ܠܐ ܡܫܘܝܢ ܐܟܘܬܟܝ .
ܣܪ̈ܦܐ ܕܫܬܐ ܓܦ̈ܝܗܘܢ .
ܠܐ ܫܦܝܪܝܢ ܛܒ ܡܢ ܫܘܦܪܟܝ ܀
ܠܐ ܕܟܝܢ ܛܒ ܡܢ ܕܟܝܘܬܟܝ .
ܠܓܝ̈ܘܢܐ ܕܒܢ̈ܝ ܪܘܡܐ .
ܕܛܥܝܢ ܘܡܙܝܚܝܢ ܠܗ .
ܠܛܠܐ ܫܦܝܪܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܥܘܒܟܝ ܀

5. Quadruplici sua facie cherubim pares tibi sanctitate non sunt, seraphim sex alis instructi decori pulchritudinis tuæ cedunt.

6. Nec puritate pares tibi sunt legiones angelorum cœlestium, qui portant et cum pompa gestant pulchrum puerulum e sinu tuo egressum.

XIV.

ܐܚܪܢܐ ܥܠ ܩܠܐ ܕܢܟܣܘ ܕܝܢ ܠܐܟܠܝܢ
ܕܛܥܘ ܒܟܘܠܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܘܠܕܟ
ܡܪܐ ܟܠ . ܕܢܗܪ ܒܗ
ܒܪܝܬܐ ܟܠܗ̇ ܀

ܠܒܬܘܠܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܬܗܪܐ .
ܚܙܐ ܗܘܐ ܥܝܪܐ . ܘܩܡ ܬܗܪ ܒܗ̇ .
ܘܐܝܟ ܕܒܚܘܒܐ ܦܢܩ ܗܘܐ ܠܗ̇ .
ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ .
ܠܐ ܪܡܐ ܫܡܝܐ ܡܢܟܝ .
ܘܬܪܘܢܐ ܕܥܝܪܐ ܪܥܠ ܡܢ ܩܕܡܝܟ .
ܘܗܘܐ ܛܥܝܢܐ ܐܢܬܝ ܠܗ ܘܒܫܠܝܐ ܐܢܬܝ .
ܘܠܥܝܪܐ ܒܢܫܡܬܗ ܗܘܘ ܚܝܐ .
ܘܨܒܐ ܒܚܠܒܟܝ ܐܬܪܒܝ .
ܬܗܪܐ ܡܠܝܢ ܨܒܥܬܟܝ .
ܕܛܥܝܢ ܠܗ ܠܓܡܘܪܬܐ .
ܘܫܠܐ ܚܘܡܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ .
ܘܛܘܒܝܟܝ ܐܡܐ ܡܢܘ ܝܠܕܬܝ ܀
ܗܘܢܐ ܡܢ ܙܒܢܐ ܘܥܕܢܐ .
ܢܦܩ ܕܢܚܙܐ ܕܝܠܕܐ ܡܘܠܕܟ .
ܡܕܥܐ ܡܚܬܐ ܕܢܒܨܐ ܠܟ .

Alius hymnus ad tonum : « Qui interfecit comestores qui erraverant[1]. Responsorium : Benedicta nativitas tua, o omnium Domine, qua totus mundus illuminatus est.

1. Virginem plane mirandam vidit angelus, et ejus admiratione raptus velut ex amore blandiebatur ei dicens : « *Pax tibi*, *gratia plena*[2]; cœlum non est te excelsius ; sedes angelorum coram tuo nato trepidat et tu tranquilla eum portas ; ipse halitu suo angelis vitam præstat et quia voluit lacte tuo enutritus est ; digitti tui admiratione pleni gestant carbonem, vehementia flammæ quiescente, o beata mater, quemnam peperisti? »

2. Mens ultra tempora et momenta ascendit ut contemplaretur, o puer, tuam nativitatem, intellectus ausus est te perscrutari et

[1] Stropha continet tredecim versus septem et octo syllabarum hoc modo : 7887788777788. Non satis tamen mihi constat de versibus mediis an octo vel septem syllabarum esse debeant.

[2] *Luc.* I, 28.

ܘܡܢ ܥܝܪ̈ܐ ܙܠܝܩ̈ܐ ܐܬܥܘܪ :
ܘܡܢ ܝܡܐ ܕܢܘܪܐ ܛܒܥ .
ܒܐܒܘܟ ܟܣܝܐ ܚܙܐ ܕܟܣܐ ܐܢܬ .
ܘܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܟܪܝܟܐ ܠܟ .
ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܘܒܪ̈ܩܐ ܐܟܚܕ .
ܙܝܘܐ ܕܚܝܠܐ ܕܡܟܢܥܢܐ .
ܘܥܢܢܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ .
ܘܙܠܝ̈ܩܐ ܕܢܘܪܐ ܫܦܝܐ .
ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܘܩܠܐ ܕܐܡܪ .
ܕܠܐ ܡܬܒܨܐ ܒܪ ܐܠܗܐ ✤
ܛܠܝܐ ܕܩܕܡ ܡܢ ܙܒܢ̈ܐ .
ܗܒ ܠܝ ܕܐܡܪ ܥܠ ܡܘܠܕܟ .
ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܐ ܡܪܝ ܝܕܥ ܐܢܐ .
ܘܕܟܣܐ ܗܘ ܡܘܠܕܟ ܒܐܠܗܘܬܟ .
ܘܓܠܝܬ ܒܐܠܗܘܬܟ .
ܚܘܒܐ ܗܘ ܚܐܨ ܠܝ ܕܢܡܠܠ .
ܗܒ ܡܠܬܐ ܠܚܘܒܐ ܪ̈ܚܡ ܠܟ .
ܕܠܐ ܠܒܨܝ ܐܬܛܝܒܬ .
ܙܡܝܪܐ ܕܫܘܒܚܐ ܐܪܡܝ ܠܗ .
ܕܟܕ ܠܐ ܒܨܐ ܣܓܕ ܠܟ .
ܢܫܒܚ ܒܥܐ ܘܠܐ ܢܒܨܝܟ .
ܐܝܬܐ ܕܟܣܐ ܡܢ ܡܕ̈ܥܐ .
ܓܠܝ[a] ܠܝ ܡܠܬܟ ܐܡܠܠ ܠܟ ✤
ܗܐ ܚܙܐ ܒܗ ܐܚܝܕܬܐ .
ܒܗܘܢܐ ܕܚܘܒܐ ܘܠܐ ܒܒܘܨܝܐ .
ܘܚܐܨ ܕܢܬܠܘܢ ܠܡܥܠܬܐ ܒܗ .
ܘܠܐ ܫܒܩܝܢ ܠܗ ܠܓܝ̈ܣܐ .
ܓܘܕ̈ܐ ܕܥܝܪ̈ܐ ܥܒܝ̈ܐ .
ܕܓܒܐ ܕܓܒܪܐܝܠ ܕܟܪܝܟܝܢ ܠܗ .
ܘܚܝܠܗ ܪܒܐ ܕܡܝܟܐܝܠ .
ܕܕܚܝܠܐ ܘܙܘܥܐ ܩܐܡ .
ܟܪ̈ܘܒܐ ܕܚܝ̈ܠܐ ܘܡܟܣܝܢ .

[a] Cod. ܓܠܐ

angelis coruscantibus obcæcatus est et mare ignis submersus; vidit te in Patre tuo abscondito abditum, igne vivo circumdatum; vidit illic simul flammam et fulgura, terribilem fulgorem audaciam reprimentem, densam flammarum nubem, radios lucis nitentis, magnamque commotionem cum voce dicente: « Non investigatur Filius Dei. »

3. Puer temporibus antiquior, da mihi de tua nativitate loqui. Scio, Domine, te incomprehensibilem esse tuamque generationem in Deo absconditam esse et tua divinitate teipsum manifestavisse. Amor instat ut loquatur, da verbum amori. Res difficilis est mihi qui ad inquirendum de te paratus non sum; da amori canticum laudis, ut non perscrutans sed adorans laudet te supplex absque investigatione; ens rationi impervium, revela mihi verbum tuum, ut de te loquar.

4. Ecce intellectus amore impulsus aciem in eum dirigit absque perscrutatione, instat ut detur illi accessus ad perscrutandum, sed non sinunt eum chori densi angelorum, agmina Gabrielis eum circumdantia, magnus Michaelis exercitus qui stat timore et tremore correptus, Cherubim terribiles ac velati, Seraphim alas suas agitantes, turbæ denique Spirituum ignem

ܡܫܪ̈ܦܐ ܛܪܦܝ ܓܦܝܗܘܢ .
ܒܢܩ̈ܐ ܕܢܩܫܝ ܓܦܬܐ .
ܒܝܢܬ ܗܠܝܢ ܩܘܡ ܡܡܪܚ .
ܢܥܘܠ ܢܚܙܐ ܚܙܝܐ ܠܒܪܐ ܀

ܚܘܒܐ ܠܡܕܥܐ ܡܓܒܪ .
ܬܐ[a] ܢܘܚܝ ܠܐܝܐ ܡܢ ܛܘܪ̈ܦܝܟܝ .
ܠܐ ܬܬܥܠܐ ܠܟܘܬ ܢܘܪ̈ܢܐ .
ܕܠܐ ܫܒܩܝܢ ܠܟܝ ܣܕܪ̈ܝܗܘܢ .
ܕܬܬܩܪܒܝ ܠܘܬܗ ܕܟܣܝܐ .
ܬܐ ܚܙܝ[b] ܡܪܝܡ ܕܛܥܝܢܐ ܠܗ .
ܘܠܝܘܣܦ ܕܡܓܦܦ ܠܗ .
ܟܣܝܐ ܒܐܒܘܗܝ ܥܡ ܪ̈ܘܚܐ .
ܓܠܐ ܒܒܬܘܠܬܐ ܠܡܝܘ̈ܬܐ .
ܠܥܠ ܟܣܝܐ ܘܠܬܚܬ ܓܠܐ .
ܘܗܘܝܘ ܗܘ ܚܕ ܗܘ ܝܚܝܕܐ .
ܒܥܬܐ ܠܐܝܐ ܗܪܟܐ ܬܢܘܚ
ܕܓܠܐ ܗܘ ܗܘ ܠܪܚܡܗ ܠܗ ܀

spirantes. Quis audeat adstare inter eos aut ingredi, ut contempletur Filium Dei.

5. Amor mentem impellit: Veni, tuarum miseriarum lassa quiesce, ne velis te efferre usque ad sedem ignitorum spirituum, quia non sinent eorum ordines ut accedas ad absconditum; veni, vide Mariam eum portantem et Josephum eum amplexantem. Absconditus in Patre suo cum spiritibus, manifestavit se per virginem mortalibus. Sursum occultus, deorsum manifestus idem ipse unicus est. Inquisitio lassa hic quiescat, quia revelavit se amanti.

XV.

ܐܚܪܢܐ ܥܠ ܩܠܐ ܟܢܘܫܐ ܥܠܝܐ ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܘܡܐ
ܘܒܥܘܡܩܐ ܫܪܝܬ ܡܪܝ ܒܥܘܒܗ
ܕܝܠܘܕܟ ܟܣܝܬ ܒܥܘܒܗ
ܘܕܡܪܝܡ ܒܗ ܓܠܝܬ ܀

ܡܪܟܒܬܐ ܕܢܘܪܐ . ܒܪܬܝܬܐ ܛܥܝܢܐ ܠܗ .
ܘܒܘܪ̈ܟܐ ܡܚܝ̈ܠܬܐ . ܛܥܢܝܢ ܘܠܐ ܡܬܚܡܝܢ .
ܡܠܐ̈ܟܐ ܕܓܘܙܠܐ . ܒܪܬܝܬܐ ܡܛܥܢܝܢ ܠܗ .
ܘܒܪܬܗ[c] ܕܕܘܝܕ . ܒܥܘܒܐ ܙܥܘܪܐ ܓܦܬܗ .
ܟܪ̈ܘܒܐ ܛܥܢܝܢ ܠܗ ܘܪܬܝܢ[d]

Alius hymnus ad **tonum**: Cœtus supernus[1]. **Responsorium**: In cœlo et in terra habitasti, Domine, in sinu Genitoris tui absconditus, in sinu Mariæ manifestatus.

1. Currus ignis cum tremore portat Dominum, genua debilia portant eum et non comburuntur; angeli flammei cum metu gestant eum, filia autem David parvo suo sinu complectitur. Cherubim portant eum et contremiscunt, sera-

[1] Modus est hymni de nativitate Domini qui editus est *Opp. Syr.-lat.* III, 599. Stropha constat undecim versibus, quorum octo primi quinque syllabas, tres ultimi octo et interdum septem syllabas habent. Schema est: 55555555888. Vide t. I, 708, ubi descriptus est: 4554510888. Noster hymnus invenitur etiam in cod. C seu cod. add. 14.516. Scala 19[a] cod. par. 149 continet strophas 5-7. Denique occurrit in cod. add 14,512, cujus varias lectiones non habeo.

[a] Cod. ܬܐ — [b] Cod. ܚܙܐ — [c] CA vero corrupte habent ܘܒܪܬܗ ܕܕܘܝܕ ܒܥܘܒܗ . ܘܠܐ ܡܓܦܦܐ — [d] A ܘܪܬܝܢ

ܘܣܪ̈ܦܐ ܡܩܕܫܝܢ ܠܗ ܘܪܥܠܝܢ .
ܘܡܪܝܡ ܚܒܒܬܗ ܥܠ ܬܕܝܗ̇ ܀

ܡܪܝܡ[a] ܡܗܝܡܢܬܐ . ܘܒܪܝܟܬܐ ܒܢܫܐ .
ܚܠܒܐ ܐܝܢܩܬܗ . ܡܢ ܬܕܝܗ̇ ܒܬܘܠܝܬܐ .
ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܝ ܘܡܢ ܢܫܟܚ . ܕܢܐܡܪ ܐܝܟܢ ܗܘ.
ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬܗ . ܘܒܬܘܠܘܬܗ̇ ܢܛܪܬ .
ܟܦܝܦܐ[b] ܘܝܠܕܬܗ ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܝ
ܩܝܡܐ ܘܐܝܢܩܬܗ ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܝ .
ܘܡܝܬܐ ܘܒܬܘܠܘܬܗ̇[c] ܠܐ ܐܫܬܪܝܬ ܀

ܡܕܢܚܐ ܕܢܘܗܪ̈ܐ . ܒܛܘܦܣܐ ܗܘܬ ܡܪܝܡ .
ܕܡܢ ܥܘܒܗ̇ ܕܢܚ ܠܢ . ܡܪܐ ܕܢܘܗܪ̈ܐ .
ܒܡܘܠܕܗ ܠܚܫܘܟܐ ܐܥܪܩܗ ܡܢ ܥܠܡܐ .
ܘܐܢܗܪ ܒܙܠܝܩܘܗܝ . ܠܥܡ̈ܡܐ ܪ̈ܚܝܩܐ .
ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܢܣܒܘ ܘܐܝܬܝܘ ܠܗ .
ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܒܐܘܪܝܐ ܕܒܝܬ ܠܚܡ .
ܘܣܓܕܘ ܠܗ ܘܗܦܟܘ ܠܐܬܪܗܘܢ ܀

ܝܘܡܢ ܒܪ̈ܝܬܐ . ܢܪܢܡܢ ܒܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܢܙܡܪܘܢ ܟܠܗܘܢ ܒܫܘܒܚܐ ܒܟܠ ܦܘܡܝܢ .
ܘܬܡܪܘܪܐ ܫܘܒܚܐ . ܒܩܠܐ ܕܠܫܢ̈ܐ .
ܘܐܟܚܕܐ ܟܠ ܥܡ̈ܡܝܢ . ܒܙܡܪܐ ܢܗܠܠܘܢ .
ܒܫܡܝܐ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ .
ܘܥܠ ܐܪܥܐ ܫܠܡܐ ܠܟܠ ܒܣܪ .
ܕܝܠܝܕ ܦܪܘܩܐ ܠܥܠܡܐ ܀

ܝܘܡܢ[d] ܚܙܩܝܐܝܠ . ܢܚܕܐ ܒܓܠܝ̈ܢܐ .
ܢܒܝܐ ܕܒܓܠܝܐ . ܫܠܡܬ ܢܒܝܘܬܗ .
ܬܪܥܐ ܚܙܐ ܒܒܒܠ . ܬܪܥܐ ܚܕ ܕܐܚܝܕ .
ܘܐܡܪ ܕܢܗܘܐ[e] ܚܬܝܡ . ܕܡܪܝܐ ܥܐܠ ܒܗ .
ܡܪܝܡ ܗܝ ܬܪܥܐ ܕܐܚܝܕ .
ܘܡܫܝܚܐ ܥܠ ܒܗ ܠܥܠܡܐ .

phim ter sanctum proclamant et timore corripiuntur, Maria autem amorose eum suo in pectore fovet.

2. Maria fidelis et benedicta inter mulieres e suis uberibus lac virgineum præbuit puero, mira res, quis poterit dicere qualis sit? Virgo eum peperit et virginalia illæsa servavit; inclinata parturivit et virgo est, surgens lactavit eum et virgo permanet, mortua est et virginalia ejus non fuerunt reserata.

3. Oriens cum suis astris figura fuit Mariæ, e cujus sinu ortus est nobis Dominus astrorum. Ille sua nativitate tenebras e mundo fugavit et suis radiis dissitos illuminavit populos, qui assumpta munera ei attulerunt et in Bethleemi præsepio obtulerunt, deinde, eo adorato, in regionem suam reversi sunt.

4. Hodie mundus resonet laudibus, omnesque uno ore ac lingua voces laudis et canticum glorificationis decantent; simul autem omnes gentes hymnum intonent: « Gloria in cœlis Deo et in terra pax omni carni, quia natus est salvator mundo[1]. »

5. Hodie Ezechiel, visionibus celeber, gaudeat quia effectu completa est ejus prophetia. In Babylonia portam vidit clausam et dixit: « Obsignata sit, quia Dominus ingredietur per eam[2]. » Maria est porta clausa; Christus per eam ingressus est in mundum, nec

[1] Cfr. *Luc.* II, 14.

[2] *Ezech.* XLIV, 2.

[a] A om. — [b] C ܟܦܝܦܐ — [c] C ܘܒܬܘܠܘܬܗ̇ ܡܚܬܡܐ — [d] E cod. C et scala 19[a]. Pro ܝܘܡܢ scala habet ܢܚܙܐ — [e] C ܕܢܗܘܐ ܗܘ ܒܪܡ ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܬܪܥܐ ܕܠܐ ܐܬܦܬܚ

ܘܠܐ ܦܬܚܗ̇ ܢܫܠܘܢ ܕܪ̈ܘܫܐ ܀

ܐܡܐ ܕܝܠܕܬܗ[a] . ܫܘܝܐ ܗܝ ܠܕܘܟܪܢܐ .
ܥܘܒܐ ܕܛܥܢܬܗ[b] . ܫܘܝܐ ܗܘ ܠܒܘܪܟܬܐ .
ܐܦ ܝܘܣܦ ܐܒܐ[c] . ܐܬܩܪܝ ܒܛܝܒܘܬܐ .
ܠܒܪܐ ܕܫܪܪܐ . ܗܘ[d] ܕܐܒܘܗܝ ܡܫܒܚܐ ܗܘ .
ܪܥܝܐ ܕܟܠ ܒܪ̈ܝܢ ܕܐܫܬܠܚ .
ܠܘܬ ܥܢܐ ܕܐܒܕܬ ܘܛܥܬ[e]
ܛܥܢܗ̇ ܐܚܕ ܘܐܥܠܗ̇ ܀

ܐܝܟܐ ܢܫܟܚܟ ܠܟ . ܐܝܢܐ ܕܒܥܐ ܠܟ .
ܘܐܝܟܐ ܢܚܙܐ ܠܟ . ܐܝܢܐ ܕܪܚܡ ܠܟ .
ܒܫܡܝܐ ܢܒܥܝܟ . ܒܥܘܒܐ ܕܡܘܠܕܟ .
ܐܘ ܒܐܦܪܬܐ ܒܗ . ܒܐܘܪܝܐ ܕܒܝܬ ܠܚܡ .
ܘܐܢ ܒܥܘܒܗ̇ ܕܡܪܝܡ ܢܒܥܝܟ .
ܛܫܐ ܠܟ ܢܛܝܪܐ ܚܬܝܡܐ ܐܢܬ .
ܬܗܪܐ ܗܘ ܡܘܠܕܟ ܒܟܠܗܘܢ ܀

illam aperuit Taceant disputatores.

6. Mater[1] quæ eum peperit digna est memoria; sinus qui eum portavit dignus est benedictione; Joseph etiam per gratiam pater appellatus est filii veritatis, cujus Pater est omnino laudandus. O pastor omnium creaturarum, qui missus est ad ovem perditam quæ erráverat et ad caulas portavit et reduxit eam!

7. Ubi inveniet te, qui te quærit? Ubi videbit te qui te amat? In cœlo quærat te in sinu Genitoris tui, aut in Ephrata, in præsepio Bethleemitico; si autem in sinu Mariæ quærat te, absconderis ibi servatus sub sigillo; prorsus et omnimode admirabilis est nativitas tua.

XVI.

ܐܚܪܬܐ ܥܠ ܩܠܐ ܕܒܪܬ ܡܠܟܐ ܥܘܢܝܬܐ ܕܘܟܪܢܗ
ܕܡܪܝܡ ܒܟܠ ܕܪ ܘܕܪ ܀

ܫܠܡܐ ܫܡܥܬ ܒܬܘܠܬܐ
ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܘܩܒܠܬ ܒܛܢܬ .
ܘܒܫܠܡܐ ܗܘ ܐܬܢܝܚܘ .
ܐܦ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܒܗ ܒܥܠܝܬܐ .
ܫܠܡܟܝ ܢܗܘܐ ܫܘܪܐ ܕܫܝܢܐ .
ܠܡܠ̈ܟܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܒܗ ܒܡ̈ܕܝܢܬܗܘܢ .

Alius hymnus ad tonum Sponsa regis[2]. Responsorium : Memoria Mariæ in omnes generationes.

1. Benedicta virgo angeli salutationem[3] audivit, qua accepta concepit. Eadem salutatione discipuli in cœnaculo recreati sunt. Salutatio tua sit murus pacis regibus et sacerdotibus in oppidis eorum. Filios Ecclesiæ serva per

[1] Hæc stropha hic ex hymno ܒܥܠܐ ܒܟܠ inserta fuerit. Stropha autem 7ª e scala 19 desumpta est.

[2] Sponsa regis, tonus notissimus ad quem confecti sunt hymni 5-7 de crucifixione, hymnus nisibenus 34 et quindecim hymni S. Isaaci a Bickell editi in t. II ejus operum. Schema strophæ est: 64464444 44558 vel potius : 686888558. Continetur iste hymnus in cod. add. 14,506, fol. 13 et fol. 184, et in cod. add. 14,516. B = 14,506, fol. 184 ; C = 14,516. Scala 3ª cod. par. 149 habet strophas 1, 6-7.

[3] Syriace ܫܠܡܐ *pax*, quia Syri olim sicut Hebræi se salutabant dicendo : « Pax tibi. » Hac formula Christus pluries suos discipulos salutavit.

[a] Scala 19 ܕܝܠܕܬܗ : — [b] ܕܛܥܢܬܗ — [c] Ed. Rom. ܕܐܒܐ — [d] Ed. Rom. ܗܘ — [e] Ed. Rom. ܘܐܛܥܝܬ, scala 19 ܘܐܛܥܝܗ̇

ܘܠܨܠܝܒܟ ܕܒܝܐ . ܢܗܪ[a] ܒܟܠܟܘܢ .
ܕܢܫܒܚܘܢ ܠܫܡܟ ܒܐܘܫܥܢܐ ✤
ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܒܟܝ ܫܪܐ[b] .
ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܡܪ ܕܘܝܕ .
ܛܘܒܝܟܝ ܕܫܘܝܬܝ ܕܐܬܩܒܠܝ .
ܫܠܡܗ ܕܐܒܐ ܡܢ ܓܒܪܝܐܝܠ .
ܛܘܒܝܟܝ[c] ܕܗܘܝܬܝ ܐܝܟ ܡܪܟܒܬܐ
ܘܛܥܢܘܗܝ ܒܘܪܟܝܟܝ . ܘܐܣܟܘܗܝ ܕܪܥܝܟܝ .
ܘܐܝܟ ܥܝܢܐ ܗܘܘ ܠܗ . ܬܕܝܐ ܒܥܘܒܟܝ
ܘܥܦܩܬܝ ܠܗܘ ܕܠܒܝܫ ܫܠܗܒܝܬܐ ✤
ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܗܘܝܬܝ .
ܛܘܦܣܗ ܕܣܢܝܐ ܕܚܙܐ ܡܘܫܐ .
ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܗܘܝܬܝ .
ܐܝܟ ܫܘܫܦܐ ܘܟܣܝܗ ܐܦܘܗܝ .
ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܕܢܚ ܡܢܟܝ .
ܚܕ ܙܠܝܩܐ ܕܚܦܝܗ ܠܫܡܫܐ .
ܒܪܫܝܬ ܥܠ ܡܘܫܐ . ܐܙܠܓ[d] ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ .
ܘܝܘܡܢ ܥܠ[e] ܦܢܝܬܐ ܟܠܗܝܢ ܦܫܛ ✤

ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܨܝܪܘܟܝ .
ܟܠܗܘܢ ܢܒܝܐ ܒܟܬܒܝܗܘܢ .
ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܐܟܪܙܟܝ .
ܐܦ ܐܫܥܝܐ ܒܢܒܝܘܬܗ .
ܕܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܬܒܛܢ ܘܬܐܠܕ .
ܒܪܐ ܕܫܡܗ ܥܡܢܘܐܝܠ .
ܘܗܐ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ . ܩܥܝܢ ܕܥܡܢ ܗܘ .
ܗܘ ܕܗܘ ܒܨܒܝܢܗ ܡܕܒܪ ܟܠ ✤
ܛܘܒܝܟܝ[f] ܡܪܝܡ ܕܐܬܩܪܝܬܝ .
ܐܡܐ ܚܕܬܐ ܒܒܬܘܠܘܬܟܝ .
ܛܘܒܝܟܝ ܡܪܝܡ ܕܐܬܪܫܡܬܝ .
ܒܛܘܦܣܐ ܐܪܥܐ ܕܝܠܕܬ ܠܐܕܡ .

tuam crucem ut hosannis laudent nomen tuum.

2. Beata es Maria quia in te habitavit Spiritus sanctus quem cecinit David ; beata es quæ digna fuisti ut a Gabriele salutationem Patris acciperes. Beata quæ effecta es velut currus Filio Dei ; eum genua tua sustentarunt, brachia tua gestarunt, ubera tua velut fontes ei fuerunt ; infantem flammis vestitum amplexa es.

3. Beata es Maria, quia figuravit te rubus a Moyse visus ; beata es Maria, quæ fuisti infanti tuo velut velum quo Moyses operiebat splendorem vultus sui ; beata es Maria, quia ex te ortus est unicus radius, qui occultavit solem. Iste radius jampridem super Moysen in vertice montis irradiavit, et hodie radios suos porrigit in omnes terræ fines.

4. Beata es Maria, quia omnes prophetæ in libris suis te depinxerunt ; beata es Maria, quia Isaias in suo vaticinio te annuntiavit : « *Ecce virgo concipiet et pariet filium cujus nomen Emmanuel*[1]. « Ecce omnes gentes clamant : « Nobiscum est ille qui sua voluntate omnia dirigit. »

5. Beata es Maria, quia in tua virginitate appellata es nova mater ; beata es Maria, quia designata fuisti sub figura terræ quæ Adamum produxit et parens effecta es

[1] *Is.* VII, 14.

[a] B seu idem codex fol. 184 habet : ܐܢܗܪ ܒܗܕܡܝܟܝ — [b] B ܫܪܐ — [c] Ita cod. BC. Cod. A assuit versus e stropha 4ª. — [d] BC ܫܪܐ ܗܘܐ ܒܛܘܪ ܣܝܢܝ — [e] Ita C. A autem habet : ܒܟܠ ܦܢܝܢ ܟܠܗ ܡܢܗ — [f] C ܒܒܬܘܠܘܬܗܝܢ — [g] E cod. C.

ܘܐܬܐ ܥܡܪܗ ܒܟܪܣܗ ܕܐܕܡ
. . . .
ܗܐ ܡܠܬܐ ܠܟܝ . ܥܡܪܬ ܒܟܪܣܟܝ ܕܟܝܐ .
ܘܨܪ ܠܗ ܨܘܪܬܗ ܒܓܘ ܡܪܒܥܟܝ ܀
ܛܘܒܝܟܝ[a] ܡܪܝܡ ܕܗܘܝܬܝ .
ܐܡܐ ܫܒܝܚܬܐ ܠܡܪܐ ܡܠܟܐ .
ܕܢܒܥ ܡܢܟܝ ܦܐܪܐ .
ܪܓܝܓܐ ܘܡܫܒܚܐ ܡܠܐ ܟܠ ܥܘܬܪܝܢ .
ܛܘܒܝܟܝ ܕܢܨܚ ܛܘܒܟܝ ܗܟܐ .
ܒܡܕܝܢܬܐ ܘܒܟܢܘܫܬܐ .
ܕܝܠܕܬ ܠܡܫܝܚܐ . ܦܪܘܩܗ ܕܥܠܡܐ .
ܕܦܪܩ ܒܪܝܬܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܀
ܟܕ ܛܠܝܬܐ ܗܘܝܬ[b] ܪܒܘܢܝ .
ܟܗܢܐ ܕܥܡܐ ܒܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ .
ܘܟܕ ܗܘܝܬ[c] ܥܠܝܡܬܐ .
ܐܦ ܡܟܪܘܢܝ ܠܟܐܢܐ ܝܘܣܦ .
ܓܒܪܐ ܕܢܘܪܐ ܐܬܐ ܡܣܒܪܢܝ .
ܘܝܗܒ ܠܝ ܫܠܡܐ ܘܩܒܠܬ ܒܛܢܬ .
ܘܐܙܠܬ ܘܝܠܕܬܗ . ܒܐܘܪܝܐ[d] ܕܒܝܬ ܠܚܡ .
ܘܚܕܝ ܒܡܘܠܕܗ ܠܒܪܝܬܐ ܟܠܗ ܀

Domini Adami... Ecce verbum habitavit in utero tuo purissimo et intra viscera tua formam sibi confecit.

6. Beata es Maria, quia mater effecta es gloriosissima Domini regum; ex te ortus est fructus ille desideratus et gloriosus, qui omnibus virtutibus plenus est. Beata es, beatitudo quippe tua inclaruit in urbibus et congregationibus, quia peperisti Christum Salvatorem mundi, qui gratia sua creaturas salvavit.

7. Dum essem infans, educarunt me sacerdotes populi in templo sancto, quum adolescentula effecta sum desponsarunt me justo Joseph. Vir autem igneus venit ad me afferens nuntium meque salutavit; ejus salutatione accepta, concepi et abiens peperi in præsepio Bethleemi infantulum qui sua nativitate gaudium attulit universo mundo.

XVII.

ܣܘܓܝܬܐ ܥܠ ܡܠܐܟܐ ܘܡܪܝܡ ܥܢܝܢܐ
ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܢ ܕܠܟ ܣܓܕܝܢ
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܟܕ ܚܕܝܢ ܀

ܚܝܠܗ ܕܐܒܐ ܕܢܚܬ ܫܪܐ .
ܒܡܪܒܥܐ ܒܬܘܠܐ ܕܚܘܒܗ ܐܠܨܗ .

XVII.

Hymnus[1] de Angelo et Maria. Responsorium. Gloria tibi, Domine, cœli et terra gaudio rapta te adorant.

1. Virtus Patris, quæ, amore urgente, habitasti in sinu virgineo,

[1] Hymnus hic et qui sequuntur ad hoc hymnorum genus pertinent qui « Sugita » apud Syros appellantur, et strophas ordine alphabetico dispositas plerumque habent. Prima stropha quinque versus septem syllabarum, ceteræ quatuor tantum versus habent. Hymnus desumptus est e cod. add. 14,506 fol. 123, sqq. Variæ lectiones appositæ sunt e cod. add. 14,516 = B, et ex *Breviario* Maronitarum Romæ impresso an. 1656, part. hiem. pag. ܩܨܘ. Illius textus varias lectiones littera M indicavimus. Exstat iste hymnus etiam in cod. add. 14,515. Tempus defuit quum Londini degerem ut ejus varias lectiones exscriberem. Post præmissam præfationem colloquium instituitur inter Mariam et Angelum, per strophas ordine alphabetico dispositas.

[a] E scala 3. — [b] Cod. ܗܘܝܬܝ — [c] Cod. ܗܘܝܬܝ — [d] A ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܕܒܐܘܪܝܐ

ܗܒ ܠܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܠܠܘܗܝ .
ܠܡܘܠܕܟ ܪܒܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟ ܀
ܒܪ ܥܬܝܪܐ ܕܨܒܝܢܗ ܪܓܐ[a] .
ܥܡܪܐ ܒܟܪܣܐ[b] ܕܡܣܟܢܬܐ .
ܗܒ ܠܝ ܩܠܐ ܐܦ ܡܠܬܐ .
ܕܒܬܗܪܐ ܐܡܠܠ ܥܠܝܟ ܀

ܙܥܘܪ ܗܘ ܦܘܡܐ ܕܢܡܠܠ .
ܐܦ ܠܫܢܐ ܕܢܦܫܩ .
ܘܚܣܝܪ ܩܠܐ ܐܦ ܡܠܬܐ .
ܕܢܫܥܐ ܫܘܦܪܟ ܦܩܘܕ ܘܐܡܪ ܀

ܗܒ ܠܝ ܐܬܩܪܒ ܡܪܐ ܕܟܠ .
ܒܕܚܠܐ ܠܘܬ ܪܡ ܡܥܡܕܗ .
ܕܪܘܡܐ ܕܒܢܬܐ ܟܕ ܡܣܒܪܗ .
ܠܐܡܐ ܒܬܘܠܬܐ ܟܠ ܡܐܬܝܬܟ ܀

ܐܘ ܚܟܝܡܐ ܬܘ ܨܘܬܘ ܫܡܥܘ .
ܫܪܒܐ ܕܟܠܗ ܬܕܡܘܪܬܐ ܡܠܐ .
ܘܙܡܪܘ ܫܘܒܚܐ ܠܗܘ ܕܐܬܪܟܢ .
ܕܢܚܐ ܠܐܕܡ ܕܚܛܐ ܘܡܝܬ ܀

ܐܒܐ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ[c] ܠܒܪܗ ܪܡܙ .
ܕܢܚܘܬ ܢܦܪܘܩ ܠܒܪܝܬܗ .
ܘܠܓܒܪܐܝܠ ܒܪܐ ܦܩܕ .
ܕܢܛܝܒ ܐܘܪܚܐ ܩܕܡ ܡܚܬܗ ܀

ܒܒܪܬܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܚܡܐ ܕܢܚܘ .
ܕܬܗܘܐ ܗܘܬ ܐܡܐ ܠܒܪܘܗ .
ܕܐܕܡ ܠܐܕܡ ܘܥܠܡܐ .
ܘܩܕܝܡ ܫܡܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܫܡܗ ܀

ܕܠܐ ܪܓܚܝܢܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟ .
ܘܡܠܐܟܐ ܩܪܐ ܘܐܫܕܪܗ .
ܡܢ ܪ̈ܘܡܐ[d] ܡܠܐ ܘܡܚܬܗ ܠܐܪܥܐ[e] .
ܠܘܬ ܒܬܘܠܬܐ ܕܟܝܐ ܕܢܣܒܪܗ ܀
ܫܩܠ ܐܓܪܬܐ ܕܚܬܝܡܬܐ .
ܒܐܪܙܐ ܕܟܣܐ ܡܢ ܥܠܡܐ .

da mihi verba facere de magna tua et incomprehensibili generatione.

2. Fili ditissime, qui amore voluisti habitare in utero pauperculæ, da mihi vocem et sermonem ut cum admiratione loquar de te.

3. Os meum nimis exiguum est ut loquar de te et lingua non sufficit ut mysteria tua exponat. Deficiunt vox et sermo ad narrandam tuam pulchritudinem, jube et dicam de te.

4. Omnium Domine, da mihi accedere cum tremore ad sublimitatem archangeli, quando attulit virgini matri nuntium adventus tui.

5. O sapientes, venite, auscultamini, et audite rem prodigiosissimam, et laudes cantate ei qui se demisit ut vivificaret Adamum peccato suo mortuum.

6. Pater suæ misericordiæ nutu significavit Filio suo ut descenderet in terram ad salvandam creaturam suam, et Gabrieli angelo præcepit ut viam pararet descendenti.

7. In filia Davidis misericordiæ apparuerunt, ut mater fieret genitoris Adæ et mundi, cujus nomen sole antiquius est.

8. Illapsa est voluntas incomprehensibilis, vocavit ex ordinibus cœlestibus angelum eumque in terram misit, ut nuntium afferret virgini purissimæ.

9. Attulit ille epistolam mysterio a sæculis abscondito obsignatam,

[a] B ܕܚܣܝܢܘܗܝ ܪܒܝ — [b] B ܒܟܪܣܗ — [c] B ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܐܒܘܗܝ ܪܡܙܗ — [d] B ܟܢܐ — [e] B om.

ܘܡܟܠܗ[a] ܫܠܡܐ ܠܥܠܝܡܬܐ .
ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ ܀

ܛܣ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܡܛܐ .
ܘܠܡܣܟܢܬܐ ܒܥܘܬܪܐ ܡܠܝܗ[b] .
ܫܠܡܐ ܝܗܒ ܠܗ ܐܦ ܣܒܪܗ .
ܡܛܠ ܒܛܢܗ ܕܡܬܕܡܪ ܠܟܠ ܀

ܐ ܐܡܪ ܥܝܪܐ ܠܒܬܘܠܬܐ .
ܫܠܡܐ ܥܡܟܝ ܐܡܗ ܕܡܪܢ[c] .
ܡܒܪܟܬܐ ܐܢܬܝ ܐܘ ܥܠܝܡܬܐ .
ܘܡܒܪܟ[d] ܗܘ ܦܐܪܐ ܕܒܟܝ[e] ܀
ܐ ܡܪܝܡ ✠ ܐܡܪܐ ܡܪܝܡ ܡܢ ܐܢܬ ܡܪܝ .
ܘܡܢܘ ܗܢܐ ܕܡܡܠܠܬ .
ܪܚܝܩ ܗܘ[f] ܡܢܝ ܡܢ[g] ܕܐܡܪܬ .
ܘܡܢܘ ܚܝܠܗ[h] ܠܐ ܝܕܥܢܐ ܀
ܒ ܥܝܪܐ . ܒܪܝܟܬܐ ܕܢܫܐ ܨܒܐ ܥܠܝܐ .
ܒܟܝ ܕܢܫܪܐ ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ .
ܕܒܟܝ ܛܝܒܘܬܐ ܐܬܪܟܢܬ .
ܕܬܫܘܕ[i] ܪܚܡܐ ܥܠ ܥܠܡܐ ܀
ܒ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܠܐ ܬܙܘܥܢܝ .
ܓܘܡܪܐ ܠܒܫ ܐܢܬ ܠܐ ܬܘܩܕܢܝ .
ܢܘܟܪܝܐ ܗܘ ܠܝ ܡܢ[k] ܕܐܡܪܬ .
ܘܐܕܪܟ ܚܝܠܗ ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܀
ܓ ܓܠܐ ܠܝ ܐܒܐ ܘܓܠܝܬ ܠܟܝ .
ܐܪܙܐ ܕܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ .
ܟܕ ܠܗ ܠܒܪܗ ܟܕ ܫܕܪܢܝ .
ܕܡܢܟܝ ܕܢܕܢܚ ܥܠ[l] ܥܠܡܐ ܀
ܓ ܓܘܪܬܐ ܐܢܬ ܠܐ ܬܕܚܠܢܝ .
ܓܘܡܪܐ ܠܒܝܫ ܐܢܬ ܠܐ ܬܙܝܥܢܝ .
ܐܘ ܢܘܪܐ ܐܟܢ ܐܗܝܡܢ[m] .
ܕܟܠ ܚܕܬܬܐ ܡܡܠܠܬ ܠܝ ܀

qua continebantur pax puellæ significata et spes bona universo mundo.

10. Igneus Spiritus e cœlo advolans ad virginem pervenit, suoque adventu inopem divitiis replevit, salutationemque attulit ei atque nuntium de conceptione omnium admirationem excitatura.

11. Angelus dixit virgini: « Pax tecum, mater Domini, benedicta tu, o puella, et benedictus fructus qui in te est[1]. »

12. *Maria*. Respondit Maria : « Quis es, Domine ? et quid est hoc quod loqueris ? Procul est a me quod dicis, et quænam sit vis tui sermonis nescio.

13. *Angelus*. Mulierum benedictissima, placuit Altissimo ut in te habitaret, ne timeas. Gratia in te se inclinavit ut misericordias super mundum effunderet.

14. *M*. Rogo, Domine, ne terreas me ; carbones portas, ne aduras me. Alienum est a me quod dicis et vim ejus assequi non possum.

15. *A*. Revelavit mihi Pater et revelo tibi secretum inter eum et Filium ejus initum quando misit me : scilicet Filium ex te oriturum esse super mundum.

16. *M*. Flamma es, ne mihi terrorem incutias; carbonibus circumdatus es, ne metum injicias. O ignee ! quomodo fidem tibi adhibeam ? nova omnia dicis.

[1] Cfr. *Luc*. I, 28, 42.

a B ܘܡܟܠܗ — b ܡܠܝܗ ܝܗܒ ܫܠܡܐ ܡܢ ܡܛܠ — c M ܕܡܪܝ — d M ܒܪܝܟ — e M ܕܒܟܪܣܟܝ — f B ܢܘܟܪܝܐ — g BM ܡܢ ܠܝ — h B ܘܡܢܘ ܗܘ ܚܝܠܗ — i ܕܬܫܘܕܝ — k M ܡܢ — l M ܥܠ — m M ܕܐܗܝܡܢ ܠܟ

ܕ ܕܘܒܪܐ ܗܘ ܒܟܝ ܠܝ ܡܬܕܡܪ .
ܕܬܥܒܕܝܢ ܣܘܟܢܐ ܕܐܡܪܬ ܠܟܝ .
ܡܛܠ ܒܛܢܗ ܕܡܪܝܡܐ .
ܕܨܒܐ ܕܢܫܪܐ ܒܓܘ ܡܪܒܥܟܝ ✧
ܕ ܕܚܠܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܐܬܛܦܣ .
ܕܐܦ ܐܡܝ ܚܘܐ ܟܕ ܡܠܟܬ .
ܠܚܘܝܐ ܕܡܠܠ ܐܝܟ ܪ̈ܚܡܐ .
ܡܢ ܫܘܒܚܗ ܐܫܬܪܚܬ ✧
ܗ ܗܘ̇[a] ܡܠܟܗ ܐܛܥܝ ܒܪܬܝ .
ܠܐܡܟܝ ܚܘܐ ܒܗ ܡܫܪܪܗ .
ܠܐ ܡܛܥܝܢܐ ܐܛܥܝܬ ܒܟܝ .
ܕܡܢ ܫܪܝܪܐ ܐܫܬܕܪܬ ✧
ܗ ܗܕܐ ܫܪܝܪܐ ܕܡܠܠܬ .
ܥܣܩ ܗܘ ܛܒ ܠܐ ܬܟܐܢܢܝ .
ܕܠܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܒܪܐ ܡܬܚܙܐ .
ܘܠܐ ܡܢ ܦܐܪܐ ܐܠܗܬܐ ✧
ܘ ܘܥܕܐ ܚܘܝ ܠܝ ܐܒܐ ܠܟܐ .
ܕܐܝܬܐ ܫܠܡܐ ܘܐܣܒܪܟܝ .
ܕܒܪܗ ܕܢܚ ܡܢ ܡܪܒܥܟܝ .
ܠܘܩܒܠ ܗܕܐ ܠܐ ܬܗܦܟܝܢ ✧
ܘ ܘܥܕܝܢ ܦܓܥܟ ܐܦ ܡܐܬܝܬܟ .
ܐܠܘ ܟܝܢܐ ܠܐ ܡܙܝܥ ܠܝ .
ܘܗܘ ܡܥܩܠ ܠܝ ܥܠ ܡܐܬܝܬܟ .
ܕܐܝܟ ܦܐܪܐ ܒܒܬܘܠܬܐ ✧
ܙ ܙܝܥܝܢ ܫܘܪ̈ܝܐ ܡܢ ܡܠܬܗ .
ܘܡܦܩܕܐ[b] ܕܦܩܕ ܠܐ ܡܬܥܩܒܝܢ[c] .
ܘܐܢܬܝ ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܕܚܠܬܝ .
ܠܡܥܩܒ ܡܕܡ ܕܐܒܐ ܨܒܐ ✧
ܙ ܙܥܬ ܠܝ ܡܪܝ ܘܐܬܕܘܕܬ .
ܘܡܢ ܕܕܚܠܐ ܠܐ ܡܦܝܣ .
ܕܐܦ ܗܘ ܟܝܢܐ ܡܢܐ ܡܦܝܣ ܠܝ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܠܐ ܝܠ̈ܕܢ[d] ✧

17. *A*. Stupefaciet tua agendi ratio, si tuo responso irritum facias nuntium quod tibi affero de conceptione Altissimi qui habitare voluit in utero tuo.

18. *M*. Timeo, Domine, tibi assentire; nam mater mea Heva, assentiendo serpenti amice loquenti, a gloria sua excidit.

19. *A*. Iste, o filia, suis promissis decepit matrem tuam Hevam; at ego non te decipio, quia a Deo verace missus sum.

20. *M*. Res quam dicis valde difficilis est, ne me reprehendas, quia e virgine filius non apparet neque e fructu suo virgo efficitur Dea.

21. *A*. Constitutum huc locum indixit mihi Pater, ut afferrem tibi salutationem et nuntium: filium scilicet ejus ex utero tuo oriturum. Contra hoc nihil objicias.

22. *M*. Occursus tuus et adventus tuus placerent, nisi natura mea commoveretur et anxiam me redderet quomodo fructus dari possit in virgine.

23. *A*. Commoventur agmina cœlestia verbo ejus, et ubi jussit nihil amplius objiciunt. Tu autem quomodo non times perscrutari quod Pater voluit?

24. *M*. Commoveor, Domine, et expavesco et timor non sinit ut convincar, maxime quum adsit natura suadens quod virgines non pariunt.

[a] M ܘܗܝ ܒܬܘܠܬܐ ܕܡܬܒܪܟܐ : ܡܢ ܡܪܐ ܟܠ ܠܗ ܡܟܠܗ . ܘܫܡܗ ܚܝܐ ܫܪܐ ܒܟܝ ܘܐܬܝܠܕ ܒܪܐ ܕܠܐ ܓܒܪܐ ✧ ܕܠܐ ܡܥܡܕܡ ܡܚܐ ܠܒܬܘܠܬܐ — [b] M ܘܐܬܝܢ — [c] M ܡܬܗܦܟܝܢ — [d] M ܠܒܬܘܠܬܐ —

ܚ ܚܘܒܗ ܕܐܒܐ ܗܘ ܨܒܐ .
ܕܒܒܬܘܠܘܬܟܝ ܬܐܠܕܝܢ ܒܪܐ .
ܘܙܕܩ ܕܬܫܬܩܝܢ ܐܦ ܬܗܝܡܢܝܢ .
ܕܨܒܝܢ ܐܒܐ ܠܐ ܡܬܟܪܐ ܀
ܚ ܚܙܘܟ ܝܩܝܪ ܘܓܢܣܟ ܕܚܝܠܐ .
ܘܫܠܗܒܝܬܟ[a] ܡܫܠܗܒܐ .
ܩܢܘܡܗ ܕܡܪܟ ܠܐ ܡܬܒܨܐ .
ܘܐܡܪܟ ܗܘܐ ܥܣܩܐ ܗܘ ܠܝ ܀
ܛ ܛܒܐ ܛܒܐ ܐܝܬܝܬ ܠܟܝ .
ܕܬܐܠܕܝܢ ܡܪܟܝ ܚܘܝܬ ܠܟܝ .
ܛܠܝܬܐ ܐܘܕܝ ܠܗ ܕܐܫܘܟܝ .
ܕܬܗܘܝܢ ܐܡܗ ܘܗܘ ܗܘܐ ܒܪܟܝ[b] ܀

ܛ ܛܠܝܬܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ .
ܠܓܒܪܐ ܕܢܘܪܐ ܠܡܩܒܠܘܬܗ .
ܕܟܣܝܐ ܗܘ ܫܪܒܐ ܕܡܡܠܠܬ .
ܥܠܝ ܠܗ ܕܐܬܟܣܝ[c] ܀
ܝ ܝܘܡܢ ܣܒܪܐ ܠܐܕܡ ܗܘܐ .
ܕܒܟܝ ܐܬܪܥܝ ܡܪܐ ܕܟܠܐ[d] .
ܕܢܚܘܬ ܢܫܪܝܘܗܝ ܘܢܚܪܪܝܘܗܝ .
ܩܒܠܝ ܡܠܝ ܒܬܘܕܝܬܐ ܐܢܬܝ ܀

ܝ ܝܘܡܢ ܠܬܡܗܐ ܘܐܬܕܡܪܬܐ .
ܒܥܠܝܢ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬ ܠܝ .
ܘܕܚܠܐ ܡܪܝ ܕܐܫܬܠܡ .
ܕܢܟܠܐ ܢܗܘܐ ܒܓܘ ܡܠܝܟ ܀
ܟ ܟܕ ܐܫܬܠܚܬ ܕܐܣܒܪܟܝ .
ܫܡܥܬܝ ܫܠܡܐ ܕܐܝܬܝܬ ܠܟܝ .
ܫܪܝܪ ܗܘ ܡܪܝ ܕܗܟܢ ܨܒܐ .
ܕܡܢܟܝ ܢܕܢܚ ܠܟܠ ܥܠܡܐ ܀
ܟ ܟܠܗܘܢ ܡܠܝܟ ܠܝ ܡܬܡܗܢ .
ܡܬܟܫܦܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܠܐ ܬܟܐܢܝ .

25. *A*. Amor Patris voluit ut in virginitate tua pareres filium; oportet igitur ut sileas et credas; voluntati quippe Patris non resistitur.

26. *M*. Aspectus tuus venerabilis est genusque tremendum et flamma tua ardens; subsistentia Domini tui inscrutabilis est; attamen tuum assertum credere mihi difficile est.

27. *A*. Bonum nuntium attuli tibi, quo te parituram Dominum tuum significavi. Puella, gratias age ei qui dignam te habuit ut mater ejus fieres et ipse esset filius tuus.

28. *M*. Puella sum et virum igneum suscipere non possum; res, quam dicis, a me celata est et meo intellectui impervia.

29. *A*. Hodie spes Adamo facta est Dominum universi in te ita reconciliatum esse, ut descenderet ad eum a maledictione solvendum ac liberandum; accipe verba mea cum gratiarum actione.

30. *M*. Hæc quæ mihi hodie locutus es stupore et admiratione me perculserunt. Timeo, domine, præbere tibi assensum, ne fraus adsit in verbis tuis.

31. *A*. Quando missus sum ut nuntium tibi afferrem, audisti salutem quam attuli tibi; verax est Dominus meus, qui sic vult ex te mundo apparere.

32. *M*. Omnia verba tua admiratione me percellunt, rogo, domine, ne reprehendas me, nam

[a] M ܡܫܠܗܒܐ ܒܫܠܐ — [b] M ܘܗܘܐ ܒܪܟܝ — [c] A ܘܡܕܥܢܐ ܠܝ ܕܐܬܟܣܝܘܗܝ — [d] M ܡܪܐ ܕܟܠ

ܘܠܐ ܒܒܬܘܠܬܐ ܒܪܐ ܡܬܚܙܐ[a] .
ܘܒܝ ܙܘܘܓܐ ܠܐ ܦܓܥ ܒܗ ܀
ܠܟ ܢܐܬܐ ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ .
ܒܥܘܒܟܝ ܫܪܐ ܠܐ ܬܒܨܝܢ .
ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ ܫܘܒܚܐ ܙܡܪܝ .
ܠܗܘ ܕܫܦܪ ܠܗ ܕܒܟܝ ܢܬܚܙܐ ܀
ܠܝ ܠܝ ܡܪܝ ܓܒܪܐ ܠܐ ܝܕܥܬ ܠܝ .
ܘܙܘܘܓܐ ܠܐ ܦܓܥ ܠܝ .
ܐܝܟܢ ܢܗܘܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ .
ܕܕܠܐ ܫܘܬܦܐ ܢܗܘܐ ܒܪܐ ܀
ܡ ܡܢ ܨܝܕ ܐܒܐ ܐܫܬܕܪܬ .
ܕܐܡܠܐ ܡܣܒܪܢܘ ܕܚܘܒܗ ܟܦܝܗܝ .
ܕܒܪܗ ܢܫܪܐ ܒܓܘ ܡܪܒܥܟܝ .
ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܫܪܐ ܒܟܠܟܝ ܀
ܡ ܡܟܝܠ ܥܝܪܐ ܠܐ ܡܬܚܦܝܢ .
ܠܝ ܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ ܐܢ ܐܬܐ ܠܘܬܝ[b] .
ܐܡܬܗ ܐܢܐ ܘܫܠܝܛ ܠܗ .
ܢܗܘܐ ܠܝ ܡܪܝ ܐܝܟ ܡܠܬܟ ܀
ܡ ܢܬܬܪܝܡ ܪܝܫܟܝ ܐܘ ܛܠܝܬܐ .
ܢܚܕܐ ܠܒܟܝ ܐܘ ܒܬܘܠܬܐ .
ܫܡܝܐ ܕܬܪܝܢ[c] ܒܟܝ ܬܬܦܨܚ .
ܐܪܥܐ ܕܒܒܪܟܝ ܡܫܬܝܢܐ[d] ܀
ܡ ܢܬܬܪܝܡ ܪܝܫܝ ܡܪܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ .
ܘܐܘܕܐ ܠܫܡܗ ܒܚܕܘܬܐ .
ܕܐܢ ܐܢܬ ܥܒܕܗ ܗܟܢ ܫܦܝܪ .
ܠܡܢ ܕܡܐ ܗܘ ܠܝ ܚܘܝ ܀

ܓܘܕ̈ܝܢ ܗܘܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ .
ܕܢܚܘܪܘܢ ܒܗ ܕܛܫܐ ܕܚܝܠ .
ܒܓܘ ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܐܒܘܗܝ ܟܣܝܐ[e] .
ܘܚܝ̈ܠܐ ܡܢܗ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܀
ܣܓܝ ܗܫܐ ܐܬܕܠܚܬ .

in virgine filius non conspicitur et in me congressus non occurrit.

33. *A*. Ad te veniet, ne timeas; in sinu tuo habitabit, ne perscruteris; plena gratia, gloriam celebra illius cui placuit in te apparere.

34. *M*. Domine, virum non cognosco[1] et congressum ignoro. Quomodo fieri potest quod dixisti, ut absque copula nascatur filius?

35. *A*. A Patre missus sum, nuntium allaturus, suo eum amore coactum esse ut Filius ejus in utero tuo habitaret, et Spiritus sanctus tibi obumbraret[2].

36. *M*. Igitur, angele, non resisto; si Spiritus sanctus vult ad me venire, licet ei, ancilla ejus sum. Fiat mihi, domine, secundum verbum tuum.

37. *A*. Exaltetur caput tuum, o puella, gaudeat cor tuum, o virgo, alterum cœlum tu es; exultet terra per filium tuum pacem assecuta.

38. *M*. Exaltetur caput meum, Domine, ut dixisti; confitebor nomini ejus cum gaudio; quod si tu, merus ejus servus, ita decorus es, cuinam ille similis est? dic mihi, si nosti.

39. *A*. Chori cœlestes non possunt eum intueri; adeo ipse, in flamma Patris sui absconditus, formidandus est. Turbæ cœlestes coram eo expavescunt.

40. *M*. Valde me nunc commo-

[1] *Luc*. I, 34.

[2] *Luc*. I, 35.

[a] M ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܒܪܐ ܒܒܬܘܠܬܐ — [b] M ܒܟܝ — [c] M ܕܬܪܝܢ — [d] M ܡܫܬܝܢܐ — [e] M ܟܣܐ

ܘܐܢ ܫܠܗܒܝܬܐ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ .
ܐܝܟܢ ܕܥܘܒܝ ܠܐ ܡܬܚܪܟ .
ܒܫܠܗܒܝܬܐ ܕܒܗ ܫܪܝܐ ܀
ܐ ܥܘܒܟܝ ܕܡܠܐ ܩܘܕܫܐ ܡܠܐ .
ܘܒܐܠܗܘܬܐ ܟܣܝܬܐ ܚܬܝܡ .
ܘܐܬܪܐ ܕܩܕܝܫ ܣܓܝ ܚܒܝܒ .
ܥܠ ܐܠܗܐ ܕܒܗ ܢܬܚܙܐ[a] ܀
ܡ ܚܘܝ ܠܝ ܠܡ ܠܡܢ ܫܦܪ[b] ܠܗ ܡܪܟ .
ܠܡܪܟ ܕܢܫܪܐ ܒܡܣܟܢܬܐ .
ܕܗܐ ܒܢܬ ܡܠܟܐ ܡܠܝܢ ܠܥܠܡܐ .
ܘܒܝ ܠܡܣܟܢܬܐ[c] ܠܡܢܐ ܕܨܒܐ ܀
ܐ ܦܫܝܩ ܗܘܐ ܕܢܫܪܐ ܒܥܬܝܪܐ .
ܘܡܣܟܢܘܬܟܝ ܕܝܠܟܝ ܪܚܡ .
ܕܠܡܣܟܢܐ ܚܒܪܐ ܢܗܘܐ .
ܘܢܥܬܪ ܐܢܘܢ ܡܐ ܕܡܬܓܠܐ ܀
ܡ ܦܫܘܩ ܠܝ ܡܪܝ ܐܢ ܝܕܥܬ .
ܐܡܬܝ ܨܒܐ ܕܢܐܬܐ ܠܘܬܝ .
ܘܐܢ[d] ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܠܝ ܡܬܚܙܐ .
ܡܐ ܕܫܪܐ ܒܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ[e] ܀
ܐ ܨܒܐ ܠܗ ܘܐܬܐ ܘܗܐ ܒܟܝ ܫܪܐ .
ܘܠܐ ܐܪܓܫܬܝ ܠܐ ܙܘܥܐ ܒܗ[f] .
ܠܐ[g] ܡܡܪܚ ܐܢܐ ܐܚܘܪ ܒܟܝ .
ܡܠܝܬ ܢܘܪܐ ܘܠܐ ܡܘܩܕܐ[h] ܀
ܡ ܨܒܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܐܫܐܠܟ .
ܐܘܦ ܦܫܘܩ ܠܝ ܬܪܥܝܬܗ ܕܒܪܝ .
ܕܫܪܐ ܠܗ ܒܝ ܘܠܐ ܝܕܥܢܐ .
ܡܢ[i] ܐܥܒܕ ܠܗ ܕܠܐ ܢܬܒܣܐ ܀
ܐ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܥܝ .
ܕܐܦ ܠܓܝܘܢܐ ܠܐ ܡܫܬܠܝܢ .
ܘܐܠܐ[k] ܩܕܝܫ ܠܐ ܐܝܬ ܠܢ .
ܕܢܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܕܡܠܐ ܒܪܟܝ .
ܡ ܩܕܝܫ ܘܡܫܒܚ ܘܒܪܝܟ ܫܡܗ .

visti. Si flamma est, ut dicis, quomodo fiet ut sinus meus non lædatur a flamma inhabitante?

41. *A*. Sinus tuus, sanctissimo repletus et a divinitate latenter obsignatus, locum præbet sanctificatum et valde dilectum. Ingressus est Deus, ut in eo appareret.

42. *M*. Angele, ostende mihi cur placuit Domino tuo ut in paupercula habitaret. Ecce filiæ regum mundum replent, in me inope cur sibi complacuit?

43. *A*. Facile ipsi erat ut habitaret in divite, sed amavit paupertatem tuam, ut pauperibus consociaretur et ditaret eos quando revelabitur.

44. *M*. Explica mihi, Domine, si nosti, quando vult ad me venire? An sicut ignis apparebit mihi, quando habitabit in me, ut dixisti?

45. *A*. Voluit, venit et jam in te habitat; non sensisti eum ut nullam commotionem patereris. Non audeo te intueri, o plena igne non comburente.

46. *M*. Vellem, domine, te interrogare. Explica mihi etiam Filii mei in me habitantis consilia, nescio quid faciam, ut nullum patiatur contemptum.

47. *A*. Exclama: Sanctus, sanctus, sanctus, quia non desinunt legiones angelicæ ab hoc clamore; nec aliud de Filio tuo, præter sanctum, dicendum habemus.

48. *M*. Sanctum, gloriosum, be-

a M ܢܬܚܙܐ — b M ܕܫܦܪ — c M ܡܣܟܢܐ — d M ܐܘ — e M ܕܐܡܪܬ — f M ܠܐ ܐܬܬܙܝܥܬܝ — g M ܕܠܐ — h M ܡܘܩܕܐ — i M ܡܢܐ — k M ܡܕܡ ܐܠܐ

ܘܒܡܘܟܟܐ ܚܙܐ ܕܐܡܬܗ .
ܡܟܝܠ ܛܘܒܐ ܠܝ ܢܐܡܪܘܢ .
ܟܠܗ ܫܪ̈ܒܬܐ ܕܒܥܠܡܐ[a] ܀
ܪ ܪܘܡܐ ܘܥܘܡܩܐ ܠܗ ܢܙܡܪܘܢ .
ܥܝܪ̈ܐ ܘܐ̱ܢܫܐ ܠܗ ܢܫܒܚܘܢ[b] .
ܕܢܚܬ ܘܫܪܐ ܒܒܬܘܠܬܐ .
ܕܢܚܕܬ ܟܠ[c] ܡܪܐ ܕܟܠ ܀
ܪ ܪܒ ܗܘ ܚܢܢܗ ܘܠܐ ܡܬܬܟܝܠ .
ܘܣܦܘ̈ܬܐ ܠܐ ܡܬܡܠܠܐ[d] .
ܕܠܐ ܐܚܕܘ ܠܗ ܫܡܝܐ ܠܥܠ .
ܗܘ ܣܦܩܬ ܠܗ ܟܪܣܐ ܠܬܚܬ ܀
ܫ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܠܗ ܢܒܪܟܘܢ .
ܐܦ ܡܠܐܟܐ ܘܒܬܘܠܬܐ .
ܘܐ̱ܢܫܐ ܟܠܗܘܢ ܠܗ ܢܩܕܫܘܢ .
ܕܢܚܬ ܒܚܘܒܗ ܘܐ̱ܢܫܐ ܗܘܐ ܀
ܫ ܫܡܝܐ ܘܥܝܪ̈ܐ ܢܘܕܘܢ ܠܗ[e] .
ܘܬܚܕܐ ܐܪܥܐ ܒܒܬܘܠܬܐ .
ܘܣܛܪ̈ܐ[f] ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܒܚܕܘܐ .
ܢܬܠܘܢ ܫܘܒܚܐ ܠܒܪ ܡܪܗܘܢ ܀
ܬ ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܣܛܪ̈ܐ[g] ܕܐܬܚܠܛܘ .
ܥܝܪ̈ܐ ܘܐ̱ܢܫܐ ܘܢܫܒܚܘܢ .
ܠܒܪܐ ܕܥܒܕ ܫܠܡܗܘܢ .
ܕܪ̈ܓܝܙܝܢ ܗܘܘ ܘܡܫܓܫܝܢ ܀
ܬ ܬܘܕܝ ܠܟ ܡܪܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ .
ܬܓܡ̈ܐ[h] ܢܘܪܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ .
ܘܡܢ ܟܠ ܦܘܡ̈ܝܢ ܕܒܥܠܡܐ .
ܬܙܡܪ[i] ܐܪܥܐ ܠܟ ܬܫܒܚܢ ܀

nedictum sit nomen ejus qui humilitatem ancillæ suæ respexit. Igitur beatam me dicent omnes generationes in mundo[1].

49. *A.* Superna et ima psallant ei, angeli et homines eum glorificent, quia omnium Dominus, ut omnia renovaret, illapsus est et habitavit in virgine.

50. *M.* Magna est et inestimabilis ejus misericordia labiisque ineffabilis. Quem cœli superni capere non possunt, ei venter in terra sufficiens fuit.

51. *A.* Cœli et terra ei benedicant; angelus, virgo, hominesque omnes sanctum eum proclament, quia ex amore e cœlo descendit et homo factus est.

52. *M.* Cœli et angeli gratias agant ei, gaudeat terra in virgine; ambæ partes cum lætitia dent gloriam Filio, eorum Domino.

53. *A.* Ambæ partes commixtæ, angeli et homines, glorificent filium qui pacem instauravit inter eos, quum exacerbati essent et tumultuarentur.

54. *M.* Gratias tibi Domine, ab omnibus igneis ordinibus invisibilibus, omnibusque vocibus psallat terra tibi laudes.

[1] *Luc.* I, 48.

a M ܕܒܟܠ ܐܪܥܐ — b M ܢܙܡܪܘܢ — c M ܕܒܕܡ ܠܐܕܡ — d M ܡܬܡܠܠܢ — e A ܘܐܪܥܐ ܬܘܕܐ — f M ܣܛܪ̈ܐ — g M ܣܛܪ̈ܐ — h A ܬܓܡ̈ܐ — i M ܬܙܡܪ

XVIII.

ܥܘܕ ܡܘܣܝܩܝܬܐ ܕܕܘܟܪܢܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܥܠ ܩܠܐ : ܕܐܒܐ ܟܬܒ ܗܘܐ ܐܓܪܬܐ ܀

ܐ ܐܥܝܪ ܟܢܪܝ ܩܝܢܬܟ ܂
ܠܩܘܠܤܗ ܕܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܂
ܬܠܝ ܩܠܟ ܘܙܡܪ ܂ ܫܪܒܗ ܟܠܗ ܬܡܝܗܐ ܂
ܕܗܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܒܪܬ ܕܘܝܕ ܂
ܕܝܠܕܬ ܠܗ ܚܝܐ ܠܥܠܡܐ ܀
ܐ ܚܒܐ ܕܪܚܡ ܬܗܪ ܒܗ ܂
ܘܒܨܘܝܐ ܒܗܬ ܘܡܣܬܟܪ ܂
ܘܠܐ ܢܒܨܐ ܠܐܡܐ ܂ ܕܝܠܕܬ ܒܒܬܘܠܘܬܗ ܂
ܕܪܡ ܗܘ ܫܪܒܐ ܕܫܘܥܝܬܗ ܂
ܠܐ ܢܒܨܘܢ ܕܪܘܫܐ ܥܠ ܒܪܗ ܀

ܐ ܓܥܛ ܒܗ ܒܚܪܡܐ ܂
ܛܠܝܐ ܚܘܝܐ ܠܝܛܐ ܂
ܘܐܣܝ ܠܗ ܠܚܘܐ ܂ ܡܪܪܬܐ ܕܐܫܕܝ ܒܗ ܂
ܡܢ ܠܘܬ ܩܛܘܠܐ ܂
ܕܒܢܟܠܗ ܡܚܬܗ ܠܗ ܠܫܝܘܠ ܀
ܐ ܐܝܟ ܛܘܪ ܣܝܢܝ ܩܒܠܬܟ ܂
ܘܠܐ ܚܡܝܬ ܡܢ ܢܘܪܟ ܕܚܝܠܐ ܂
ܕܐܢܬ ܗܘ ܛܫܝܬܢܝ ܂ ܠܢܘܪܟ ܕܠܐ ܬܚܒܠ ܂
ܘܠܐ ܐܘܩܕܬܢܝ ܫܠܗܒܝܬܟ ܂
ܕܣܪܦܐ ܠܚܙܝܗ ܒܗ ܠܐ ܡܨܝܢ ܀
ܐ ܐܕܡ ܕܬܪܝܢ ܐܬܩܪܝ ܂
ܗܘ ܕܫܡܗ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܂
ܡܛܠ ܗܘ ܕܥܡܪ ܂ ܒܒܪܬܐ ܕܒܪܬ ܕܘܝܕ ܂
ܘܗܘܐ ܒܗ ܒܪܢܫܐ ܂
ܕܠܐ ܙܪܥܐ ܘܚܒܠܐ ܒܪܝܟ ܫܡܗ ܀
ܐ ܐܬܐ ܗܘܐ ܒܗ ܓܒܪܝܐܝܠ ܂

1 Stropha sex versus continet septem et quinque syllabarum, hoc modo : 775577. Deest responsorium. Strophæ, ut in hymno præcedenti, acrostistichæ sunt, juxta ordinem alphabeti.

XVIII.

Hymnus in commemorationem Dei genitricis **ad tonum :** Pater scripserat epistolam[1].

1. Excita, o cithara mea, modulos tuos in laudem Mariæ virginis, eleva vocem tuam et psalle generationem prorsus admirabilem hujus virginis, Davidis filiæ, quæ vitam mundo peperit.

2. Amans miratur eam et scrutator pudore suffunditur ejusque os obturatur ne audeat perscrutari matrem, quæ, virginalibus integris, peperit. Res explicatu altissima est. Disputatores non audeant de Filio ejus inquirere.

3. Conculcavit puer execrabilem serpentem, et confregit caput aspidis, atque sanavit Hevam a veneno in eam projecto per draconem homicidam, qui fraude sua eam detruserat in infernum[2].

4. Sicut mons Sina accepi te, nec ab igne tuo formidando combussa sum, quia tu occultasti me ab igne tuo ut non noceret mihi ; non combussit me flamma tua quam intueri seraphim non possunt[3].

5. Adam secundus[4] appellatus est ille cujus nomen est ab antiquo, quia habitavit in filia Davidis et in ea absque semine et doloribus factus est homo. Benedictum nomen ejus.

6. Gabriel, quum missus est,

2 ܫܝܘܠ Hades, infernus, hebraice שְׁאוֹל.

3 Ista stropha videtur aliunde in hunc locum intrusa.

4 Cfr. *I Cor.* XV, 45.

ܐܘܢܐ ܠܡܪܗ ܒܗ ܐܛܝܒܬ .
ܘܒܗ ܛܘܗܡܐ ܕܐܢܫܐ . ܙܥܘܪܐ ܘܡܟܝܟܐ .
ܚܠܛ ܒܗ ܛܘܗܡܐ ܕܐܠܗܐ .
ܕܥܠܝ ܡܢ ܚܫܐ ܟܠܗܘܢ ܀

ܐ ܐܦ ܗܝ ܡܪܝܡ ܒܥܬ ܕܬܬܠܦ .
ܥܠ ܒܛܢܗ ܡܢ ܒܪܐ ܕܡܣܒܪܗ .
ܕܫܡܥܬ ܚܕܬܐ . ܕܐܬܡܠܠ ܒܐܕܢܝܗ .
ܘܐܟܣܗ ܗܘܐ ܓܒܪܝܠ .
ܕܠܐ ܬܠܐܐ ܒܒܘܨܝܗ ܕܗܘ ܒܪܐ ܀

ܐ ܐܝܟܢ ܬܗܘܐ ܠܝ ܗܕܐ .
ܕܓܒܪܐ ܡܡܬܘܡ ܠܐ ܚܟܡܬ ܠܗ .
ܒܛܢܐ ܘܒܬܘܠܘܬܐ . ܥܣܩܐ ܕܢܫܬܘܝܢ .
ܟܝܢܐ ܕܝܠܢ ܠܐ ܝܕܥܗ ;
ܘܠܐ ܚܙܝܗ ܒܢܫܐ ܟܠܗܝܢ ܀

ܒ ܣܒܪܐ ܕܒܬܘܠܐ ܡܢ ܒܪܐ ܗܘܬ .
ܗܝ ܒܐܘܪܚܐ ܕܝܠܕܐ ܠܡܥܒܪܗ .
ܘܒܥܝܐ ܕܢܐܬܐ . ܒܐܘܪܚܐ ܕܟܝܢܐ .
ܘܗܘ ܬܚܡܐ ܐܘܪܚܐ ܒܡܘܠܕܗ .
ܘܥܠ ܠܒܛܢܐ ܘܒܬܘܠܘܬܗ ܠܐ ܫܪܐ ܀

ܒ ܒܓܠܝܢܐ ܕܝܠܗ ܕܫܪܪܐ .
ܗܝܡܢܬ ܗܘܬ ܡܪܝܡ ܕܒܛܢܬ .
ܘܫܒܩܗ ܠܗ ܐܘܪܚܐ . ܥܬܝܩܬܐ ܕܝܠܕܐ .
ܘܒܐܘܪܚܐ ܚܕܬܐ ܢܚܬ ܒܗ .
ܕܠܐ ܟܝܢܐ ܘܠܐ ܗܘܢܐ ܪܕܝܗ ܀

ܒ ܒܥܘܠܗ ܕܡܪܝܡ ܐܬܒܪܟܬ .
ܗܝ ܐܡܐ ܕܐܬܠܛܬ ܥܠܝܗ ܒܪܗ .
ܘܥܠܝ ܥܕܡܐ ܠܓܘ ܡܥܘܗܝ. ܒܘܪܟܬܐ ܥܠܝܗ.
ܘܩܛܠܗ ܠܡܘܬܐ ܘܣܛܢܐ .
ܕܫܥܒܕܘ ܗܘܘ ܠܐܕܡ ܘܐܦܠܘܗܝ ܀

ܒ ܒܥܘܒܐ ܕܡܪܝܡ ܗܘܐ ܥܘܠܐ .
ܗܘ ܕܫܘܐ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܡܢ ܩܕܝܡ .

paraverat in ea mansionem Domino suo; in hac mansione Dominus univit[1] stirpem hominum pusillorum et humilium cum stirpe Dei, omnes passiones excedente.

7. Ipsa Maria rogavit edoceri de conceptione ejus ab angelo eam annuntiante, quia nova in aure sua dicta audiverat; sed corripuit eam Gabriel, ne ipsa defatigaretur in investigando filio.

8. *Quomodo fiet istud quoniam virum nunquam cognosco*[2]? Conceptionem cum virginitate consistere difficile est, hoc natura nostra non cognoscit, nec ulli unquam feminæ ostensum fuit.

9. Putabat virgo filium per viam fetus in uterum venisse et quærebat eum in via naturæ consueta; at ille sua nativitate viam definivit; ingressus est uterum, virginalibus non solutis.

10. Veritate sibi revelata credidit Maria se concepisse; Filius reliquit antiquam nativitatis viam et per novam viam, quam nec natura nec mens noverant, descendit in eam.

11. Per infantem Mariæ benedicta est illa mater quæ maledicta fuerat; benedictiones usque in intima ejus penetrarunt per infantem qui occidit mortem et satanam, a quibus Adam in servitutem redactus fuerat atque in terram prostratus.

12. In sinu Mariæ infans factus est qui ab æterno æqualis est Patri.

[1] Syriace habetur ܚܠܛ *miscuit*, quod verbum pro « univit » Ephræmus sæpius usurpat. Vide notam 1 t. I, 226.

[2] *Luc.* I, 34.

ܘܝܗܒ ܠܢ ܪܒܘܬܗ . ܘܩܢܐ ܡܣܟܢܘܬܢ .
ܘܗܘܐ ܥܡܢ ܡܝܘܬܐ .
ܘܢܓܠܘܢ ܒܢ ܚܝܘܗܝ ܘܠܐ ܢܡܘܬ ܀

ܒ ܒܟܠܗܘܢ ܕܐܕܡ ܩܕܡܝܐ .
ܐܬܚܙܝ ܐܕܡ ܕܡܢ ܠܥܠ .
ܘܐܬܪܐ ܒܥܩܒܬܗ . ܣܛܪ ܡܢ ܗܢܘ ܕܚܛܗܐ .
ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܐܕܡ .
ܐܬܩܪܝ ܡܢ ܦܘܠܘܣ ܟܪܘܙܗ ܀
ܒ ܒܓܒܠܗ ܕܐܕܡ ܩܕܡܝܐ .
ܙܘܘܓܐ ܘܡܘܠܕܐ ܠܐ ܐܬܒܥܝܘ .
ܕܐܠܗܐ ܢܣܒ ܗܘܐ . ܥܦܪܐ ܒܚܘܦܢܗ .
ܘܓܒܠܗ ܠܐܕܡ ܒܠܚܘܕܘܗܝ .
ܘܚܘܝ ܒܗ ܚܝܠܗ ܘܚܟܡܬܗ ܀
ܗܟܢܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܐܦ ܡܠܬܐ .
ܐܬܓܫܡ ܡܢ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ .
ܘܠܐ ܐܬܚܙܝ ܙܘܘܓܐ ܐܪܙܐ ܕܡܐܬܝܬܗ .
ܗܘ ܗܘܐ ܦܓܪܐ ܐܝܟ ܕܨܒܐ .
ܘܐܬܓܫܡ ܘܐܬܐ ܠܥܠܡܐ ܀

ܓ ܓܢܬܐ ܗܝ ܡܪܝܡ ܕܢܚܬ ܠܗ .
ܡܢ ܐܒܐ ܡܛܪܐ ܕܒܘܪܟܬܐ .
ܘܪܣܬ ܡܢ ܡܛܪܗ ܗܘ. ܠܐܦܘܗܝ ܕܐܕܡ .
ܘܚܝܐ ܘܩܡ ܗܘܐ ܡܢ ܩܒܪܐ .
ܕܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܩܒܝܪ ܗܘܐ ܒܫܝܘܠ ܀
ܓ ܓܙܐ ܪܒܐ ܕܝܘܠܦܢܐ .
ܦܬܚ ܢܦܫܗ ܩܕܡܝ ܒܚܘܒܐ .
ܘܐܠܨܢܝ ܕܐܡܠܠ . ܥܠ ܐܪܙܗ ܕܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܬܘ ܐܬܒܣܡܘ ܫܡܘܥܐ .
ܒܝܘܠܦܢܐ ܕܡܥܬܪ ܠܪ̈ܚܡܘܗܝ ܀
ܕ ܕܚܝܐ ܕܐ̈ܢܫܐ ܡܬܒܛܠܐ .
ܝܘܠܦܢܐ ܒܪܝܟܐ ܒܟܠܙܒܢ .
ܘܗܫܐ ܡܡܠܠ ܥܠ ܐܪܙܗ .. ܕܒܬܘܠܬܐ ܕܟܝܬܐ .

Communicavit nobis magnitudinem suam et acquisivit infirmitatem nostram; factus est nobiscum mortalis, ut, infusa nobis ejus vita, non amplius moriamur.

13. Adam supernus apparuit cum omnibus quæ erant prioris Adami ejusque vestigia secutus est, excepto peccato, et idcirco Adam appellatus est a suo præcone Paulo[1].

14. In formatione prioris Adæ conjugium et partus requisita haud fuere, quia Deus, assumpto pulvere in pugillo suo, solus plasmavit Adamum, atque in eo ostendit virtutem et sapientiam suam.

15. Patet eadem ratione Verbum incarnatum esse de Maria virgine et in mysterio adventus ejus nullum apparuisse conjugium ; ipse quippe, prout voluit, corpus assumpsit, incarnatus est et venit in mundum.

16. Maria hortus est in quem imber benedictionum a Patre descendit ; ipsa ex illo imbre aspersit faciem Adami, et revixit atque a sepulchro surrexit ille qui a suis inimicis sepultus fuerat in inferno.

17. Magnus doctrinæ thesaurus aperuit se ex amore coram me et ursit ut de mysterio filiæ Davidis verba facerem ; venite, auditores, delectamini doctrina amatores suos ditescente.

18. De hominum salute doctrina benedicta semper sollicita fuit ; nunc loquitur de mysterio virginis purissimæ quæ peperit in carne

[1] *I Cor.* XV, 45.

ܕܡܠܟܐ ܒܟܡܐ ܠܐܠܗܐ .
ܬܘ ܒܥܡܐ ܢܬܗܪ ܒܡܐܡܪܗ ܀

ܕ ܕܢܦܫܗ̇ ܬܗܪܐ ܡܠܝܐ ܗܘܬ .
ܘܒܬܗܪܐ ܠܒܪܗ̇ ܡܠܠܐ .
ܒܩܠܐ ܕܦܪܝܫܐ . ܘܙܘܥܐ ܪܘܚܢܐ .
ܘܒܢܘܓܪ̈ܐ ܪܚܡܬܐ .
ܘܦܣܘܩܝܬܐ ܚܠܝܬܐ ܐܡܪܐ ܀

ܗ ܗܐ ܗܘܬ ܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ܐܡܐ .
ܘܢܛܝܪܐ ܒܬܘܠܘܬܗ̇ ܘܠܐ ܫܪܝܢ .
ܘܛܥܝܢܐ ܒܟܪܣܗ̇ . ܒܠܐ ܒܬܘܠܘܬܗ̇ .
ܘܗܝ ܗܘܬ ܐܡܗ ܕܐܠܗܐ .
ܐܦ ܐܡܬܗ . ܘܥܒܕܐ ܕܚܟܡܬܗ ܀

ܗ ܗܕܐ ܕܝܠܕܬ . ܚܕ ܒܘܟܪܐ .
ܠܐܠܗܐ ܘܠܒܪܢܫܐ ܪܒܝܬ .
ܘܗܘܬ ܠܗ ܐܡܐ . ܠܝܠܘܕܐ ܟܣܝܐ .
ܕܝܠܝܕ ܓܡܝܪ ܡܢ ܐܒܘܗܝ .
ܘܗܘܐ ܥܘܠܐ ܒܓܘ ܡܪܒܥܗ̇ ܀

ܘ ܘܐܝܠܢ ܚ̈ܝܐ ܕܪܒܐ ܗܘܐ .
ܒܡܨܥܬܗ ܕܦܪܕܝܣܐ ܡܢ ܩܕܝܡ .
ܠܐ ܝܗܒ ܠܗ ܠܐܕܡ . ܦܐܪܐ ܕܢܚܐ ܠܗ .
ܒܥܘܒܗ̇ ܕܡܪܝܡ ܐܬܢܨܒ .
ܘܝܗܒ ܢܦܫܗ ܠܐܕܡ ܘܒܗ ܚܝܐ ܀

ܙ ܐܪܟܢ ܡܢ ܪ̈ܘܡܐ ܡܠܬܐ .
ܕܠܐ ܘܢܚܬ ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ .
ܘܫܪܐ ܒܛܠܝܬܐ . ܒܛܢܬܗ ܘܝܠܕܬܗ .
ܘܪܡ ܗܘ ܐܪܙܗ ܕܕܟܝܬܐ .
ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܡܡܠܠܐ ܟܠܗܘܢ ܀

ܚ ܚܘܐ ܒܥܕܢ ܚܝܒܬ ܗܘܬ .
ܫܛܪܐ ܪܒܐ ܕܚܘܒܬܐ .
ܕܒܬܪܝܗܘܢ ܒܕܪ̈ܝܗܘܢ . ܡܘܬܐ ܢܪ̈ܕܘܦ .
ܚܘܝܐ ܣܦܪܐ ܗܦܟܐ .
ܟܬܒ ܘܚܬܡ ܒܚܬܡܗ ܕܢܟܠܗ ܀

ܚ ܚܙܐ ܬܢܝܢܐ ܥܬܝܩܐ .
ܟܕ ܢܟܠܗ ܐܣܓܝ ܠܗ ܚܘܒܐ .

Deum, venite, populi, miremur sermonem ejus.

19. Anima admiratione plena virgo attonita de suo infante loquebatur, voce discreta, motibus spiritualibus, cantilenis amorem spirantibus, canticisque suavibus dicens :

20. Ecce virgo facta est mater, servata virginitate et sigillis non solutis, gestat in utero fœtum, integris virginalibus, et facta est Dei mater ac famula opusque ejus sapientiæ.

21. Virgo, quæ Unigenitum peperit, Deum et hominem enutrivit et mater facta est pueruli absconditi, qui ex Patre natus est perfectus et infans factus est in utero illius.

22. Arbor vitæ, quæ in medio paradisi olim creverat, non dedit homini fructum qui eum vivificaret, sed, in sinu Mariæ exorta, dedit semetipsam homini eique vitam præbuit.

23. Verbum Domini ex altissimis se dimisit, descendit in puellam atque in ea habitavit; ipsa concepit illud ac peperit. Altum est purissimæ virginis mysterium et omnium loquentium excedit ora.

24. Heva in Eden rea facta est; magnum debiti chirographum, quo posteri ejus in generationibus suis morte plecterentur serpens, scriptor perversus, scripsit, signavit ac fraudis suæ sigillo munivit.

25. Vidit draco antiquus fraude sua multiplicatum Hevæ delictum;

puella fuit quæ fraudem raptoris sui amavit, diabolo obtemperavit et hominem gradu suo dejecit.

26. Heva peccati rea facta est et Mariæ reservatum est debitum, ut filia solveret debita matris suæ et laceraret chirographum quod suos gemitus transmiserat in omnes generationes.

27. Maria ignem in manibus portabat et flammam brachiis amplexabatur; flammæ ubera sugenda præbebat et omnium alitori lac dabat. Quis poterit de ea sermonem habere?

28. Homines terreni multiplicarunt maledictiones et spinas terram opprimentes, atque in eam introduxerunt mortem vastatricem; Filius autem Mariæ vita et pace totum replevit orbem.

29. Homines terreni introduxerunt morbos et dolores in mundum portamque morti aperuerunt, ut ingrederetur et calcaret eum; Filius autem Mariæ portavit in persona sua dolores mundi ut eum salvaret.

30. Quum Maria virginalia integra servaret, ut benedicta regio Eden antequam arva sulcis proscinderentur, germinavit e sinu ejus arbor vitæ quæ gustu suo, id est sua misericordia, animas vivificavit.

31. Miræ hujus rei explicationem in tuis cogitationibus non quæras, o miser, nec frustra incedas in via naturæ; filius quippe, per viam naturæ absconditam, ingressus habitavit in utero clauso.

32. Maria hominem non ita con-

ܕܢܪܓܫ ܗܘܐ ܥܘܠܐ ܒܡܥܠܢܗ .
ܕܥܕܡܐ ܓܝܪ ܠܟܪܣܐ . ܢܘܪܐ ܗܘܐ ܘܪܘܚܐ .
ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ ܗܘܐ ܐܢܫܐ .
ܟܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܡܫܡܠܝܐ ܀
ܠ ܠܘ ܠܒܪܢܫܐ ܡܣܒܪ ܗܘܐ .
ܓܒܪܐܝܠ ܕܐܬܐ ܠܥܠܡܐ .
ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ . ܫܕܪܗ ܠܘܬ ܡܪܝܡ .
ܕܢܛܝܒ ܠܗ ܐܘܢܐ .
ܕܢܫܪܐ ܒܗ ܘܢܠܒܫ ܟܕ ܫܠܡ ܀
ܠ ܠܐ ܡܣܢܩ ܗܘܐ ܓܝܪ ܗܘ ܒܛܠܐ .
ܕܬܕܡܘܪܬܐ ܕܙܘܘܓܐ ܢܫܬܠܡܘܢ .
ܕܒܪܘܝܐ ܕܐܢܫܐ . ܫܪܐ ܗܘܐ ܒܛܠܝܬܐ .
ܘܥܒܕ ܒܗ ܦܓܪܐ ܘܗܕܡܐ .
ܠܩܢܘܡܗ ܐܝܟ ܡܪܐ ܕܟܠ ܡܨܐ ܀
ܡ ܡܢܘ ܚܙܐ ܠܗ ܝܠܘܕܐ .
ܕܓܒܐ ܠܗ ܐܡܐ ܕܬܝܠܕܝܘܗܝ .
ܘܩܕܡ ܘܡܠܟ ܠܗ̇ . ܕܐܬܐ ܘܫܪܐ ܒܗ̇ .
ܘܟܕ ܡܬܚܫܒܐ ܥܠ ܒܛܢܗ .
ܥܠ ܫܪܐ ܒܟܪܣܗ̇ ܘܠܐ ܐܪܓܫܬ ܀

ܡ ܡܪܝܡ ܗܘܟܝܠ ܩܒܠܬܗ .
ܠܗܘ ܥܘܠܐ ܕܪܡ ܗܘ ܡܢ ܡܕܥܐ .
ܘܐܠܦܬ ܡܢ ܥܝܪܐ . ܕܠܘ ܡܢ ܙܘܘܓܐ ܗܘ .
ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܦ ܚܝܠܗ
ܕܠܥܠ ܓܒܠܘܗܝ ܒܥܘܒܗ̇ ܀
ܡ ܡܒܘܥܐ ܗܝ ܕܟܝܐ ܕܠܐ ܚܠܝܛ ܒܗ̇ .
ܡܢ ܪܕܝܐ ܕܙܘܘܓܐ ܡܕܡ .
ܘܩܒܠܬܗ ܒܥܘܒܗ̇ . ܠܗܘ ܢܗܪܐ ܕܚܝܐ .
ܘܐܫܩܝ ܡܝܘܗܝ ܠܥܠܡܐ .
ܘܐܚܝ ܒܗ ܡܝܬܐ ܟܠܗܘܢ ܀
ܢ ܢܘܣܐ ܕܟܝܐ ܕܫܪܐ ܒܗ .
ܐܠܗܐ ܓܢܒܪܐ ܕܥܠܡܐ .
ܘܐܫܬܡܠܝ ܒܗ . ܪܐܙܐ ܒܬܕܡܘܪܬܐ .
ܕܒܗ ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܐܢܫܐ .
ܘܐܦ ܐܢܫ ܒܪܐ ܠܐܒܐ ܐܬܩܪܝ ܀

cepit, ut natura ingressum infantis sensu apprehenderet; etenim usque in uterum ignis erat et spiritus, in utero matris suæ homo factus est, remanens Deus perfectus.

33. Gabriel non hominem qui venisset in mundum nuntiabat; etenim Deus-Verbum misit eum ad Mariam, ut pararet ei mansionem, in qua habitaret et nihil læsus carnem assumeret.

34. Nihil quippe necesse erat ut conceptus iste admirabilis conjugio perageretur; nam ipse creator hominis habitavit in puella et suæ personæ corpus et membra effecit sicut Dominus omnipotens.

35. Quis vidit eum generantem? Ipse elegit sibi matrem eum parituram, cui prius suum adventum atque in ea inhabitationem nuntio significavit; dum illa cogitaret de conceptu ejus, ipse ingressus habitavit in utero et illa nihil sensit.

36. Maria igitur accepit infantem omni intellectu excelsiorem, et edocta est ab angelo, non conjugio, sed Spiritu sancto et virtute superna puerulum in sinu suo formatum esse.

37. Maria fons est purissimus, cui, nihil immixtum est unquam e fluxu conjugii; ipsa in sinu suo recepit flumen vitæ, quod suis aquis irrigavit mundum omnesque defunctos vivificavit.

38. Sanctuarium purum, in quo commoratus est Deus, gigas sæculorum, in quo peractum est magno prodigio mysterium quo Deus factus est homo, et homo a Patre appellatus est filius.

ܠ ܢܗܘܐ ܒܟ ܡܪܢ ܒܘܝܐܐ .
ܘܠܘܒܒܐ ܠܐܒܗܐ ܕܟܪܝܐ .
ܕܫܠܚܘ ܗܘܘ ܫܘܒܚܐ . ܘܠܒܫܘ ܗܘܘ ܛܪܦܐ .
ܘܡܛܠܬܗܘܢ ܒܥܙܪܐ .
ܗܐ ܟܪܝܟ ܐܢܬ ܕܢܗܦܟܘܢ ܠܗܘܢ ܠܥܕܝܢ ❖

ܓܘܦܬܐ ܗܝ ܡܪܝܡ ܕܐܬܚܙܝܬ
ܒܥܩܪܗ ܕܕܘܝܕ ܡܒܪܟܐ .
ܘܐܦܪܥܘ ܣܘܓܝ̈ܗ . ܣܓܘܠܐ ܕܕܡܐ ܚܝܐ .
ܘܐܫܬܝ ܐܕܡ ܡܢ ܚܡܪܗ .
ܘܐܬܚܝܝ ܘܥܠ ܠܗ ܠܥܕܝܢ ❖

ܠ ܥܓܠܬܐ ܪܚܝܡܬܐ ܕܐܬܚܙܝܬ .
ܒܓܙܪ̈ܘܗܝ ܕܐܒܪܗܡ ܡܒܪܟܐ .
ܕܟܕ ܠܐ ܛܥܝܢܐ ܗܘܬ ܢܝܪܗ ܕܙܘܘܓܐ .
ܝܠܕܬ ܥܓܠܐ ܠܐܠܗܐ .
ܕܒܚܘܒܗ ܗܘܐ ܐܢܫܐ ܕܢܦܪܩܢ ❖

ܠ ܟܠܠ ܗܘܐ ܠܐ ܩܪܒ ܙܘܘܓܐ .
ܟܕ ܐܕܡ ܘܚܘܐ ܒܐܬܒܪܝܘ .
ܘܠܐ ܐܠܘܨ ܟܕ ܡܪܢ . ܐܝܟܐ ܕܢܬܚܙܐ .
ܕܗܘ ܐܠܗܐ ܒܪܝܗܝ ܠܐܕܡ .
ܘܗܘܝܘ ܗܘܐ ܒܪ ܐܢܫܐ ܒܚܪܬܐ ❖

ܦ ܦܩܕܬ ܗܘܝܬ ܠܡܝܐ ܘܠܐܪܥܐ .
ܘܐܦܩܘ ܗܘܘ ܠܒܪ̈ܝܬܐ ܕܨܪܬ ܒܗܘܢ .
ܘܚܙܘ ܪ̈ܫܝܥܐ . ܘܫܘܐܠܐ ܠܐ ܫܐܠܘ .
ܘܐܚܪܘ ܗܘܢܗܘܢ ܒܥܠܠܐ .
ܕܢܒܨܘܢ ܝܠܕܟܝ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟ ❖

ܨ ܫܡܥܘ ܒܘܪ̈ܟܬܗ ܒܡܪܟܒܬܐ
ܘܢܘܩ̈ܪܬܗ ܡܢ ܐܡܐ ܒܬܘܠܬܐ .
ܒܡܪܟܒܬܐ ܚܙܘܗ . ܘܥܙܝܙ ܡܪܝܡ ܚܘܒܗ .
ܟܪܘܒܐ ܡܒܪܟ ܒܕܚܠܐ .
ܘܛܠܝܬܐ ܕܐܡܐ ܗܝ ܡܚܒܒܐ ❖

ܡ ܡܠܬܐ ܕܚܝܐ ܠܒܝܬ ܡܝܬܐ .
ܢܫܬܕܪ ܡܢܟ ܡܪܝܡܐ .
ܘܬܐܡܪ ܠܚܘܐ ܒܩܒܪܐ . ܕܐܬܐ ܕܡܚܝܢܐ .

39. Sit in te, Domine, solatium et confortatio protoparentibus afflictis qui in horto, exuta gloria, induerunt folia; ecce fasciis indutus es propter eos, ut nempe redeant in Eden.

40. Maria vitis est quæ apparuit in stirpe benedicta Davidis; propagines ejus produxerunt botrum sanguine vivifico plenum; bibit Adam de vino illo et resuscitatus rediit in Eden.

41. Vitula amabilis quæ in pecoribus Abrahæ benedicti præmonstrata est, absque imposito sibi conjugii jugo peperit Deum, qui suo amore factus est homo ut nos salvaret.

42. Non intervenit congressus conjugii quum Adam et Heva creati sunt, nec necesse fuit ut apud Dominum appareret, quia Deus creavit Adamum et idem ipse factus est homo in fine temporum.

43. Præcepisti aquis et terræ, et produxerunt res quas formasti in eis; hoc observarunt impii et nullam quæstionem posuerunt, dum e contra suum intellectum acuunt ut perscrutentur nativitatem tuam incomprehensibilem.

44. Audite benedictiones ejus a cherubim in curru, et blandimenta matris virginis; in curru apparet vehemens ejus majestas, apud Mariam ejus amor; cherubim benedicunt cum tremore; puella, quia mater est, amat.

45. Verbum vitæ in habitaculum defunctorum a tua majestate mittatur et dicat Hevæ in sepulchro

ܕܒܪܬܟܝ ܫܠܝܐ ܒܒܬܘܠܘܬܗ .
ܝܠܕܬ ܕܗܘ ܦܪܥ ܚܘܒܬܟܝ ܀

ܘ ܪܡܐ ܗܘܐ ܒܡܥ̈ܝܗ ܕܛܠܝܬܐ .
ܘܠܐ ܝܕܥܐ ܕܗܘ ܪܚܫ ܒܡܪܒܥܗ .
ܪܫܝܡ ܛܒ̈ܥܐ ܒܥܘܒܗ . ܘܫܪܐ ܗܘ ܒܡܪܒܥܗ .
ܡܣܟܝܐ ܕܐܡܬܝ ܐܬܐ ܠܗ .
ܘܥܠܠ ܗܘ ܐܦ ܫܪܐ ܒܡܪܒܥܗ ܀

ܙ ܪܡ ܗܘ ܕܥܬܝܩ ܝܘ̈ܡܬܐ .
ܐܟ ܥܘܠܐ ܫܪܐ ܗܘܐ ܒܡܪܒܥܐ .
ܐܦ ܢܘܪܐ ܫܪܐ . ܒܓܘ ܟܪܣܐ ܕܒܣܪܐ .
ܐܦ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܥܠܡ .
ܫܘܪܝܐ ܢܣܒ ܠܗ ܘܐܬܒܛܢ ܀

ܚ ܫܘܒܚܐ ܠܥܘܠܐ ܕܗܘ ܠܐܡܗ .
ܨܪܗ ܗܘܐ ܠܩܕܡ ܒܡܪܒܥܐ .
ܘܥܠ ܗܘ ܗܘܐ ܒܗ . ܫܒܪܐ ܛܠܝܐ ܡܢܗ .
ܗܘܝܘ ܕܩܫܝܫ ܡܢ ܐܡܗ .
ܘܛܠܝܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܕܗܘ ܨܒܐ ܀

ܛ ܛܘܒܝ ܠܡܪܐ ܕܚ̈ܟܡܬܐ .
ܕܒܥܘܒܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܥܠܠ ܫܪܐ .
ܘܟܕ ܪ̈ܘܡܐ ܘܥܘܡ̈ܩܐ . ܡܠܝܢ ܡܢ ܪܒܘܬܗ .
ܚܒܫܬܗ ܟܪܣܗ ܕܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܘܓܦܬܗ ܒܓܘ ܥܘܒܗ ܙܥܘܪܬܐ ܀

ܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܐܡ̈ܗܬܐ ܐܬܚܙܝ .
ܕܝܠܕܝ ܗܘ̈ܝ ܝܠܕ̈ܐ ܡܫܚܠ̈ܦܐ .
ܚܕܐ ܝܠܕܬ ܠܐܕܡ . ܕܠܛܗ ܠܘܛܬܐ .
ܘܡܪܝܡ ܝܠܕܬ ܠܐܠܗܐ
ܕܡܠܐ ܗܘܐ ܠܒܪܝܬܐ ܒܒܘܪܟܬܗ ܀
ܒܪܝܟܐ ܡܪܝܡ ܒܪܬ ܕܘܝܕ .
ܘܒܪܝܟ ܗܘ ܦܐܪܐ ܕܝܗܒܬܝ ܠܢ .
ܒܪܝܟ ܐܒܐ ܕܫܕܪܗ . ܠܒܪܗ ܠܦܘܪܩܢܢ .
ܘܒܪܝܟ ܪܘܚܐ ܦܪܩܠܝܛܐ .
ܕܐܠܦ ܠܢ ܐܪ̈ܙܘܗܝ ܒܪܝܟ ܫܡܗ ܀

jacenti : « Filia tua, virginalibus integris, peperit puerum qui soluturus est tuum debitum. »

46. Altissimus erat in puellæ visceribus, dum ipsa nesciret illum in ventre suo moveri; sigilla posita erant super sinum ejus, et ipse jam in utero degebat; illa expectabat quandonam venturus esset, et ipse jam ingressus integer erat in utero ejus.

47. Antiquus dierum cum sua celsitate habitavit, ut infans, in utero. Ignis habitavit in ventre carnis; ille qui est ab æterno initium sumpsit per conceptionem.

48. Gloria infanti qui matrem suam prius in utero formavit, et, ad eam postea rediens, factus est infans ipsa junior; qui matre sua senior erat, junior ipsa factus est, quia voluit.

49. Laus Mari sapientiæ, quod, in sinum virginis ingressum, ibi habitavit. Dum cœli et terra plena sunt majestate ejus, continuit eum uterus filiæ David, et puella parva amplexata est eum in sinu suo.

50. Duæ matres visæ sunt quæ pepererunt pueros dissimiles, una peperit hominem qui ipsam maledictione affecit, et Maria peperit Deum qui mundum replet benedictione.

51. Benedicta tu, Maria, filia Davidis, et benedictus fructus quem dedisti nobis. Benedictus Pater qui misit Filium suum ad salutem nostram, et benedictus Spiritus Paraclitus qui docuit nos mysterium ejus. Benedictum nomen ejus.

XIX.

ܐܘܢܝܬܐ ܡܘܫܚܬܐ ܕܢܘܪ̈ܐ ܒܩܠܐ ܫܘܒܚܐ
ܠܟ ܡܪܝ ܕܠܟ ܣܓܕܝܢ ܫܡܝܐ
ܘܐܪܥܐ ܒܚܕܘܐ ܀

ܒܬܕܡܘܪܐ ܠܡܪܝܡ ܚܙܝܬ ܡܝܢܩܐ .
ܠܙܐܢ ܫܪ̈ܒܬܐ ܕܥܘܠܐ ܗܘܐ .
ܥܡܪ ܗܘܐ ܒܟܪ̈ܣܗ ܕܥܠܝܡܬܐ .
ܘܡܠܐ ܗܘ ܟܠ ܥܠܡ̈ܝܢ ܀

ܒܪܬ ܡܣܟ̈ܢܐ ܐܡܐ ܗܘܬ .
ܠܗܘ ܥܬܝܪܐ ܕܚܘܒܗ ܐܠܨܗ .
ܢܘܪܐ ܒܥܘܒܗ ܕܒܬܘܠܬܐ .
ܘܫܠܗܒܝܬܗ ܠܐ ܝܩܕܐ ܀

ܓܘܡܪܬܐ ܚܒܝܩܐ ܐܦ ܒܥܘܒܗ .
ܘܠܐ ܐܬܚܒܠܬ ܒܐܫܬܗ .
ܫܠܗܒܝܬܐ ܐܬܦܓܪܬ .
ܘܒܐܝ̈ܕܝ ܡܪܝܡ ܐܬܗܦܟܬ ܀

ܫܡܫܐ ܪܒܐ ܒܟܢܫܗ ܘܐܬܛܫܝ .
ܒܥܢܢܐ ܩܠܝܠܐ ܢܗܝܪܐ .
ܗܘܬ ܠܗ ܛܠܝܬܐ ܐܡܐ ܠܗܘ .
ܕܐܘܠܕ ܠܐܕܡ ܘܠܥܠܡܐ ܀

ܛܥܝܢܐ ܢܦܐ ܐܦ ܒܥܘܦܗ .
ܒܡܠܐ ܒܣܝܡܐ ܒܡܘܕܝܐ .
ܠܣܓܕܬܗ ܫܩܝܠܐ ܒܐܡܪܐ .
ܦܩܘܕ ܠܝ ܪܒܘܢܝ ܐܓܦܦܟ ܀

ܒܕܡܠܝ ܒܪܝ ܐܢܬ ܐܢܘܪܟ
ܘܗܘܬ[a] ܐܡܟ ܐܝܩܪܟ .
ܒܪܝ ܕܝܠܕܬܟ ܣܒܐ ܡܢܝ .
ܡܪܝ ܕܛܥܢܬܟ ܘܛܥܢ ܠܝ ܀

XIX.

Hymnus cantilenarum[1]. **Responsorium.** Gloria tibi, Domine, cœlum et terra cum gaudio te adorant.

1. Cum admiratione contemplatus sum Mariam lactantem tribuum alitorem, qui infans factus est. In ventre puellæ habitavit qui replet mundum.

2. Filia pauperum mater facta est Ditissimi quem amor coegit. Ignis est in sinu virginis, et virgo flamma ejus non comburitur.

3. Carbo accensus amplexus est Mariam ; ipsa eum gestans non est læsa. Flamma corpus induit et manibus Mariæ versata est.

4. Sol magnus sua contractione se condidit in nube lucida. Puella mater facta est ejus qui genuit hominem et mundum.

5. Portabat puerum, blandiebatur, amplexabatur, blandis vocibus gratulabatur, adorabatque dicens: « Jube mihi, magister mi, amplexer te.

6. « Quandoquidem Filius meus es, meis cantilenis blandiar tibi ; quæ mater tua effecta sum, honorabo te. Fili mi, quem peperi, senior me es ; Domine mi, quem portavi, sustines me.

[1] ܢܘܪ̈ܐ notat cantilenas quas nutrices et matres natis decantant dum eos in sinu gestant ; notat simul matrum in proles blandimenta, congratulationes. Stropha continet quatuor versus septem syllabarum, ut hymnus 17us supra, et hymnus 1us de Nativitate Domini ܕܒܪܝܟ ܗܘ *Opp. Syr-lat.* II. Iste hymnus invenitur etiam in cod. add. 14,511 = D, cujus varias lectiones apposuimus.

[a] D ܘܗܘܝܬ

ܙܘܥܐ ܠܗ ܪܥܝܢܝ ܡܢ ܕܚܠܬܟ .
ܟܢܘܫ ܚܘ̈ܫܒܝ ܐܫܒܚܟ .
ܬܗܝܪܐ ܠܝ ܒܟ ܐܝܟ ܫܬܩܬ .
ܕܪ̈ܥܡܐ ܕܩ̈ܠܐ ܗܘܐ ܟܡܝܢ ܒܟ ✣
ܐܝܟ ܛܠܝܐ ܡܢܝ[a] ܕܢܚܬ .
ܘܐܝܟ[b] ܓܢܒܪܐ ܡܬܥܫܢܬ .
ܕܡܝܪܐ ܐܢܬ ܐܝܟ ܕܩܪܟ ܐܫܥܝܐ .
ܗܘ ܐܬܢܒܝ ܕܐܟܪܙ ܥܠܝܟ ✣
ܗܐ ܟܠܟ ܠܘܬܝ ܐܢܬ .
ܘܒܝܠܘܕܟ ܟܠܟ ܟܣܝܬ .
ܟܠܗܘܢ ܪ̈ܘܡܐ ܡܠܝܢ ܡܢܟ .
ܘܐܥܘܒܐ ܕܝܠܝ ܠܐ ܥܩ ܒܟ .
ܒܝ ܘܒܫܡܝܐ ܐܝܬ ܡܫܪܝܟ .
ܐܟܘܬܗ ܥܡܗ ܐܫܒܚܟ .
ܒܢ̈ܝ ܪܘܡܐ ܒܝ ܬܡܗܘܢ .
ܘܟܠܗܘܢ ܛܘܒܐ ܠܝ ܢܬܠܘܢ ✣
ܫܡܝܐ ܢܛܥܢ ܘܢܓܦܦܢ .
ܕܝܬܝܪ ܡܢܗ ܐܬܝܩܪܬ .
ܗܘ ܓܝܪ ܐܡܐ ܠܐ ܗܘܬ ܠܟ .
ܐܠܐ ܥܒܕܬܗ ܠܟ ܟܘܪܣܝܐ ✣
ܟܡܐ ܡܝܩܪܐ ܘܡܫܒܚܐ .
ܐܡܗ ܕܡܠܟܐ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ .
ܐܘܕܐ ܠܟ ܡܪܝ ܕܨܒܝܬ ܒܝ .
ܕܐܗܘܐ ܐܡܟ ܘܐܗܕܪܟ ✣
ܐܘ ܓܢܒܪܐ ܕܠܐܪܥܐ ܛܥܢ .
ܘܨܒܐ ܛܥܢܬܗ ܠܟ ܠܬܫܒܚ .
ܐܘ ܥܬܝܪܐ ܕܗܘܐ ܒܪܐ .
ܠܒܪܬ ܡܣܟ̈ܢܐ ܠܟ ܫܘܒܚܐ[e] ✣
ܩܕܝܡ ܡܢ ܟܠ ܕܢܚܬ ܗܘܐ .
ܠܘܬܝ ܛܠܝܐ ܠܟ ܡܘܪ̈ܒܝ .
ܝܬܒܬ ܥܠ ܒܘܪ̈ܟܝ ܘܬܠܝܐ ܒܟ .

7. « Mens mea tuo timore perturbatur, collige sensus meos, ut laudem te. Miror te, quomodo siles, quum tonitrua vocum in te occultentur.

8. « Ut infans e me ortus es, et ut gigas roborascis; *Admirabilis* es, sicut te appellavit Isaias, de te vaticinatus[1].

9. « Ecce totus apud me es, et in Genitore tuo totus absconderis. Omnes cœli altitudines tua majestate plenæ sunt, et sinus meus pro te angustior non est.

10. « Habitaculum tuum est in me simul et in cœlis. Cum cœlis laudabo te. Cœlicolæ me admirantur beatissimamque prædicant.

11. « Cœlum sustineat me suis amplexibus, quia præ illo honorata sum. Etenim cœlum non fuit tibi mater; sed illud effecisti thronum tuum.

12. « Quam honorabilior et venerabilior mater regis throno ejus! Gratias tibi agam, Domine, quia voluisti ut fierem mater tua; blandis canticis te celebrabo.

13. « O gigas qui terram sustines et voluisti ut ipsa te portaret, tibi laus. O dives qui filius factus es filiæ pauperis, tibi gloria.

14. « Omnibus antiquior, qui descendisti ad me, infans factus, tibi meum « Magnificat. » Sedes super genua mea, et super te suspensa

[1] *Is.* IX, 6.

[a] A ܡܢ — [b] A ܕܐܝܟ — [c] D ܝܬܒܬ — [d] D ܘܪ̈ܓܠܐ — [e] ܠܫܘܒܚ

ܪ̈ܘܡܐ ܘܥܘܡ̈ܩܐ ܘܟܠܗ ܥܠܡܝܢ ܀

ܐܚܕ ܐܢܬ ܬܕ̈ܝ ܘܡܕܒܪܢܐ .
ܐܪܥܐ ܘܝܡ̈ܡܐ ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ .
ܗܐ ܡܪܟܒܬܟ ܒܪ̈ܘܡܐ ܟܠܠ .
ܘܛܥܝܢܐ ܐܢܐ ܠܟ ܟܕ ܒܝ ܫܪܐ ܐܢܬ ܀
ܟܕ ܠܘܬܝ ܐܢܬ ܗܐ ܟܠܗܘܢ .
ܓܘ̈ܕܐ ܕܥܝܪ̈ܐ ܠܟ ܣܓܕܝܢ .
ܟܕ ܒܕܪ̈ܥܝ ܡܬܓܦܦܬ .
ܗܐ ܒܟܪ̈ܘܒܐ ܡܬܪܟܒܬ ܀

ܡܠܐ ܫܡܝܐ ܡܢܟ ܟܠܠ .
ܘܛܥܝܢܐ ܠܟ ܥܘܒܐ ܐܪܥܢܝܬܐ .
ܥܡ ܥܠܝ̈ܐ ܒܢܘܪܐ ܫܪܐ ܐܢܬ .
ܘܠܬܚܬܝ̈ܐ ܠܐ ܡܘܩܕܬ ܀
ܣܪ̈ܦܐ ܒܩܘܕܫܐ ܠܟ ܡܩܕܫܝܢ ·
ܘܐܝܟܢܐ ܡܪܝ ܐܘܕܐ .
ܟܪ̈ܘܒܐ ܒܙܘܥܐ ܡܒܪܟܝܢ ܠܟ .
ܘܒܩܠܐ ܕܝܠܝ ܡܬܝܩܪܬ ܀
ܬܫܡܥ ܗܫܐ ܘܬܐܬܐ ܠܘܬܝ[a] .
ܚܘܐ ܐܡܢ ܥܬܝܩܬܐ .
ܬܪܝܡ ܪܫܗ ܗܘ ܕܐܬܪܟܢ .
ܒܗܘ ܨܘܥܪܐ ܕܓܢܬܐ ܀

ܬܓܠܐ ܐܦ̈ܝܗ ܘܬܚܕܐ .
ܕܒܗܬܬܗ ܐܦ̈ܩܬ ܟܕ ܥܣܩܬ .
ܬܫܡܥ ܩܠܐ ܕܫܠܡܐ ܓܡܝܪܐ .
ܕܗܐ ܒܪܬܗ ܦܪܥܬ ܚܘܒܬܗ ܀
ܕܝܫ ܗܘܐ ܚܘܝܐ ܗܘ ܕܐܛܥܝܗ .
ܒܟ ܢܨܪܐ ܕܡܢ ܥܘܒܝ ܕܢܚ[b] .
ܟܪ̈ܘܒܐ ܘܪܘܡܚܐ ܒܟ ܡܬܥܒܪܝܢ .
ܘܢܥܠ ܐܕܡ ܕܐܬܛܪܕ ܗܘܐ ܀

ܚܘܐ ܘܐܕܡ ܒܟ ܢܬܓܘܣܘܢ .
ܘܦܐܪܐ ܕܚܝܐ ܡܢܝ ܢܬܛܥܡܘܢ .

sunt summa et ima totusque mundus.

15. « Arripis ubera mea, et regis terram, maria et omnia quæ in eis sunt. Ecce currus tuus in cœlis est, et ego porto te in me manentem.

16. « Dum apud me es, omnes cœtus angelorum te adorant. Dum brachiis meis amplexatus detineris, a cherubim gestaris.

17. « Cœli superni tua majestate pleni sunt, sinus filiæ terrestris portat te. Inter cœlites habitas in igne, et terrestres non comburis.

18. « Seraphim ter sanctum te proclamant, quomodo, Domine, tibi gratuler? Cherubim cum tremore tibi benedicunt, et cantibus meis honoraris?

19. « Audiat nunc et veniat ad me Heva, antiqua nostra mater; exaltetur ejus caput quod sub ignominia horti inclinatum fuit.

20. « Discooperiat faciem suam et gratuletur tibi, quia ejus confusionem abstulisti; audiat vocem pacis perfectæ, quia ejus filia ejus debitum solvit.

21. « Serpens, illius seductor, contritus est per te, surculum qui e sinu meo ortus est. Cherubim et gladius per te remoti sunt, ut redeat Adamus in paradisum unde expulsus est.

22. « Heva et Adam ad te confugiant et fructum vitæ e me de-

[a] A ܠܘܬܝ — [b] B ܕܢܚܬ

ܒܟܝ ܚܢܟܝܗܘܢ ܢܒܣܡܘܢ .
ܗܠܝܢ ܕܗܘ ܦܐܪܐ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ ܀

ܥܒܕ̈ܐ ܛܪ̈ܝܕܐ ܒܟܝ ܢܥܠܘܢ .
ܠܗܘ ܬܘܒ ܢܐܪܬܘܢ ܕܡܢܗ ܢܦܩܘ .
ܠܒܘܫܐ ܕܫܘܒܚܐ ܬܗܘܐ ܠܗܘܢ .
ܕܢܟܣܘܢ ܒܗ ܦܘܪܣܝܗܘܢ ܀
ܬܕܢܚ ܒܫܝܘܠ ܥܠ ܡܫܟܒܝܗܘܢ .
ܘܬܛܪܘܕ ܡܢܗܘܢ ܚܫܘܟܝܗܘܢ .
ܛܠܝܐ ܣܒܐ ܕܒܪܝ ܒܟ .
ܒܟ ܟܠ ܛܠܝܢ ܢܬܒܪܟܘܢ ܀
ܐܣܝܪ̈ܘ ܕܫܝܘܠ ܒܟ ܢܦܩܘܢ .
ܐܦ ܚܫܘܟܐ ܒܟ ܢܢܗܪܘܢ .
ܡܣܟ̈ܢܐ ܡܪܝ ܒܟ ܢܥܬܪܘܢ .
ܐܦ ܚܣܝܪ̈ܐ ܢܬܝܬܪܘܢ ܀
ܟܠܗܘܢ ܟܦ̈ܢܐ ܒܟ ܢܣܒܥܘܢ .
ܘܡܝ̈ܬܐ ܒܩܠܟ ܢܬܚܝܘܢ .
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܒܟ ܢܪܥܡܘܢ .
ܒܪܝܟ ܫܠܚܟ ܡܪܐ ܕܟܠ ܀

cerpant, per te dulces fiant fauces eorum, quas fructus vetitus amaras reddiderat.

23. « Servi expulsi per te ingrediantur, ut rursus obtineant beneficia quibus spoliati fuerunt. Vestis gloriæ ipsis fias ad tegendam eorum nuditatem.

24. « Appareas in inferis ubi jacent ; expellas ab eis tenebras ; puer senex, nate mi, in te omnes pueri benedicantur.

25. « Qui in inferis detinentur per te exeant ; tenebræ ipsæ per te illuminentur ; pauperes, Domine, per te ditentur, et egentes per te abundent.

26. « Esurientes per te satientur, mortui ad vocem tuam resurgant. Cœli et terra per te vocibus laudis resonent. Benedictus omnium Dominus qui misit te. »

XX.

ܣܘܓܝܬܐ ܕܥܠ ܫܡܥܘܢ ܣܒܐ ܒܗ ܒܩܠܐ .
ܥܠ ܩܠܐ ܕܐܒܐ ܟܬܒ ܗܘܐ ܥܘܢܝܐ
ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܒܚܘܒܗ ܥܠ
ܕܪ̈ܥܘܗܝ ܛܥܢܗ ܗܘܐ ܫܡܥܘܢ ܀

ܒܬܘܠܬܐ ܢܟܦܬ ܩܪܬܢܝ .
ܝܘܡܢܐ ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗ .
ܬܘ ܒܢ̈ܝ ܓܢܘܢܐ . ܐܬܒܣܡܘ ܒܡܫܬܘܝܗ ܪܘܚܢܝܐ .
ܡܢ ܕܗܘܢ ܩܪܝܐ .
ܕܛܝܒܬ ܠܟܘܢ ܒܬܘܠܬܐ ܀
ܕܢܚ ܡܢ ܐܡܐ ܕܢܓܕ ܒܗ .

Hymnus de Simeone sene in tono : Pater scripserat[1]. Responsorium: Benedictus Christus quem cum amore Simeon in ulnis suis portavit.

1. Virgo purissima invitavit me hodie ad dicendum de ea. Venite, juvenes nuptiarum, delectamini convivio spirituali quod invitatis virgo paravit.

2. Ortus est e matre ipsi gra-

[1] Stropha habet sex versus hoc ordine : 775577. Vid. supra hymnum XVIII. Idem hymnus invenitur in cod. add. 17,141, ubi Jacobo (Sarugensi) tribuitur. Unde dubium fit an revera opus sit S. Ephræmi. Visum est autem hunc hymnum non esse separandum a ceteris B. M. V. laudibus.

ܙܠܝܓܐ ܕܡܢܗܪ ܠܥܠܡܐ .
ܢܚܬ ܘܢܦܩ ܡܢܗ . ܘܦܪܩ ܒܪܝܬܐ .
ܒܡܘܠܕܗ ܐܥܪܩ ܛܠܠܐ .
ܘܒܕܢܚܗ ܚܫܘܟܐ ܐܥܒܪ ❖
ܛܥܢܬ ܡܪܝܡ ܠܥܘܠܐ .
ܕܗܘ ܐܘܠܕ ܠܐܕܡ ܒܚܟܡܬܗ .
ܒܚܠܒܗ ܐܬܪܒܝ . ܒܥܘܒܗ ܐܬܚܒܒ .
ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܒܕܪ̈ܥܘܗ .
ܘܛܥܝܢ ܗܘܐ ܒܪܡܙܗ ܠܥܠܡܐ ❖
ܒܬܘܠܬܐ ܩܒܠܬ ܗܘܬ ܓܠܝܢܗ .
ܟܕ ܢܦܩ ܠܡܣܥܪ ܠܥܠܡܐ .
ܘܫܛܐ ܡܪܟܒܬܐ . ܕܚܝ̈ܘܬܐ ܡܡܠܠܬܐ .
ܨܒܐ ܘܒܬܘܠܬܐ ܛܥܢܬܗ .
ܘܡܢ ܡܫܟܚ ܢܡܠܠ ܠܬܫܒܘܚܬܗ +
ܠܗܝܟܠܐ ܩܪܒܬ ܐܝܬܝܬܗ .
ܕܒܝܬ ܐܒܐ ܒܩܘܪ̈ܒܢܐ ܢܣܥܪ .
ܘܢܩܪܒ ܕܒ̈ܚܐ ܘܢܫܠܡ ܢܡܘܣܐ .
ܕܒܟܠܡܕܡ ܢܫܬܘܐ .
ܠܛܠܝ̈ܐ ܕܐܬܚܠܛ ܒܗܘܢ ❖
ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܗܘܐ ܒܛܘܪ ܣܝܢܝ .
ܟܕ ܝܗܒ ܢܡܘܣܐ ܠܥܡܐ .
ܘܗܘ ܕܡܩܒܠ ܗܘܐ . ܕܒ̈ܚܐ ܘܨܠܘ̈ܬܐ .
ܘܗܫܐ ܛܠܝܬܐ ܛܥܝܢܐ ܠܗ .
ܘܚܠܦܘܗܝ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܡܩܪܒܐ ❖
ܩܒܠ ܕܒ̈ܚܐ ܡܢ ܠܘܝ̈ܐ .
ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܡܢ ܟܗܢ̈ܐ ܟܠܗܘܢ .
ܗܘ ܡܩܒܠ ܕܒ̈ܚܐ . ܘܡܩܪܒ ܒܥ̈ܘܬܐ .
ܘܒ̈ܢܝ ܝܘܢܐ ܘܣܡܝܕܐ .
ܠܬܕܟܝܬܐ ܡܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ ❖
ܡܢ ܢܘܚ ܩܒܠ ܩܘܪ̈ܒܢܐ .
ܘܒܕܒ̈ܚܐ ܠܐܒܪܗܡ ܐܬܓܠܝ
ܘܠܐܝܣܚܩ ܒܥܠܬܐ . ܒܣܒܠܬܐ ܠܝܥܩܘܒ .

tissima radius qui illuminat mundum; postquam illapsus est, exivit ex ea creaturasque salvavit. Sua nativitate fugavit umbras et sua epiphania dissipavit tenebras.

3. Portavit Maria infantem qui sua sapientia genuit Adamum. Lacte ejus nutritus est, sinu confotus, brachiis portatus qui suo nutu sustinet mundum.

4. Virgo ejus revelationem accepit quando ipse exivit ad visitandum mundum. Posthabito animalium ratione præditorum curru, voluit a virgine gestari. Quis poterit digne de ea loqui?

5. Virgo attulit eum in templum, ut ipse domum Patris cum oblationibus visitaret offerretque victimas ac legem perficeret, sicque in omni re assimilaretur pueris quibus permixtus erat.

6. Cum Patre suo fuit in monte Sina, dans legem populo ac recipiens dona ac orationes; hic autem puella eum portat et pro eo offert oblationes.

7. Accepit victimas a levitis et oblationes a sacerdotibus omnibus; qui autem accepit sacrificia, ipse profert petitiones et pullos columbarum et similam, eaque in purificationem offert ad altare.

8. A Noe accepit oblationes[1], apparuit Abrahæ in sacrificio[2], et Isaaco in holocausto[3] et Jacobo in scala[4]. Ex suo amore propitius

[1] *Gen.* VIII, 20, sqq.
[2] *Gen.* XV, 2, sqq.
[3] *Gen.* XXII, 13.
[4] *Gen.* XXVIII, 12.

ܒܩܘܪܒܗ ܚܫܚ ܠܩܕ̈ܡܝܐ .
ܘܐܬܪܥܝ ܩܘܪܒܢܗ ܒܐܚܪ̈ܝܐ ✣
ܒܘܟܪܗ ܕܗܒܝܠ ܗܘ ܩܒܠ .
ܘܦܘ ܠܩܐܝܢ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܫܦܪ .
ܡܠܟܝܙܕܩ ܪܒܐ . ܒܛܘܦܣܗ ܟܗܢ ܗܘܐ .
ܘܡܥܣܪ̈ܐ ܘܣܡܝܕܐ .
ܝܘܣܦ ܠܗ ܐܥܠ ܠܗܝܟܠܐ ✣

ܚܘܝ ܝܘܡܗ ܠܐܒܪܗܡ .
ܒܐܝܠܢܐ ܘܒܕܟܪܐ ܐܬܚܙܝ .
ܘܝܗܒ ܠܐܠܝܥܙܪ . ܠܒܘܫܐ ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ .
ܘܥܡ ܝܠܘ̈ܕܐ ܩܘܪ̈ܒܢܐ .
ܠܡܕܒܚܐ ܣܡ ܠܡܕܟܝܢܐ ✣
ܫܡܥܘܢ ܣܒܐ ܒܣܝܒܐ .
ܚܙܐ ܠܬܕܡܘܪܐ ܘܪܬܚ ܒܚܘܒܐ .
ܘܫܩܠܗ ܒܥܠܘ̈ܗܝ . ܛܥܢ ܒܗ ܘܣܓܕ ܠܗ .
ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ ܒܒܥܘܬܐ .
ܕܗܫܐ ܡܪܝ ܕܚܙܝܬܟ ܐܬܢܝܚ ✣

ܣܟܐ ܗܘܐ ܒܪܘܚܐ ܘܡܣܟܐ .
ܠܡܫܝܚܐ ܫܡܥܘܢ ܒܗܝܟܠܐ .
ܒܚܙܘܐ ܪܒܐ . ܠܡܪܗ ܚܙܐ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܐܬܚܙܝ ܛܠܝܐ . .
ܪܬܚ ܣܒܐ ܘܡܬܟܫܦ ܠܗ ܒܚܘܒܐ ✣
ܒܚܘܛܐ ܕܚܝ̈ܐ ܐܣܝܪܗ ܗܘܐ .
ܗܘ ܛܠܝܐ ܕܝܠܕܐ ܒܬܘܠܬܐ .
ܡܢ ܢܓܝܪܐ ܕܙܒܢܐ ܫܘܕܝ ܠܗ ܫܘܘܕܝܐ .
ܕܐܠܐ ܚܙܐܬ ܛܠܝܐ .
ܠܐ ܡܫܬܢܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܠܡܦܩ ✣
ܥܒܪܘ ܗܘܘ ܕܪ̈ܐ ܘܫܢ̈ܐ .
ܘܫܘܘܕܝܐ ܩܐܡ ܒܡܠܬܐ .
ܘܐܣܝܪ ܣܒܐ . ܘܩܐܡ ܘܡܣܟܐ .
ܘܡܛܐ ܝܘܡܗ ܕܓܠܝܐ .
ܘܒܥܐ ܠܗ ܘܐܦܣܗ ܕܢܦܘܩ ✣

fuit antiquis et oblatio ejus a recentioribus accepta fuit.

9. Primogenita Abelis ipse accepit et Cainum ipsi haud gratum rejecit; magnus Melchisedech in figuram ejus sacerdotio functus est, decimasque obtulit et similam, Joseph autem adduxit eum in templum.

10. Ostendit diem suum Abrahæ, in arbore et ariete apparuit [1], dedit Eliezero vestem et consensum et cum parentibus oblationes altari imposuit ad purificationem.

11. Simeon magna senectute gravatus videns prodigium, amore flagravit, susceptum in ulnis infantem mirabundus adoravit eumque supplex his verbis deprecatus est: « *Nunc, Domine, quum viderim te, requiescam* [2]. »

12. Spiritu impulsus, Simeon Christum in templo expectabat. In magna visione Dominum suum aspiciebat. Viso igitur puero, senex, amore flagrans, eum deprecabatur.

13. Puer, a virgine in lucem editus, filo vitæ eum alligaverat, promissione jamdiu ei facta: « Donec videris me infantem, non demitteris e mundo. »

14. Transierunt generationes et anni, promissione in verbo remanente. Ea alligatus senex stabat expectans. Facta igitur desideratæ manifestationis die, deprecatus est ut e vita dimitteretur:

[1] Vide supra; col. 537, n. 2.

[2] *Luc.* II, 29.

ܗܐ ܚܙܝ ܥܝܢܝ ܠܚܢܢܟ .
ܐܝܟ ܩܝܡܐ ܕܥܒܕܬ ܫܪܝܢܝ ܡܪܝ .
ܢܛܪܬܢܝ ܘܐܝܩܪܬܢܝ . ܘܫܒܩܬ ܠܝ ܠܣܝܒܘܬܐ .
ܫܪܝܢܝ ܡܢ ܚܝܐ ܕܚܙܝܬܟ .
ܕܥܠ ܗܕܐ ܡܟܝܠ ܦܘܫܬ ܕܐܩܒܠܟ ܀

ܫܪܝܢܝ ܡܪܝ ܕܐܢܘܚ ܥܠ ܥܦܪܐ .
ܘܐܣܒܪ ܠܡܝܬܐ ܟܠܗܘܢ .
ܕܗܐ ܫܪܐ ܐܣܝܪܐ . ܡܪܢ ܡܛܝ ܠܗ .
ܣܒܪܬܐ ܠܟܠܟܘܢ ܡܝܬܐ .
ܕܡܛܐ ܠܗ ܡܚܝܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܀

ܫܪܝܢܝ ܕܢܛܪܬܢܝ ܒܪ ܚܝܐ .
ܘܫܒܩܬܢܝ ܐܝܟ ܕܒܥܠܡܐ .
ܚܙܝܬ ܠܟ ܓܠܝܢܟ . ܘܪܡܬ ܒܚܙܘܟ .
ܐܙܠ ܐܬܬܢܝܚ ܒܝܬ ܡܝܬܐ .
ܘܣܒܪܬܐ ܐܡܪ ܠܟܠܗܘܢ ܀

ܛܥܢܐ ܣܒܐ ܠܥܘܠܐ .
ܘܠܚܟܝܡܐ ܬܕܡܘܪܬܐ ܒܗܕܐ .
ܕܗܝ ܒܗܬܬܐ . ܠܥܡܐ ܘܠܥܡܡܐ
ܡܦܝܣ ܗܘܐ ܕܢܫܪܐ ܡܢ ܚܝܐ .
ܕܗܘ ܐܢܛܪܗ · ܘܢܫܪܝܘܗܝ ܦܫܝܩ ܠܗ ܀

ܛܥܝܢ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܥܠ ܐܕܪܥܘܗܝ .
ܘܣܪܦܐ ܘܥܝܪܐ ܒܕܚܠܬܐ .
ܠܥܕܬܐ ܫܘܒܗܪܐ . ܘܠܟܢܘܫܬܐ ܬܘܩܠܬܐ .
ܡܣܢܝܬܐ ܣܢܝܬ ܢܘܗܪܐ .
ܘܒܪܬ ܢܘܗܪܐ ܒܡܘܟܟܗ ܕܛܠܐ ܀

ܬܐ ܠܟ ܚܒܪܗ ܕܝܗܘܕܐ .
ܕܠܐ ܡܘܕܐ ܕܐܠܗܐ ܐܬܝܠܕ .
ܠܡܢ ܐܦܝܣ ܫܡܥܘܢ . ܕܢܫܪܝܘܗܝ ܡܢ ܚܝܐ .
ܐܠܐ ܠܡܪܐ ܪܘܚܬܐ .
ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܘܐܦ ܐܢܫܐ ܐܬܚܙܝ ܀

[1] Luc. II, 30.

15. « Ecce oculi mei vident Misericordem tuum[1]. Juxta pactum a te initum, dimitte me, Domine. Conservasti me et honorasti me senectute, dimitte me e vita, quia vidi te ; in vita quippe remanebam ut te susciperem.

16. « Dimitte me, Domine, ut requiescam in pulvere et annuntiem omnibus defunctis : « Adest qui solvit captivos ; Dominus attulit nuntium vobis defunctis, advenire scilicet illum qui resuscitat omnes. »

17. « Dimitte me, o vitæ fili, qui me conservasti et reliquisti ut in mundo te conspicerem. Vidi manifestationem tuam et visione tua exaltatus sum. Vadam et inter mortuos requiescam ut omnibus nuntium tui adventus afferam. »

18. A sene annoso teneri puerulum supplicari ut senex ab eo e vita dimittatur res est valde mira sapientibus, illa eadem cedit Judæis et gentibus in confusionem ; facile quippe erat ei qui senem servaverat ut illum e vita dimitteret.

19. Portat Simeon infantem in ulnis, seraphim ac angeli in forcipe. Iste infans decus est Ecclesiæ et synagogæ scandalum. Subsannatrix odit lucem, filia autem lucis exultat in pueri humiliatione.

20. Veni, o Judæ assecla, qui non confiteris Deum natum esse ; quemnam Simeon deprecabatur ut e vita dimitteretur, nisi Dominum spirituum, qui Deus est et homo apparuit ?

ܡܢܘ ܗܢܐ ܛܠܝܐ .
ܕܛܥܝܢ ܠܗ ܥܠ ܕܪ̈ܥܘܗܝ ܟܗܢܐ .
ܘܡܨܠܐ ܒܚܘܒܐ . ܩܕܡܘܗܝ ܒܒܥܘܬܐ .
ܘܡܘܕܐ ܒܚܘܒܐ ܕܗܘ ܐܚܝܗ .
ܘܒܚܘܒܐ ܕܢܫܪܝܘܗܝ ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ ܀
ܡܢܘ ܗܢܐ ܒܪ ܕܪ̈ܐ .
ܕܡܬܟܫܦ ܗܘܐ ܠܒܪ ܝܘܡܐ ܕܢܫܪܐ .
ܐܠܘܠܐ ܕܛܠܐ .. ܣܒܐ ܡܢ ܛܠܝܐ .
ܠܐ ܒܥܘܬܐ ܡܩܪܒ ܗܘܐ .
ܕܡܢ ܝܘܩܪܐ ܕܣܒܘܬܐ ܢܫܬܪܐ ܀
ܛܘܒܘ ܕܒܥܐ ܗܘܐ ܒܥܙܪ̈ܘܪܐ .
ܐܬܝܠܦ ܗܘ ܡܢܐ ܡܕܝܢܐ .
ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܕܡܢܘ . ܘܚܝܘ ܕܗܘ ܐܚܝܗܘ
ܘܐܦ ܡܣܒܪ ܗܘܐ ܠܗ ܕܩܕܝܡ ܗܘ .
ܠܫܡܫܐ ܘܠܐܕܡ ܩܕܝܡ ܗܘܐ ܀

ܐܠܘܠܐ ܓܝܪ ܝܕܥܗ ܗܘܐ .
ܕܗܘ ܫܠܝܛ ܥܠ ܕܪ̈ܐ ܟܠܗܘܢ .
ܘܠܗ ܗܘ ܦܫܛ ܠܡܫܪܐ .
ܘܗܘ ܫܪܐ ܠܥܠܡܐ . ܠܐ ܒܥܘܬܐ ܡܩܪܒ ܗܘܐ .
ܕܡܢ ܝܘܩܪܐ ܢܫܪܝܘܗܝ ܕܢܬܢܝܚ ܀

ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܛܠܝܐ .
ܒܓܠܝܢܐ ܕܪܘܚܐ ܕܒ ܫܠܝܐ .
ܘܒܥܘܬܗ ܠܐ ܚܣܟܗ . ܕܢܘܕܐ ܒܚܘܒܐ .
ܘܐܪܝܡ ܩܠܗ ܕܢܘܕܐ ܗܘܐ .
ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܟ ܐܢܫܐ ܐܬܚܙܝ ܀
ܬܐܬܐ ܢܫܡܥ ܡܨܥܝܐ .
ܒܥܘܬܗ ܕܗܢܐ ܣܒܐ ܡܫܒܚܐ .
ܕܒ ܡܪܟܢ ܪܝܫܗ . ܘܣܓܕ ܒܒܥܘܬܐ .
ܠܛܠܝܐ ܕܛܥܝܢ ܗܘܐ . ܥܠ ܐܕܪ̈ܥܘܗܝ .
ܕܡܣܟܢܘܬܗ ܬܫܠ ܠܗ ܒܪܚܡܐ ܀
ܡܛܠ ܕܚܙܬ ܠܚܢܢܟ .
ܫܪܝܢܝ ܡܪܝܐ ܫܡܥܘܢ ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ .

21. Quisnam est ille puerulus quem in ulnis portat sacerdos et coram quo supplices fundit preces? Confitetur cum amore se ab eo in vita servatum et cum amore supplicat e vita ab eo dimitti.

22. Quis est ille senex annosus qui supplex recens natum rogat ut dimittatur? Nisi senex puerulo junior esset, supplices ei non offerret preces ut ab onere senectutis solveretur.

23. Benedictus ille senex infantem fasciis involutum deprecabatur, quia didicerat quis esset et sciebat illum esse a quo vita ejus servabatur; ratus etiam erat illum infantem sole ac homine esse antiquiorem.

24. Etenim, nisi scivisset illum esse omnium ætatum dominum posseque servare aut dissolvere sæculum, supplices ad eum non direxisset preces ut a senectutis onere liberaretur æternaque donaretur requie.

25. Per Spiritus revelationem agnoverat puerulum silentem. Statim igitur ac illum vidit a precibus non se continuit, sed vocem elevavit ut confiteretur Deum esse qui homo apparuit.

26. Veniat Mediator audiatque petitionem hujus inclyti senis, qui, inclinato capite, supplex adorabat puerulum ulnis suis impositum, deprecans ut misericorditer suæ indigentiæ subveniret.

27. « Quia vidi Misericordem tuum, dimitte me ex hac vita. » Ita orabat Simeon, et sua illa con-

ܘܗܘܐ ܒܬܘܕܝܬܗ . ܣܗܕܐ ܠܝܠܘܕܐ .
ܚܢܢܐ ܘܒܘܪܟܬܐ ܕܝܠܗ ܗܘܐ .
ܘܒܚܢܢܗ ܡܫܒܩ ܠܟܠ ܒܣܪ ܀
ܡܬܪܟܢ ܣܒܐ ܩܕܡ ܛܠܝܐ .
ܘܣܝܒܐ ܠܣܗܕܘܬܗ ܣܗܕܐ .
ܠܥܬܝܩ ܝܘܡܬܐ . ܕܟܠܗ ܫܪܝܪܐܝܬ ܗܘ .
ܘܥܠܘܗܝ ܕܘܝܕ ܣܗܕ ܗܘܐ .
ܕܐܢܬ ܛܠܝܐ ܐܝܬܝܟ ܗܘܝܬ ܡܢ ܩܕܝܡ ܀
ܐܦ ܗܘ ܣܒܐ ܚܟܝܡܐ .
ܕܥܠ ܐܕܪܘܗܝ ܛܥܢܗ ܒܗܝܟܠܐ .
ܚܙܝ ܗܘܐ ܒܗ ܒܛܠܝܐ .
ܘܝܕܥܗ ܕܥܬܝܩܐ ܗܘ .
ܘܒܥܐ ܕܢܫܪܝܘܗܝ ܒܫܝܢܐ .
ܡܣܒܥܢ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܫܪܝܘܗܝ ܒܪܚܡܘܗܝ ܀
ܛܠܝܐ ܩܪܝܗܝ ܗܘܐ ܒܪ ܐܝܫܝ .
ܕܐܚܙܝ ܒܗ ܕܐܝܟ ܛܠܝܐ ܡܬܚܙܐ .
ܒܝܠܕܗ ܩܕܡܝܐ . ܠܐ ܛܠܐ ܡܢ ܐܒܘܗܝ .
ܘܐܬܐ ܠܝܠܕܐ ܬܢܝܢܐ .
ܩܪܝܗܝ ܛܠܝܐ ܕܝܠܝܕ ܗܘܐ ܡܢ ܡܪܝܡ ܀
ܫܡܥܬܗ ܡܪܝܡ ܠܡܠܬܗ .
ܕܗܘ ܣܒܐ ܕܒܪܘܚܐ ܡܬܬܙܝܥ .
ܘܪܘܙܬ ܘܩܪܒܬ ܠܗ . ܘܡܡܠܠܐ ܐܡܪܬ ܠܗ .
ܡܠܠ ܣܒܐ ܩܫܝܫܐ .
ܕܐܝܟ ܕܒܫܐ ܚܠܐ ܡܡܠܠܟ ܀
ܐܪܝܡ ܩܠܟ ܣܒܐ .
ܘܒܪܝܬܐ ܐܡܗܬܐ ܢܫܡܥܢ .
ܘܬܗܘܐ ܠܒܬܘܠܘܬܝ . ܣܗܕܐ ܒܨܠܘܬܟ .
ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܕܙܘܘܓܐ .
ܝܠܝܕ ܛܒܐ ܕܢܦܪܘܩ ܠܥܠܡܐ ܀
ܐܪܝܡ ܩܠܟ ܒܣܝܡܐ .
ܘܫܪܝ ܢܝܪܐ ܕܟܢܪܟ ܠܙܡܪܐ .

fessione testimonium reddebat infanti qui misericordiam et benedictiones possidet et sua misericordia condonat omni carni.

28. Inclinat se senex coram parvulo et senectus testimonium reddit infanti, ipsum vere esse antiquum dierum[1]. De eo David testatur : « *Tu,* puer, *eras ab initio*[2].

29. Senex sapiens qui in templo puerum in ulnis suis portabat, considerabat eum, et sciens illum esse antiquum dierum, deprecabatur ut ejus misericordia ab hac vita dimitteretur.

30. Filius Jesse appellavit eum puerum, quia eum sub forma pueri aspiciebat. In prima nativitate Patre junior non est, at quia venit ad nativitatem secundam, David vocavit eum puerum, utpote ex Maria natum.

31. Audivit Maria orationem senis Spiritu acti, et exultans atque ad eum accedens, dixit: « Loquere, senex grandæve, dulcis est ut mel sermo tuus.

32. « Eleva vocem tuam, o senex, ut matres creatæ audiant et sis prece tua testis virginitati meæ, quod absque congressu conjugii natus est Bonus, ut salvaret mundum.

33. « Eleva vocem tuam, mitissime, et constringe chordas citharæ tuæ ad psallendum et cantu tuo

[1] *Dan.* VII, 9.

[2] *Ps.* 109. 3.

ܘܒܢܥܡܬܟܝ ܚܠܝܐ ܒܝܐܝ ܠܟܐܒܘܬܝ .
ܕܒܢܝ ܥܡܝ ܡܓܚܟܝܢ ܒܝ .
ܒܢܥܡܬܟܝ ܐܦܟܝ ܠܣܢܐܝ ܀

ܒܣܝܡ ܩܠܗ ܕܒܥܘܬܟܝ .
ܡܠܠܝ ܒܗ ܕܒܪܝܬܐ ܢܫܡܥܢ .
ܘܬܗܘܐ ܠܒܬܘܠܘܬܟܝ . ܣܗܕܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ .
ܕܒܬܘܠܘܬܐ ܐܬܝܠܕ .
ܗܘ ܕܢܚܬ ܘܦܪܩܗ ܠܥܠܡܐ ܀

ܡܐ ܒܣܝܡ ܗܘܐ ܡܡܠܠܐ .
ܕܛܠܝܬܐ ܘܕܣܒܐ ܡܝܩܪܐ .
ܕܣܗܕܘ ܚܕܬܬܐ . ܒܡܠܐ ܕܟܣܝܢ ܗܘܘ .
ܕܝܕܥܝܢ ܡܢܘ ܘܒܪ ܡܢܘ .
ܘܬܢܐ ܡܡܠܠܝܢ ܫܪܒܗ ܒܪܚܡܬܐ ܀

ܚܩܠܐ ܒܪܝܟܬܐ ܝܗܒܬ ܗܘܬ .
ܗܝ ܟܦܐ ܕܚܕܘܬܐ ܟܠܗܝܢ .
ܘܕܠܐ ܐܟܪܐ ܥܠܠܐ ܘܥܠܠܬܐ .
ܘܫܩܠ ܫܡܥܘܢ ܒܕܪܥܘܗܝ .
ܒܘܪܟܬܐ ܘܐܘܫܛ ܠܥܠܡܐ ܀

ܬܪܘܝܗܘܢ ܫܒܚܘ ܚܕܝܢ ܒܗ .
ܒܗܘ ܦܐܪܐ ܕܝܠܕܬ ܒܬܘܠܬܐ .
ܛܠܝܬܐ ܕܝܠܕܬܗ . ܘܣܒܐ ܕܫܘܪ ܠܗ .
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܚܕܝܘ ܒܗ .
ܒܡܨܥܝܐ ܕܫܝܢ ܠܥܠܡܐ ܀

ܗܝܟܠܐ ܩܘܕܫܐ ܘܒܝܬ ܩܘܕܫܐ .
ܚܕܝ ܒܗ ܒܗܘ ܡܪܐ ܕܟܗܢܐ .
ܕܐܝܬܝ ܩܘܪܒܢܐ . ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܐ .
ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܕܒܚܐ ܥܡ ܝܘܣܦ .
ܘܡܕܟܐ ܒܙܘܦܗ ܠܥܠܡܐ ܀

ܣܓܘܠܐ ܕܚܝܐ ܛܥܢ ܫܡܥܘܢ .
ܟܕ ܐܬܩܛܦ ܡܢ ܓܦܬܐ ܒܬܘܠܬܐ .
ܘܥܠܗ ܠܚܘܣܝܐ . ܐܥܠܗ ܒܒܘܪܟܬܐ .
ܘܚܕܝ ܒܗ ܟܠܗ ܩܘܕܫܐ .
ܒܗܘ ܝܠܘܕܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܐܫܬܠܚ ܀

suavi consolare tristitiam meam, quia filii populi mei illudunt mihi, cantu tuo compesce osores meos.

34. « Jucunda est vox tuæ deprecationis, loquere ut creaturæ audiant et sis testis verax, natum esse, servata virginitate, illum qui e cœlo descendit ut salvaret mundum. »

35. Quam suave erat colloquium puellæ et senis venerabilis, verbis suis res novas testantium! Sciebant quis esset ille parvulus et cujus Filius, et narrabant misericordem ejus generationem.

36. Ager benedictus dedit manipulum omnium gaudiorum proventusque et fruges absque agricolis. Portat Simeon in ulnis suis benedictiones easque mundo porrigit.

37. Uterque gloriatur in illo fructu quem peperit virgo : puella quæ peperit eum et senex qui prosiliit in occursum ejus. Cœlum et terra lætati sunt in Mediatore qui pacificavit mundum.

38. Templum et sanctuarium, gaudete in hoc Domino sacerdotum qui obtulit oblationes et suscepit preces. Cum Josepho portabat victimas et cum hyssopo suo purificabat mundum.

39. Simeon botrum vitæ e vite virginali decerptum portavit in ulnis suis eumque attulit cum benedictionibus in domum propitiationis, totaque sancta domus gavisa est in illo parvulo qui a Patre missus est.

ܒܬܘܠܬܐ ܪܘܙܬ ܕܝܠܕܬܗ .
ܐܦ ܣܒܐ ܕܒܚܙܘܗ ܐܫܬܪܝ .
ܣܟܝ ܠܗ ܐܪܘܢܐ . ܕܣܥܪܗ ܒܩܘܪܒܢܐ .
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠ ܕܒܗܘܢ .
ܫܒܚܘ ܠܗ ܕܒܝܠܕܗ ܐܬܒܣܡܘ ✣

40. Virgo exultavit quod eum peperisset et senex quod ejus manifestatione e vita dimitteretur. Altare, quod parvulus cum oblatione visitavit, eum desideravit. Cœlum et terra et omnia quæ in eis sunt glorificant eum quia per ejus nativitatem lætitia perfusi sunt[1].

[1] E codice parisiensi 149, fol. 240 exscripsimus

ܐܒܐ ܟܬܒ ܗܘܐ ܐܓܪܬܐ .
ܒܝܕ ܓܒܪܐ ܘܫܕܪܗ ܠܢܨܪܬ :
ܠܗ̇ ܠܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ . ܕܓܒܝܗ̇ ܘܐܢܫ ܠܗ̇ .
ܕܬܗܘܐ ܐܡܐ ܠܝܚܝܕܗ .
ܟܕ ܢܕܢܚ ܕܢܦܪܘܩ ܠܥܠܡܐ ✣

stropham, Ephræmo adscriptam ad cujus normam hic hymnus compositus est :

Pater scripserat epistolam per angelum eamque ad virginem Mariam in Nazareth miserat; eam enim elegerat ut esset mater Unigeniti sui, quando oriretur ut salvaret mundum.

MONITUM

IN HYMNOS S. EPHRÆMI DE JEJUNIO QUADRAGESIMALI, ET DE CHRISTI MIRACULIS AC MYSTERIIS.

Hymnos 12 de magno jejunio subministrarunt sex Musæi Britannici codices. Nempe codex A = Add. man. 14,571, anno 519 exaratus. Iste codex, e quo jam edidimus hymnos de Azymis et Crucifixione, olim continebat decem Ephræmi hymnos de jejunio, sed quatuor priora exciderunt et nonnisi pars 5ⁱ servata est. Nostra hæc editio incipit ab hymno 6°.

Codex B = Add. man. 14,627, sæc. VI vel VII ; is, sicut præcedens, olim decem habuit Ephræmi hymnos de jejunio, sed duo dumtaxat ultimi integri servati sunt cum ultimis octavi hymni vocibus. Respondent hymnis 9-10 codicis præcedentis et hymnis 4-5 nostræ editionis. De isto codice diximus I, prol. XLVIII.

Codex C = Add. man. 14,512, sæc. X. Is codex continet hymnos hic editos sub numeris 1-6 et subministravit hymnos 7-11. Hymni autem in hoc codice, ut fit in codicibus liturgicis, decurtati sunt, et ita quidem ut ex hymnis 1-5 codex unum dumtaxat effecerit.

Codex D = Add. man. 14,506, unde hymnos de Epiphania, de Nativitate Domini et de beata Maria virgine aliosque desumpsimus ; subministravit hymnos 2 et 6 per duas vices.

Codex E = Add. man. 17,189, sæc. V-VI. Ex eo hausimus hymnum 12ᵐ, cujus textus syriacus jam ab Overbeek editus fuit sed absque translatione.

Codex F = Add. man. 14,438 sæc. VI. Is codex fol. 50-52 præbuit maximam partem hymni 7ⁱ, quem apud se etiam exstare mihi testatus est D. Rahmani.

Quum hymnus noster 6ᵘˢ in cod. D positus sit ante hymnum nostrum 1ᵐ putaverim hymnos 6-7 initium efformavisse collectionis quam continebant codd. AB.

Ante hymnos de jejunio et post hymnos de crucifixione in tomo I editos, codex A continet quinque hymnos, quorum tres priores generali modo agunt de miraculis Christi usque ad ejus resurrectionem. Videntur convenire cum hymnis quinque ab J. S. Assemano recensitis inter hymnos Ephræmi de Ecclesia, *Bibl. or.* I, 90, n. 38. Tres tantum quinque horum hymnorum codex A continet, est enim

initio mancus. Strophæ autem eodem modo compositæ sunt in codice vaticano et in nostro codice, sequuntur duo hymni de tabulis legis et de Christo, quos Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 91 recenset etiam inter hymnos Ephræmi de Ecclesia. Quinque isti hymni veniunt sub numm. XIII-XVII.

Codex B præbuit quatuor hymnos de mense Nisan ad triumphum Christi in resurrectione spectantes. Isti hymni veniunt sub numm. XVIII-XXI.

Codex 17,141, sæc. VIII aut IX, nobis servavit novem hymnos qui primum locum occupant inter hos 51 hymnos quos J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 92 « de Virginitate » inscribit. Codex D supra indicatus tres alios hymnos ejusdem collectionis præbuit. Tota quidem collectio habetur in cod. vat. Nitriensi VII, sed pauca legi possunt quia codex aquis Nili immersus fuit quum Romam adveheretur. Hi duodecim hymni veniunt sub numm. XXII-XXXIII.

ܬܘܒ[a] ܕܨܘܡܐ ܥܠ ܩܠܐ ܕܐܢܬ ܡܪܝ ܐܟܬܒܬܘܗܝ ܀

DE JEJUNIO[1] AD TONUM

TU DOMINE, SCRIPSISTI[2].

I.

ܐܬܟܢܫܘ ܘܗܘܘ .
ܬܓܪ̈ܐ ܛܒ̈ܐ ܒܨܘܡܐ .
ܟܬܒ̈ܐ ܓܝܪ ܟܠܗ ܓܙܐ ܐܝܬܝܗܘܢ .
ܕܐܠܗܘܬܐ . ܘܐܬܦܬܚ ܩܠܐ .
ܦܘܡ ܩܕܝܫܐ . ܗܐ ܡܬܦܬܚܝܢ .
ܡܘܕܥܬ ܡܫ̈ܡܥܐ . ܒܪܝܟ ܡܠܟܐ ܕܦܬܚ .
ܒܗ ܓܙ̈ܘܗܝ ܠܡܣܟ̈ܢܘܗܝ ܀
ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܢܚܬ̈ܐ .
ܠܡܙ̈ܡܢܐ ܕܡܫܬܘܬܐ .
ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܣܩܐ ܘܕܡܥܐ .
ܠܟܠ ܬܝ̈ܒܐ . ܐܝܬ ܗܘ ܒܗܘܢ .
ܬܘܒ ܙܝܢܐ . ܐܦ ܠܐܬܠܝ̈ܛܐ .
ܡܠܝܢ ܐܢܘܢ ܟܠ ܥܘܬܪ̈ܝܢ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܐܛܝܒ .
ܠܢ ܟܠ ܥܘܕܪ̈ܢܝܢ ܀
ܦܬܚܘ ܗܟܝܠ ܐܚ̈ܝ .
ܘܣܒܘ ܡܢܗ ܠܡܪܝܐ .
ܕܟܠܗ ܓܙܐ ܗܢܐ ܕܓܘܐ ܗܘ .
ܠܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ . ܗܐ ܐܝܟ ܟܠ ܐܢܫ .
ܐܦ ܡܫܟܚ . ܐܝܟ ܓܙܒܪܐ .
ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܥܬܪ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܫܪܐ ܐܢܝܢ .
ܠܥܠ̈ܠܬܗ ܕܡܣܟܢܘܬܢ ܀
ܪܒܐ ܗܝ ܡܘܗܒܬܐ .
ܕܫܕܝܐ ܩܕܡ ܣܡܝܘܬܢ .
ܟܕ ܬܪܬܝܢ ܬܪܬܝܢ ܥܝ̈ܢܝܢ .
ܐܝܬ ܠܟܠܢ . ܕܒܨܝܪ̈ܐ ܐܢܘܢ .
ܕܚܙܐܘܗ̇ ܗܘܘ . ܠܗ̇ ܠܡܘܗܒܬܐ .
ܕܡܢܐ ܗܝ ܘܐܝܟ ܗܝ . ܚܘܣ ܡܪܝ ܠܥܘ̈ܝܪܐ .
ܕܕܗܒܐ ܒܠܚܘܕ ܚܙܝܢ ܀

I.

1. Congregamini et estote boni in jejunio negotiatores. Scripturæ enim divinum continent thesaurum. Ecce nunc clavi sanctæ jejunii vocis aperiuntur coram auditoribus. Benedictus rex qui inopibus suis thesauros suos aperuit.

2. Scripturæ præstant vestimenta convivio invitatis, saccum et lacrymas omnibus pœnitentibus, arma athletis. Libri sacri referti sunt divitiis. Benedictus qui omnibus adjumenta omnis generis paravit.

3. Aperite igitur, fratres, et a Domino accipite thesaurum hunc omnibus hominibus communem. Unusquisque velut thesaurarius clavem ejus detinet. Dives quis non fiat? Benedictus qui dissolvit causas nostræ abjectionis.

4. Magnum est istud donum quod cæcitati nostræ objicitur. Quamvis autem unusquisque nostrum duobus sit oculis instructus, pauci tamen sunt qui hoc donum agnoverint quid et quale sit. Parce, Domine, cæcis qui aurum tantum vident.

[1] Scilicet de jejunio quadragesimali ut notatur infra ad finem hymni 5[i]. Quod etiam habent codd. BCD pro hymnis quos referunt.

[a] E cod. A, fol. 11.

[2] Hisce verbis incipit hymnus 10[us] *Adversus Scrutatores Opp. Syr.-lat.* III, 20. Stropha continet 10 versus inequales hoc ordine : 5674444556.

ܐܘ ܝܫܘܥ ܕܦܬܚ .
ܠܥܝܢܘܗܝ ܕܒܪ ܛܝܡܝ .
ܦܬܚ ܐܢܝܢ ܕܐܬܟܪܝܘ ܗܘܝ .
ܟܕ ܠܐ ܨܒܐ . ܦܬܚ ܡܪܝ ܥܝܢܐ .
ܕܟܪܝ ܐܢܝܢ . ܟܕ ܨܒܝܢ .
ܕܬܬܪܝܡ ܛܝܒܘܬܟ . ܛܝܢ ܡܪܝ ܐܠܦ .
ܕܐܢܬ ܐܢܬ ܒܪ ܝܨܘܪܢ ܀
ܡܢܘ ܐܟܘܬܟ .
ܐܘ ܡܝܩܪ ܦܪܨܘܦܢ .
ܒܐܪܥܐ ܗܘ ܪܩܬ ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܐܦܐ .
ܕܬܪܘܡ ܨܠܡܢ . ܠܟ ܕܝܢ ܡܪܝ .
ܪܘܩ ܠܟ ܒܐܦܝܢ . ܘܦܬܚ ܥܝܢܐ .
ܕܐܚܕ ܚܐܪܘܬܢ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܥܝܢܐ .
ܕܗܘܢܐ ܕܦܟ ܥܘܪܢܗ ܀
ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܬܡܗ .
ܒܐܪܡ ܘܒܐܘܠܨܢܗ .
ܠܐܕܡ ܣܓܝ ܐܣܩܝ ܐܣܩܦ .
ܦܬܚܐ ܕܥܝܢܘܗܝ . ܠܟ ܕܝܢ ܡܪܝ .
ܐܣܓܝ ܥܕܪ . ܦܬܚܐ ܕܥܝܢܐ .
ܕܛܡܫ ܐܢܝܢ ܪܘܚܐ . ܒܪܝܟ ܕܐܚܕ ܘܦܬܚ .
ܥܝܢܐ ܕܢܥܒܕ ܗܘܐ [ܚܠܝܡܐ] ܀
ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܠܘܛܝܘܗܝ .
ܠܡܦܟܐ ܕܡܫܠܡ ܠܢ .
ܒܢܟܠ ܦܬܚ ܥܝܢܘܗܝ ܕܐܕܡ .
ܕܢܚܙܐ ܨܥܪܗ . ܠܢ ܕܝܢ ܥܨܡ .
ܘܗܘܐ ܥܠ ܥܝܢܝܢ . ܕܡܟܝܟܘܬܢ ܠܐ ܢܚܙܝܗ .
ܠܝܛ ܢܗܘܐ . ܠܝܛ ܡܪܝ ܡܢ ܟܠ .
ܕܐܢܬ ܡܢ ܟܠ ܬܬܒܪܟ ܀

5. O Jesus qui aperuisti oculos Bartimæi[1], aperuisti eos quia, illo invito, excæcati fuerant, aperi, Domine, oculos cum assensu nostro obcæcatos ut exaltetur gratia tua. Lutum a te factum[1] nos docet te esse plasmatoris nostri filium.

6. Quis similis tibi, o personæ nostræ honorator; in terram expuisti non in faciem ut formam nostram extolleres. Expue autem, Domine, in faciem nostram et aperi oculos quos libera nostra voluntas clausit. Benedictus qui oculum dedit menti quam excæcaveramus.

7. Quis non obstupescat recogitans quomodo oculi Adamo aperti fuerint. Adamo plurimum nocuit oculorum apertio. Nos vero Salvator multum adjuvit aperiendo oculos quos spiritus nequam clauserat. Benedictus qui clausit et aperuit oculos ut nos efficeret sanos.

8. Quis non maledicat blanditori qui nos prodidit. Fraude aperuit oculos Adamo ut videret suum opprobrium. Suis autem blanditiis oculos nobis clausit ut maximam nostram abjectionem non videremus. Maledictus sit, Domine, præ omnibus ut tu præ omnibus sis benedictus.

[1] Cfr. *Marc.* X, 46.

[1] Alludit ad lutum quo Christus cæcum sanavit, *Joan.* IX, 6.

II.

ܬܘܒ ܕܝܠܗ ܨܘܡܐ ܥܠ ܩܠܐ ܕܐܠܗܐ
ܒܪܚܡܘܗܝ ܀

ܗܐ[a] ܨܘܡܐ[b] ܒܪܝܟܐ ܢܦܘܩ ܠܐܘܪܥܗ .
ܒܗ ܓܙܐ ܗܘ ܦܬܝܚܐ ܠܦܪ̈ܘܫܐ .
ܒܘܣܡܐ[c] ܕܠܒܐ ܠܝ̈ܕܘܥܐ .
ܬܘܪܣܝܐ ܗܘ ܕܗܘܢܐ . ܐܝܟ ܠܚܟ̈ܝܡܐ .
ܗܘ ܢܨܚܐ ܠܢܦܫ . ܦܪܘܫܬܐ ܢܗܝܪܐ .
ܘܣܘܟܠܐ ܪܥܝܢܐ . ܕܚܙܐ ܠܩܕ̈ܡܝܐ .
ܨܘܡܐ ܗܘ ܓܝܪ ܩܢܐ ܠܗ .
ܗܘ ܙܝܢܐ ܕܒܗ ܡܘܫܐ ܘܐܠܝܐ ܀

ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܨܝ̈ܡܐ ܕܐܬܝܪܘ ܨܘܡܝܗܘܢ ܀

ܢܚܙܘܢ ܠܒܣܪܐ ܕܦܪܚܬܐ .
ܕܐܢ ܐܣܓܝ ܬܐܟܘܠ ܠܒܣܪܐ[d] .
ܡܠܐܐ ܠܗ ܠܦܓܪܗ[e] ܘܡܝܩܪ ܠܗ .
ܘܠܐ ܡܨܝܐ ܠܡܦܪܚ . ܐܝܟ ܕܐܬܡܠܝ ܗܘܬ .
ܢܫܪܐ ܕܪܡ ܡܢ ܟܠ . ܐܢܘ ܕܐܬܥܣ .
ܠܐ ܬܘܒ ܡܨܐ ܕܢܩܠ . ܐܝܟ ܡܐ ܕܢܩܠ ܗܘܐ .
ܕܡܐܟܠܐ ܩܠܝܠ ܒܗ .
ܥܕܡܐ ܕܢܐܩܪ ܡܐܟܠܐ ܕܐܘܩܪ ܠܗ ܀

ܕܢܝܐܝܠ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ ܫܡܢܘ ܘܫܦܪܘ[f] .
ܕܙܪ̈ܥܘܢܐ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܒܒܒܠ .
ܘܚܒܪ̈ܝܗܘܢ ܛܠܝ̈ܐ ܐܬܡܠܝܘ ܗܘܘ .
ܒܦܬܓܡܘ[g] ܕܡܠܟܐ . ܗܘ[h] ܡܝܘܬܐ .
ܪܫܗ ܕܣܡܠܐ . ܒܚܡܪܗ ܨܒܐ ܕܢܝܩܪ[i] .
ܠܒܐ ܘܪܥܝܢܐ . ܕܚܢܢܝܐ ܘܚܟܝܡܐ .

II.

Rursus de jejunio ad tonum : Deus in misericordia sua[1].

1. Ecce jejunium benedictum, exsiliamus in occursum ejus. Thesaurus est apertus prudentibus, cordis oblectatio scientibus, mentis nutrimentum sapientibus, triumphus est animæ prudentis et intellectus sapientis, qui antiquos considerat. Jejunium enim possidet arma Moysi et Eliæ.

Responsorium : Beati quorum jejunia præclara facta sunt.

2. Considerate carnem in avi; hæc si copiose manducet exquisitum cibum, corpus fatigat illudque gravat, nec ut antea volare potest. Aquila, omnium sublimissima, si gulosa fuit, volatu in altum non amplius ascendere potest, ut faciebat quando levi cibo gravabatur, quousque scilicet ponderoso cibo gravatur.

3. In Babylone Daniel ejusque socii pingues formosique effecti sunt, quia olera manducabant[2]; pueri autem eorum æquales gulose usi sunt obsoniis regis mortalis. Dux eorum qui a sinistris erunt vino suo gravare volebat cor men-

[1] Exscriptus est hic hymnus e codice A, collatis codicibus CD. Stropha confecta est ad normam hymni 8i de Epiphania, supra t. I, 74. Constat stropha decem versibus inæqualibus hoc ordine : 8889555568, vel si quis versum 9 syllabarum in duos diviserit : 88845555568.

[2] *Dan.* I, 8-9. Exstat S. Ephræmi encomium in Danielem et tres pueros inter opera ejus græca t. II, 319.

[a] A ܗܘ — [b] CD ܨܘܡ — [c] C ܒܣܘܣܡܐ — [d] A ܠܒܣܪܐ — [e] D ܠܦܓܪܗ — [f] A ܘܫܦܪܘ — [g] A ܒܦܬܓܡܘ — [h] C om. — [i] CD ܢܝܩܪ

ܒܝܕ ܨܘܡܐ ܚܣܟܘ ܛܠܝܐ .
ܦܘܡܗܘܢ ܡܢ ܦܬܘܪ ܡܠܟܘܬܐ ✣

ܛܠܝܐ ܕܝܢ ܪܒܝܐ ܕܐܬܬܦܢܩܘ .
ܝܩܝܪ ܗܘܐ ܠܒܗܘܢ ܒܡܐܟܘܠܬܐ .
ܐܝܟ ܕܐܬܐܩ ܠܝܘܠܦܢܐ .
ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܣܩ[a] ܥܡ ܨܝܡܐ .
ܘܐܬܙܟܘ ܒܡܪܗܛܐ . ܣܒܥܘ ܗܘܘ ܒܐܓܘܢܐ[b] .
ܘܙܟܘ ܐܢܘܢ ܐܢܘܢ . ܛܠܝܐ ܨܝܡܐ .
ܐܢܘܢ ܨܘܡܐ ܘܙܪܥܘܢܐ .
ܠܦܛܓܡܐ[c] ܘܡܥܕܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ✣

ܕܢܝܐܝܠ ܘܚܒܪܘܗܝ ܣܢܘ ܚܡܪܐ .
ܗܘ ܕܡܚܐ[d] ܠܬܪܝܨܐ ܒܫܠܝܘܬܐ .
ܣܓܝ ܗܘܐ ܒܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܪܚܡܘܗܝ .
ܦܣܕ ܛܥܡܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܠܝܦܘ ܒܗ .
ܐܪܙܐ ܒܢܝ ܨܗܝܘܢ . ܡܝܐ ܐܫܬܝܘ ܘܣܓܘ .
ܒܛܠܠܗܘܢ ܫܪܐ . ܥܡܐ ܕܒܒܠ .
ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܒܣܘܟܝܗܘܢ .
ܐܬܬ ܘܫܪܬ ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܥܠ ܙܝܬܐ ✣

ܘܐܦ ܗܝ ܓܦܬܐ ܕܢܦܩܬ ܡܢ ܡܨܪܝܢ .
ܥܠ ܡܠܟܐ ܘܟܘܡܪܐ ܦܫܛܬ ܫܒܫܒܝܗ .
ܘܛܠܠ ܐܢܘܢ ܒܐܪܙܐ ܕܛܥܝܢܝܢ ܗܘܘ .
ܓܦܬܐ ܕܝܢ ܕܢܦܩܬ ܡܢ ܡܨܪܝܢ .
ܒܒܠ[e] ܚܢܩܬܗ ܗܘܬ . ܒܛܠܠ ܚܢܦܘܬܗ
ܚܒܪܘܗܝ ܕܕܢܝܐܝܠ . ܐܪܙܐ ܗܘܘ ܠܗ .
ܒܓܘ ܒܒܠ ܛܥܝܢܝܢ ܗܘܘ[f] .
ܐܝܟ ܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ ܕܒܡܨܪܝܢ ✣

ܚܣܡܬ ܕܝܢ ܒܒܠ ܒܗܘܢ ܒܐܪܙܐ .
ܕܓܦܬܐ ܕܢܦܠܬ ܛܥܝܢܝܢ ܗܘܘ .

temque filiorum dextræ. At pueri Israelitæ per jejunium continuerunt os suum a mensa regia.

4. Pueri autem illi qui enutriti fuerant mentem cibis gravatam et tardam ad doctrinam habuerunt. Quum igitur ad examen venissent non potuerunt ascendere cum jejunatoribus ; cibis gravati victi fuerunt in certamine, cursu vicerunt eos pueri jejunatores. Jejunia et olera vicerunt regia obsania atque delicias.

5. Daniel ejusque socii aversati sunt vinum rectos commovens et a sua tranquillitate disturbans. Crescit intellectus iis qui vinum non amant ; corrumpitur vero gustus eorum qui illi assuefacti sunt. Filii Sion, velut cedri, aquam biberunt et creverunt ; populus Babyloni degens in umbra eorum requievit, Spiritus sanctus advolans sedit in eorum ramis velut columba in olea.

6. Etiam illa vinea quæ egressa est de Ægypto[1], suos palmites super reges et sacerdotes extendit, eosque cedris quæ eam sustinebant obumbravit. At Babel vineam de Ægypto egressam umbra ethnicismi sui suffocavit. Daniel autem ejusque socii cedri fuerunt quæ eam fulcierunt in medio Babelis ut Moyses et Aaron in Ægypto.

7. Invidia exarsit Babel in cedros quod vineam collapsam sustinerent, misit eas in ignem ut com-

[1] Ita appellatur populus Israel in psal. 79, 9.

[a] B ܠܡܣܩܘ — [b] A ܒܐܓܘܢܐ — [c] Cod. A ubique scribit ܦܛܓܡܐ — [d] C ܕܕܡܚܐ — [e] C ܘܐܬܚܢܩܬ — [f] D ܒܒܠ ܚܢܩܬܗ — [g] D ܗܘܐ

ܣܓܝ ܐܝܟ ܒܢܘܪܐ ܒܟܘܪܐ .
ܫܡܢܘ ܘܦܫܛܘ ܒܓܘܗ ܕܫܠܗܒܝܬܐ .
ܕܡܪܘܝܐ ܣܢܘ ܬܡܢ . ܢܘܪܐ ܙܟܘ ܬܡܢ .
ܕܨܘܡܐ ܪܚܡܘ ܬܡܢ . ܚܝܠܐ ܢܣܒܘ ܬܡܢ .
ܪܣܣ ܛܠܐ ܒܐܬܘܢܐ .
ܠܨܝ̈ܡܐ ܕܡܢ ܚܡܪܐ ܚܣܝܢ ܗܘܘ ❖

ܩܪܒܬ ܕܝܢ ܢܘܪܐ ܘܢܫܒܬ[a] ܒܗ .
ܒܗܘ ܕܟܝܐ ܒܒܣܪܗܘܢ ܕܨ̈ܝܡܐ .
ܚܢܩܗ ܪܝܚܐ ܕܚܝܠܐ ܕܨܘܡܝܗܘܢ .
ܘܐܬܟܠܝ ܚܘܡܐ ܡܢ ܦܓܪܝܗܘܢ .
ܨܡܬ ܒܨ̈ܝܡܐ . ܒܣܡܬ ܒܐܟܘ̈ܠܐ .
ܠܐܟ̈ܠܝܢ ܐܟܠܬ . ܠܨ̈ܝܡܝܢ ܢܛܪܬ .
ܨܡ ܥܡܗ ܕܕܢܝܐܝܠ .
ܚܝܘܬܐ ܕܒܠܥܬ ܠܐܟܘ̈ܠܐ ❖

ܛܘܒܝܗܘܢ ܛܠܝ̈ܐ ܣܢܘ ܘܐܣܠܝܘ .
ܦܬܘܪܗ ܕܡܠܟܐ ܘܡܛܥܡܘܗܝ .
ܠܐ ܩܪܒܬ ܢܘܪܐ ܠܦܓܪܝܗܘܢ .
ܕܠܐ ܩܪܒܘ ܗܘܘ ܗܢܘܢ ܓܝܪ ܒܦܣܝܣܘܗܝ .
ܐܘܣܦܘ ܣܢܘ ܠܚܡܐ . ܘܐܟܠܘ ܠܙܪ̈ܥܘܢܐ .
ܘܫܚܠܦܘ ܟܝܢܝܗܘܢ . ܗܟܢ ܐܦ ܢܘܪܐ .
ܫܚܠܦܬ ܟܝܢܗ .
ܫܠܦ ܕܝܠܗ ܒܪ̈ܝܐ[b] ܐܟܠܬ ܗܘܬ ❖

ܬܠܬܐ ܕܝܢ ܢܦܠܘ ܗܘܘ ܒܓܘ ܢܘܪܐ .
ܫܟܚܘ ܘܗܘܘ ܐܪ̈ܒܥܐ ܒܓܘ ܠܡܨܥܬܗ .
ܘܒܪ ܢܘܪܐ ܐܟܠܬ[c] ܠܣܓܝ̈ܐܐ .
ܫܟܚܘ ܠܗܘܢ ܠܙܥܘܪ̈ܐ[d] ܒܓܘ ܡܨܥܬܗ .
ܛܠܘܡܬܐ ܢܘܪܐ ܒܠܘܥܬܐ ܕܥܡ[e] ܡܫܠܡܘܢ .
ܠܐ ܦܢܝܬ ܠܥܠܡ . ܡܙܦܐ ܘܓܘܒܠܐ .
ܒܠܘܥܬܗ ܐܬܕܒܪܬ .
ܕܐܦ ܡܙܦܐ ܘܪܒܝܬܐ ܦܪܥܬ ܗܘܬ[f] ❖
ܓܘܠܒܬܐ ܗܘܬ ܠܗ ܒܐܪܥܐ ܐܟܪܐ .

burerentur ; illæ autem creverunt et se dilataverunt mediis in flammis. Qui potum inebriantem aversati sunt ibi, ignem vicerunt ibi; qui jejunium amaverunt ibi, robur acceperunt ibi ; ros recreavit in fornace jejunatores qui a vino abstinuerant.

8. Accessit ignis ut spiraret in purissimam jejunantium carnem, exstinxit eum asper jejuniorum odor. Cohibitus est ardor ignis ab eorum corporibus ; abstinuit a jejunis, sibi complacuit in gulosis; comedentes voravit[1], jejunantes servavit. Cum Daniele jejunarunt feræ quæ gulosos devorarunt[2].

9. Beati pueri cum fastidio recusarunt mensam regis ejusque delicatos cibos ; ignis non attigit corpora eorum, quia illi regis obsonia non attigerant. Panem etiam aversati et olera manducantes corporis dispositiones mutaverunt, sic et ignis suas proprietates mutavit ; combussit quippe non qui intus fornacis, sed qui foris erant.

10. Tres in fornacem conjecti sunt, sed, adaucto numero, quatuor in medio ejus inventi sunt[3]. Foris multos ignis voravit, pauci autem illi qui in medio flammæ voracis erant adaucti sunt. Ignis vorax diripuit et vorat, nunquam vero creditum aut depositum restituit. Voracitas ejus ita devicta fuit ut creditum et fenus restitueret.

11. Sicut cultura terram aptam

1 *Dan*. III, 22.
2 *Dan*. XIV, 31, 41.
3 *Dan*. III, 92.

a D ܐܬܢܫܒܬ — b C ܠܒܪ̈ܝܐ — c C ܕܐܟܠܬ — d C ܙܥܘܪ̈ܐ — e CD ܕܡܫܠܡܘܢ — f D hic terminat.

ܕܩܒܠܬ ܘܣܓܝܬ ܠܒܪ ܙܪܥܐ .
ܐܬܘܢܐ ܫܒܥ ܫܓܝܪܝܢ ܫܓܝܪܐ ܗܘܬ .
ܒܢܘܪܐ ܗܘܬ ܘܬܩܢܐ ܐܝܟ ܕܠܙܪ̈ܥܐ .
ܒܥܘܒܗ ܩܒܠ ܐܢܘܢ . ܠܛܠܝ̈ܐ ܕܙܪ̈ܥܘܢܐ .
ܐܟܠܘ ܗܘܘ ܒܨܘܡܝܗܘܢ . ܘܨܡܘ ܒܙܪ̈ܥܘܢܐ .
ܣܓܝܘ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܙܪ̈ܥܐ .
ܒܓܘ ܢܘܪܐ ܕܣܓܝ̈ܐ ܙܥܪܘ ܒܗ ܀
ܗܘ ܢܘܪܐ ܕܐܚܬ ܐܦ ܐܠܝܐ[1] .
ܠܣܓܝ̈ܐ ܐܘܟܠܬ ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ .
ܨܝܡܐ ܗܘ ܐܚܬܗ[a] ܒܡܦܩܕܢܘܬܐ .
ܠܐܟܘ̈ܠܐ ܗܘ[b] ܐܟܠܬ ܘܠܐܣ̈ܟܬܐ .
ܢܘܪܐ ܬܒܥܬܗ ܗܘܬ . ܠܨܥܪܗ ܕܨܝܡܐ .
ܕܒܫܠܚܗ ܩܛܠܬ . ܢܒܝ̈ܐ ܕܟܪܣܐ .
ܕܒܟܪܣܐ ܡܬܛܥܝܢ .
ܠܡܛܥܝܘ ܠܦܫܝ̈ܛܐ ܡܢ ܩܘܫܬܐ ܀
ܢܒܝ̈ܐ ܗܘܘ ܕܓܠܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ .
ܩܒ̈ܠܐ ܥܛܝ̈ܦܝ ܒܕܫܢܐ .
ܐܬܥܛܦܘ ܐܣܟܡܐ ܕܩܘܫܬܐ .
ܘܙܒܢܘܗ̇ ܠܩܘܫܬܐ ܒܠܚܡܐ ܝܘܡܐ .
ܛܘܒܘܗܝ ܠܨܝܡܐ . ܕܠܐ ܐܬܨܝܕ ܒܫܘܚܕܐ .
ܘܠܐ ܡܠܐ ܦܘܡܗ . ܘܐܟܪܙ ܡܠܐ ܦܘܡܗ .
ܕܚܠܘ ܐܚ̈ܝ ܡܢ ܟܪܣܐ .
ܕܒܫܘܠܛܢܗ ܠܐ ܢܫܥܒܕܟܘܢ ܀
ܠܗܿ ܛܥܝܘܬܐ ܕܐܬܟܬܫܬ ܒܚܕ ܓܒܐ .
ܠܐ ܫܒܩܬܗ ܩܘܫܬܐ ܕܬܙܟܐ ܒܗ .
ܐܠܘ ܓܝܪ ܐܬܚܫܒܬ ܕܗܝ ܙܟܬ .
ܕܒܫܘܒܚܐ ܗܘ ܕܨܠܡܐ ܒܚܝܒܘܬܗ ܕܕܢܝܐܝܠ .
ܛܥܝܘܬܐ ܕܢܙܟܐ ܗܘܬ . ܡܨܝܐ ܕܬܙܟܐ ܗܘܬ .
ܕܒܗܬܬܐ ܒܗ ܒܨܠܡܐ . ܘܟܣܝܬ ܒܐܬܘܢܐ .
ܫܪܪܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܒܗ .

[1] *III Reg.* XVIII, 38.

[a] C ܐܚܬܗ ܗܘܐ — [b] C om.

reddit seminti recipiendo, sic fornax septuplum accensa, quodammodo flammis arata et disposita ad suscipienda in sinu suo semina, projectos suscepit pueros, qui in jejuniis suis olera manducaverant. Qui cum oleribus jejunaverunt velut semina multiplicati sunt in medio ignis, quo multi pauci facti sunt.

12. Ille ignis, quem Elias[1] e cœlo descendere fecit, multos consumpsit in vertice montis. Jejunatoris[2] jussu ignis e cœlo dilapsus voravit comestores et gulosos atque vindicavit contumeliam jejunatori illatam ; is porro, immisso igne, interfecit prophetas gulosos, qui ventre conducti simplices a veritate abducebant.

13. Prophetæ mendaces, cibis conducti, gulositatis donis exornati, veritatis specie induti, veritatem pro pane quotidiano vendiderunt. Beatus ille jejunator nec muneribus seductus fuit nec os pane implevit, sed veritatem pleno ore prædicavit. Timete, fratres mei, ventrem, ne suo imperio vos subjiciat.

14. Errori in una parte devicto Veritas non permisit ut in altera triumpharet. Si enim reputatum fuisset splendore idoli per damnationem Danielis liberatum fuisse errorem devictum, error vincere potuisset. Reputatum fuisset errorem in re simulacri confusione opertum vicisse in fornace. Veritas

[2] Elias quadraginta diebus jejunavit. *III Reg.* XIX, 8.

ܕܡܢ ܟܠ ܕܘܪ ܒܠܒܘܬܗ ܦܣܩܗ ܗܘܐ ܀

autem errorem sprevit, quia undique ejus successus abscidit.

III.

ܒܪ ܩܠܗ ܀

ܐܘ ܚܛܝܬܐ ܕܫܓܪܬ ܠܐܬܘܢܐ .
ܕܠܩܘܫܬܐ ܒܓܘܗ ܬܛܠܘܡ ܗܘܬ .
ܠܐ ܝܕܥܬ ܕܥܒܕܬ ܠܟܘܪܐ ܗܘܬ .
ܕܬܕܢܚ ܒܓܘܗ ܫܘܦܪܗ ܕܩܘܫܬܐ .
ܢܘܪܐ ܡܟܪܙܢܝܗ̇ ܀ ܐܘܩܕܬ ܘܐܬܦܪܣܝܘ .
ܠܒܪ ܡܢ ܗܘܘ ܕܝܠܗ . ܝܩܕܐ ܘܩܡܝܐ .
ܩܘܫܬܐ ܕܝܢ ܒܛܠܝܐ .
ܐܬܢܨܚܬ ܘܐܝܟ ܕܗܒܐ ܫܦܝܪ ܢܦܩܬ ܀

ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܕܢܨܚ ܒܛܠܝܐ ܒܓܘ ܒܒܠ

ܒܛܠܬ ܗܟܝܠ ܟܦܘܪܘܬܗ̇ .
ܘܡܠܟܘܬܗ̇ ܕܡܠܟܐ ܕܐܬܥܫܢ .
ܙܟܬ ܓܝܪ ܐܡܐ ܕܒܪܒܪܝܐ .
ܙܟܬܗ ܗܘܬ ܠܒܒܠ ܒܪܬ ܟܠܕܝܐ .
ܙܟܘ ܕܝܢ ܡܕܝܐ . ܦܫܝܛܐ ܘܬܡܝܡܐ .
ܠܚܪܫܐ ܘܠܢܚܫܐ . ܘܩܨܡܐ ܕܟܠܕܝܐ .
ܒܢܝ ܒܒܠ ܐܬܟܦܝܘ .
ܘܠܟܠܗܘܢ ܚܕ ܡܘܬܐ ܕܒܪ ܗܘܐ ܀
ܒܗܬܬܐ ܗܘܬ ܠܒܫܬ ܟܠܕܝܘܬܐ .
ܕܠܐ ܪܓܫܬ ܒܩܛܠܐ ܕܚܒܝܒܝܗ̇ .
ܐܬܟܒܫܬ ܘܒܗܬܬܐ ܒܓܘ ܪܘܓܙܐ .
ܘܠܐ ܡܨܬ ܠܡܩܡܗ̇ ܚܪܫܘܬܐ .
ܗܝ ܐܡܨܬ ܟܣܐ . ܕܪܘܓܙܐ ܠܟܠ ܡܠܟܝܢ .
ܬܠܡܐ ܕܗܘ ܟܣܐ . ܝܗܒ ܠܗ ܠܡܫܬܝܐ .
ܕܡܫܬܐ ܓܝܪ ܩܕܡܝܐ .
ܠܗ ܡܛܐ ܗܘ ܬܠܡܐ ܕܐܚܪܝܐ ܀

[1] Astrologia.

III.

Ejusdem toni.

1. O peccatum, quod fornacem accendit ut veritatem in medio ejus opprimeret ! Nesciebat se fornacem fecisse ut fulgeret in medio ejus pulchritudo veritatis. Ignis prædicatores peccati incendit publicaque ignominia affecit. Hi quippe fuerunt extra fornacem, et incensi sunt ac in cinerem redacti. Veritas autem in tribus pueris resplenduit et sicut aurum refulgens exivit.

Responsorium : Benedictus qui Babyloni inclaruit in pueris.

2. Abolitæ igitur fuerunt infidelitas regiaque dignitas regis superbi. Media quippe, mater barbarorum, vicit Babylonem, Chaldæorum filiam ; Medi simplices et integri vicerunt incantationes, auguria et divinationes Chaldæorum. Filii Babylonis prostrati sunt, omnes una mors abstulit.

3. Magna confusione opertus fuit error Chaldæorum[1], quia non advertit necem suorum dilectorum ; medio in furore repressa et pudore suffusa divinatio consistere non potuit ; ipsa calicem furoris porrexit cunctis regibus. Fæx hujus calicis bibenda data est ; quæ enim primis potum dederat fæcem obtinuit ultimis reservatam.

ܨܝܡܐ ܩܪܐ ܠܗ ܘܦܫܩ ܠܗ .
ܠܓܙܪܬܐ ܕܐܬܦܣܩܬ ܠܟܠܕܝܐ .
ܥܠ ܫܘܪܐ ܟܬܒܗ ܨܒܥܐ ܕܪܡܐ .
ܒܦܠܐܬܐ ܢܩܫܗ ܕܢܬܬܪܓܡ .
ܣܡܝܟܐ ܚܙܘ ܡܢ ܩܠܐ . ܕܟܬܝܒ ܒܟܬܝܒܬܐ .
ܘܬܗܘ ܒܗܪܝܐ . ܕܩܪܐ ܘܠܐ ܐܕܪܟܘ .
ܒܗܬܘ ܪܥܒܐ ܘܚܟܝܡܐ .
ܕܨܝܡܐ ܥܠ ܘܩܪܐ ܘܐܦ ܬܪܓܡ ❖

ܡܫܬܝܐ ܗܘܐ ܕܠܓܝܘܢ ܫܪܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܒܢܘܣܟܐ ܒܣܣܡܘܗܝ ܠܣܛܢܐ .
ܪܗܛ ܗܘܐ ܘܣܡܟ ܥܠ ܟܣܝܗܘܢ .
ܓܘܕܦܐ ܗܘ ܡܡܠܠ ܥܠ ܟܣܝܗܘܢ .
ܗܐ ܦܣܬܐ ܕܐܝܕܐ . ܫܓܫܬ ܡܫܬܝܗܘܢ .
ܘܒܠܒܠܬ ܡܣܟܝܗܘܢ . ܩܪܝܐ ܕܨܝܡܐ .
ܘܠܐ ܣܡܟ ܒܝܢܝܗܘܢ .
ܥܠ ܘܫܪܐ ܒܩܪܝܢܗ ܟܠܝܠܝܗܘܢ ❖

ܨܝܡܐ ܓܒܪ ܪܓܬܐ ܕܠܐ ܢܦܠ ܗܘܐ .
ܒܐܬܘܢܐ ܢܦܠ ܠܗ ܒܓܘ ܓܘܒܐ .
ܕܢܙܟܐ ܫܪܪܐ ܒܟܠ ܓܒܝܢ .
ܘܢܬܚܙܐ ܕܗܘܝܐ ܥܠ ܟܠ ܘܒܟܠ .
ܒܓܢܙ ܕܨܠܡܐ ܗܘܐ ܠܗ . ܒܫܡܗ ܘܒܫܘܡܗ .
ܪܥܒܐ ܠܨܝܡܐ . ܫܕܐܘܗܝ ܠܚܝܘܬܐ .
ܕܒܓܘܒܐ ܐܝܟ ܒܐܬܘܢܐ .
ܢܫܬܒܚ ܦܪܘܩܐ ܕܛܠܝܐ ❖

ܨܝܡܐ ܢܦܠ ܗܘܐ ܠܚܝܘܬܐ .
ܘܦܚ ܪܝܚܐ ܕܨܘܡܗ ܒܓܘ ܓܘܒܐ .
ܙܟܐ ܫܠܝܐ ܕܒܥܘܬܐ .
ܠܢܗܡܐ ܕܚܝܠܐ ܕܐܪܝܘܬܐ .

4. Jejunator[1] legit et interpretatus est sententiam in Chaldæos latam ; super murum scripsit eam digittus Altissimi ; figuris eam expressit ut interpretanda foret. Recumbentes, statim ac conspexerunt voces scriptas, obstupuerunt et hæsitaverunt dubii de lectione quam non sunt assecuti ; Pudefacti sunt gulosi et sapientes Chaldæorum quando ingressus jejunator scripturam legit atque interpretatus est[2].

5. Convivio aderat Legio[3] ; convivæ libationibus Satanam oblectabant ; is enim accurrerat et recumbebat in calicibus eorum ; dum autem blasphemias loquebantur super calices suos, ecce vola manus turbavit convivium et exagitavit compotatores. Jejunator, qui inter eos non recubuerat, ingressus est et sua lectione solvit convivarum coronas[4].

6. Jejunator, vir desiderii[5], qui non projectus fuerat in fornacem, projectus fuit in lacum, ut undique veritas triumpharet et significaretur eam omnibus præstare et ubique adesse. Abolito quippe simulacro[6] ejusque nomine, gulosi jejunatorem projecerunt ad feras, ut in lacu, sicut in fornace, laudaretur Salvator illustrium puerorum.

7. Prolapso autem jejunatore inter feras, exhalavit se odor jejunii ejus in lacu. Quietum precum suspirium vicit formidandum leonum rugitum ; gemitus orationis rugitum

[1] Daniel.
[2] Cfr. *Dan.* V.
[3] Ita appellatur Satanas, *Luc.* VII, 30.
[4] *Dan.* V. 13, sqq.
[5] *Dan.* IX, 23.
[6] *Dan.* XIV, 21.

ferarum exstinxit; voces humiles voces feroces ad silentium redegerunt; cohibitæ sunt feræ jejunio et humilitate Danielis.

IV.

IV.

Ejusdem toni.

1. Jejunium duas pulchritudinis species consecravit, corpus quippe et animam exornavit; animæ gloriam tribuit coram angelis, corpori nitorem contulit coram hominibus; fames per illud emarcuit; pulchri juvenes jejunando pinguiores effecti majorem nacti sunt pulchritudinem; intuemini Moysen jejunum e monte descendentem, quomodo splendor ejus super gulosos irradiabat.

Responsorium: Gloria tibi qui tuo jejunio eos decoros reddidisti.

2. Quidquid fit e lætitia cordis, etsi ferendo sit onerosum, jucundum est, et quidquid cum tristitia peragitur, etsi esui sit mel, amarum est; jejunium cum gaudio peractum cordi victoriam præbet; mens enim hilaris faciei nitorem confert. Tres pueri sua jejunia observarunt et nitidi facti sunt eorum vultus.

3. Daniel magnopere jejunium gustavit, ut gulosus qui paratos cibos gustavit, statim ac eos sumpsit cogitur continuare; quia consuetudo a consuetis abstinere ne-

[a] Cod. B ab hac stropha incipit et habet in ultimo versu : — [b] C — [c] B — [d] A om.

ܡܒܪܐ ܚܕܐ ܙܒܢܐ . ܛܥܐ ܒܡܣܬܠܡܘܬܗ .
ܚܠܒܐ ܕܡܪܒܝܢܝܬܗ . ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܘ ܕܠܐ ܐܫܟܚ .
ܕܢܝܐܝܠ ܕܢܫܒܘܩ ܗܘܐ .
ܨܘܡܗ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܛܠܝܘܬܗ ✣

ܪܓܝܓ ܗܘܐ ܗܢܐ ܨܘܡܗ ܕܕܢܝܐܝܠ .
ܐܝܟ ܕܥܗܕܐ ܕܐܬܡܛܝ ܒܣܝܒܘܬܐ .
ܐܬܪܒܝܘ ܠܨܘܡܐ ܘܐܬܒܣܡ .
ܘܫܒܘܥܐ ܬܠܬܐ ܨܡ ܚܕ ܒܬܪ ܚܕ .
ܫܘܦܪܐ ܕܝܠܗ ܟܡܫ . ܘܪܓܝܓ ܗܘܐ ܒܨܘܡܗ .
ܩܪܝܗ ܓܝܪ ܓܒܪܐܝܠ . ܪܓܝܓܐ ܕܢܚܘܐ ܗܘܐ .
ܕܪܓܝܓܐ[a] ܣܝܒܘܬܗ .
ܒܝܕ[b] ܨܘܡܐ . ܘܛܠܝܘܬܗ ܒܙܪܥܘܢܐ ✣

ܫܒܘܥܐ ܕܨܘܡܐ ܛܒ ܩܫܐ .
ܕܚܕ ܝܘܡܐ ܥܣܩ ܗܘܐ[c] ܠܥܠܝܡܐ .
ܣܒܐ ܘܛܥܢ ܡܘܒܠܐ ܠܬܓܪܐ .
ܠܥܘܬܪܐ ܕܥܠ ܟܬܦܬܗ .
ܥܛܦܗ ܦܓܪܗ . ܕܠܚܡܐ ܪܓܝܓ ܡܢ ܟܠ .
ܒܣܝܡ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ . ܪܓܝܓܐ ܠܠܚܡܐ .
ܫܡܝܢܐ ܪܓܝܓܘܗܝ ܗܘܘ ..
ܕܫܒܩ ܗܘ ܪܓܝܓܬܐ ܕܐܪܥܢܝܐ ✣

ܫܡܗܝܗܘܢ ܕܛܠܝܐ ܗܘܘ ܘܦܓܪܝܗܘܢ .
ܕܟܢܘܝܐ ܕܐܬܝܗܒܘ ܒܒܒܠ .
ܐܬܚܠܛܘ ܗܘܘ ܫܡܗܐ ܕܥܡܡܐ .
ܠܫܡܗܐ ܣܓܝܕܐ ܘܩܕܝܫܐ .
ܫܡܗ ܓܝܪ ܕܕܢܝܐܝܠ . ܕܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܡܟܪܙ .
ܡܢ ܗܘ ܫܡܐ ܕܝܢܐ . ܒܒܠ ܕܠܐ ܬܬܕܝܢ .
ܕܢܗ ܐܠܗܐ ܘܝܗܒܗ .
ܡܠܟܘܬܗ ܠܡܕܝ ܘܠܦܪܣ ✣

quit. Puer in ablactatione una vice obliviscitur lac nutricis suæ ; mira res est quod Daniel in senectute non potuerit desinere a jejunio suæ adolescentiæ.

4. Ut sitis vina expetit, ita Daniel jejunium exoptabat; sic jejunii memor ad ætatem maturam pervenit. Tribus hebdomadibus continuis jejunavit; senis pulchritudo marcuit, attamen propter jejunium suum desideratus erat; Gabriel enim eum appellavit « desideratum[1] » ut indicaret senectutem ejus desideratam esse propter jejunium et adolescentiam propter olera.

5. Unus jejunii dies difficile est juvenibus, senex autem hebdomadas jejunii sustinuit. Sicut mercator suas divitias super humeros portat, Daniel incurvatus sustinuit onus trium hebdomadum; posthabuit desiderium panis qui præ ceteris cibis exquiritur. Quapropter charissimus factus est supernis spiritibus; cœlestes desiderarunt eum quia posthabuit desideria terrenorum.

6. Pura erant nomina et corpora puerorum quibus cognomina (a Babyloniis) imposita fuerunt; unita fuerunt nomina ethnica nominibus adorandis et sanctis. Nomen enim Danielis[2] « judicium Dei » proclamat. Ab hoc nomine judicari reformidabat Babylon. Judicavit enim eam Deus et dedit ejus regnum Medis et Persis.

[1] *Dan.* X, 11.

[2] Daniel hebraice et syriace « judicium Dei » vel « judicavit me Deus » significat.

[a] A ܪܓܝܓܐ — [b] A om. ܒܝܕ ܨܘܡܐ . ܘܛܠܝܘܬܗ — [c] B ܗܘ

ܐܬܢܟܠܬ ܚܛܝܬܐ ܘܟܠܝܬܗ ܗܘܬ .
ܠܗܘ ܫܘܒܚܐ ܕܟܠܗ ܕܕܢܝܐܝܠ .
ܠܫܡܗ ܫܡܐ ܫܢܝܐ ܕܦܬܟܪܢܘܬܐ .
ܕܦܬܟܪܐ ܢܣܓܘܕܝܘܗܝ ܠܐܠܗܐ ܙܟܝܐ .
ܗܘ ܕܝܢ ܫܡܐ ܪܒܐ . ܐܦ ܟܕ ܒܟܣܐ ܗܘ ܚܝܠܗ
ܚܘܝ ܚܝܠܗ ܗܘܐ . ܕܐܠܨܗ ܠܫܒܝܐ .
ܕܢܣܓܘܕ ܗܘܐ ܠܒܪ ܫܒܝܐ .
ܘܐܝܟ ܟܘܡܪܐ ܐܦ ܫ̈ܒܘܝܐ ܐܩܪܒ ܠܗ ✧
ܕܫܡܐ ܗܘܐ ܣܓܝܕܐ ܗܘ ܗܘ ܫܡܐ .
ܕܐܠܗܐ ܣܡܗ ܒܐܪܙܐ ܠܕܢܝܐܝܠ .
ܘܒܥܐ ܐܠܗܐ ܣܓܕܬܗ ܒܗ ܒܒܒܠ .
ܕܢܚܙܘܢ ܢܨܚܗ ܠܪ̈ܕܘܦܘܗܝ .
ܕܡܟܪܙ ܡܠܟ ܒܒܠ . ܕܒܥܠ ܣܓܝܕܐ ܐܘܩܕ .
ܘܟܗ̈ܢܘܗܝ ܠܣܓܘܕ̈ܘܗܝ . ܘܒܥܐ ܠܗ ܒܗ ܐܬܪܗ .
ܕܢܣܓܘܕ ܗܘܐ ܠܒܪ ܫܒܝܐ .
ܕܟܘܢܝܗ ܕܣܓܝܕܐ ܫܡܐ ܣܡ ܠܗܘܢ ✧

ܐܦ ܫܡܐ ܐܚܪܢܐ ܡܣܓܕܢܐ .
ܐܠܗܐ ܣܡܗ ܒܐܪܙܐ ܠܡܝܫܐܝܠ .
ܐܬܢܟܠܬ ܚܛܝܬܐ ܠܫܡܐ ܣܓܝܕܐ .
ܕܗܘ ܢܦܠ ܘܢܣܓܘܕ ܡܝܫܐܝܠ ܠܨܠܡܐ[a] .
ܚܪ ܕܝܢ ܡܝܫܐܝܠ[b] . ܒܫܡܐ ܕܣܝܡ ܠܗܘܢ .
ܕܐܝܟ ܫܡܐ ܣܓܝܕܐ . ܢܣܓܘܕ ܩܕܡ ܨܠܡܐ .
ܕܠܐ ܣܓܕܘ ܗܘܘ ܩܕܡ ܛܥܝܐ .
ܛܥ̈ܝܐ ܣܓܕܘ ܥܡܗ ܠܫܪܪܐ ✧

ܫܡܐ ܠܢ ܗܫܐ . ܡܢ ܨ̈ܘܡܐ .
ܕܒܐܪܙܐ ܐܬܬܣܝܡܘ ܠܨ̈ܝܡܐ .
ܠܐ ܙܒܢܐ ܗܘ ܕܢܬܐ ܫܡܗܝܗܘܢ .
ܙܒܢܐ ܗܘ ܕܝܢ ܕܢܬܐ ܙܗܝܪܘܬܗܘܢ .
ܚܙܝ ܒܨܘ̈ܡܝܗܘܢ . ܕܗܢܘܢ ܐܠܝ̈ܨܝܗܘܢ .

7. Sua fraude peccatum conclusit gloriosum Danielis nomen sub insano ethnicismi nomine[1], ut idolis subjiceretur Deus victor; at magnum istud nomen etiam sub altero conclusum ostendit virtutem suam; coegit quippe captivantem ad adorandum filium captivitatis; imo captivans velut sacerdos aromata ipsi obtulit.

8. Quia nomen est adorandum istud nomen quod Deus secreto consilio imposuit Danieli, Deus ejus adorationem in Babylone requisivit ut suus triumphus persecutoribus Danielis ostenderetur. Rex Babylonis proclamavit Danielem templum incendisse Belique adoratores delevisse[2], et restituit eum in locum suum adorans filium captivitatis, cui nomen adorandum impositum erat.

9. Aliud etiam nomen adorandum Deus arcano consilio imposuit Misaeli. Peccatum dolos struxit nomini adorando, ut scilicet Misael prostratus adoraret idolum. Respexit Misael ad nomen ipsi impositum: Quomodo nomen ferens adorandum ipse idolum adoraret? Quia autem (tres pueri) non se prostraverunt coram errore, errantes cum Misaele adorarunt veritatem.

10. Nunc abstrahamus nos a nominibus quæ arcano consilio jejunatoribus imposita fuere. Tempus non est eorum nomina recitandi sed narrandi eorum abstinentiam. Inspiciamus eorum jejunia. Hæc

[1] Sub nomine Baltassar (Dan. I, 7). ܒܠܛܫܨܪ juxta Bar-Ali nomen est idoli Bel.

[a] A ܨܠܡ̈ܐ — [b] B ܡܝܫܐܝܠ

[2] Cfr. *Dan*. XIV, 21.

ܘܩܠܝܕܘܗܝ ܠܟܢܫܐ ܓܠܐ . ܦܬܚ ܓܙܗ ܩܘܕܫܐ.
ܦܬܚܘ[a] ܘܢܣܒܘ ܓܠܝܢܐ .
ܕܥܠ ܠܚܡܐ ܘܦܘܫܩܗ ܐܠܦܢ ܗܘܐ ܀

ܣܛܢܐ ܦܠܓܝ ܗܘ ܥܠ ܡܠܟܘܬܗ .
ܘܢܟܐ ܡܣܛܢܝܢ ܠܒܢܝ[b] ܓܒܗ .
ܘܗܦܟ ܢܟܠܐ ܡܚܝܒ ܠܡܚܝܒܘܗܝ[c] .
ܦܠܓܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܚܛܝܬܐ ܥܠ ܡܫܡܫܢܘܗܝ .
ܛܘܥܝܐ ܘܝܕܥܬܐ ܢܚܬܘ ܗܘܘ ܠܐܓܘܢܐ .
ܛܘܥܝܐ ܒܣܒܐ ܒܗܬܬܐ ܢܦܠ .
ܘܩܘܫܬܐ ܕܝܢ ܒܛܠܝܐ .
ܐܬܟܠܠ ܐܦ ܠܗܘܢ ܟܠܠ ܗܘܐ ܀

ܗܘ ܐܒܝܠܐ ܕܨܗܝܘܢ ܒܝܪ̈ܩܘܢܐ .
ܠܐܟܘܠܬܢܘܗ ܕܒܒܠ ܦܪܩܘ ܘܐܚܝܘ .
ܢܦܩ ܣܝܦܐ ܕܢܘܒܕ ܠܚܟܝܡܐ .
ܘܩܗܝ ܠܗ ܒܨܘܡܐ ܕܒܝܬ ܚܢܢܝܐ .
ܚܙܘ ܓܝܪ ܨ̈ܝܡܐ . ܠܡܫܡܫܝ ܟܪܣܐ .
ܚܙܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܛܥܝܐ . ܕܡܫܚܠܦ ܒܟܪ̈ܘܙܘܗܝ
ܛܥܐ ܠܗ ܓܝܪ ܗܘ ܛܥܝܐ .
ܕܢܩܪܘܒ ܠܗ ܕܐܬܚܒܫ ܥܡ ܕܝܠܗ ܀

ܐܪܝܘܟ ܒܪܘܓܙܐ ܢܦܩ ܘܢܗܡ .
ܘܐܬܒܕܪܘ[d] ܓܕ̈ܝܐ ܘܐܘ̈ܟܡܐ .
ܘܐܬܬܒܗܠܘ ܓܙܪ̈ܘ ܕܣܡܠܐ .
ܐܡܐ ܗܝ ܓܝܪ ܕܚܘܒܗ ܠܐ ܡܩܘܝܡ .
ܐܡܪ̈ܘܗ ܕܝܡܝܢܐ . ܪܗܛܘ ܗܘܘ ܒܗ ܪܘܓܙܐ .
ܕܡܙܪܙܝܢ ܒܨܘܡܐ . ܙܝܢܐ ܕܢ̈ܨܝܚܐ .
ܕܬܠܡ̈ܝܕܝ ܡܘܫܐ ܘܐܠܝܐ .
ܕܒܨܠܘܬܐ ܠܫܡܝܐ ܐܚܕܘ ܘܦܬܚܘ ܀

enim claves fuerunt quæ aperuerunt thesaurum magnum Spiritus sancti ; aperuerunt et acceperunt revelationem de pane ejusque explicatione edocentem.

11. Satanas anxius de regno suo cœpit increpare suos asseclas ; Fraudulentus convertit se ad damnandum suos damnatos ; diffidit enim peccatum de servis suis. Error et scientia in certamen descenderunt ; error per senes ignominia affectus cecidit, veritas autem a pueris coronata eos coronavit[1].

12. Sionis lugentes[2] oleribus gulosos Babelis liberarunt et salvarunt. Eductus est gladius ut perderet sapientes, sed retusus est jejunio Ananiæ ejusque domus. Respexerunt enim jejunatores ministros ventris et viderunt rabie erroris pervasos ejus prædicatores; error quippe, sui immemor, se converterat ut cum suis fautoribus pugnaret.

13. Arioch furore abreptus et fremens exivit ; dispersi sunt hœdi ovesque nigræ, exterriti sunt greges sinistræ ; sinistra quippe mater est cujus amor constantiam nescit ; agni autem dextræ accurrerunt, iramque compresserunt, induentes cum festinatione jejunium, armaturam illustrium discipulorum Moysi et Eliæ, qui suis orationibus cœlum clauserunt et aperuerunt.

[1] Alludit ad Suzannæ historiam.

[2] Lugentes id est jejunantes. Cfr. *Dan*. X, 2.

[a] B ܘܢܣܒܘ ܦܬܚܘ — [b] B ܒܢܝ̈ — [c] B ܠܡܚܝ̈ܒܘܗܝ — [d] ܘܐܬܒܕܪܘ

V.

ܒܪ ܩܠܗ ܀

ܠܥܐܕ̈ܝܗܘܢ ܫܒܩ ܗܘܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ .
ܗܘ ܕܪܒ ܒܥܘܒܗ ܕܒܪܬ ܦܪܥܘܢ .
ܦܢܩܬܗ ܒܛܒ̈ܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ .
ܒܚܠܒܐ ܘܕܒܫܐ ܡܬܦܢܩ ܗܘܐ .
ܫܒܩܗ ܠܒܪܬ ܦܪܥܘܢ . ܕܫܠܬܗ ܘܐܣܩܬܗ .
ܘܐܚܒ ܠܒܪܬ ܝܥܩܘܒ ܕܣܢܬܗ ܘܪܕܦܬܗ .
ܣܢܐ ܘܐܣܠܝ ܣܝ̈ܡܬܗ .
ܕܐܚܝܪ ܗܘܐ ܒܗܘ ܓܙܐ ܡܥܬܪ ܟܠ ܀

ܒܥܘܢܝܐ. ܛܘܒܝܟܘܢ ܨܝ̈ܡܐ ܕܐܬܢܗܪܬܘܢ[a] ܀

ܠܦܬܘܪܐ ܡܠܝܐ ܕܒܪܬ ܦܪܥܘܢ .
ܫܛ ܡܘܫܐ ܪܫܗܘܢ ܕܨܝ̈ܡܐ .
ܦܠܛ ܘܫܕܐ ܒܣܘܬܗ ܕܡܠܟܘܬܗ .
ܘܨܘܡܗ ܕܛܘܪܐ ܡܬܐܠܒ ܗܘܐ .
ܨܡ ܗܘܐ ܘܐܙܕܗܝ . ܨܠܝ ܘܐܬܢܨܚ .
ܣܠܩ ܓܝܪ ܒܚܕ ܦܪܨܘܦܐ . ܘܢܚܬ[b] ܒܐܚܪܝܢ ܦܪܨܘܦܐ
ܣܠܩ ܒܦܪܨܘܦܐ ܕܥܦܪܐ .
ܠܒܫ ܘܢܚܬ. ܗܘ ܙܝܘܐ ܫܡܝܢܐ ܀

ܗܐ ܢܝܣܢ ܕܨܘܡܐ ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ .
ܣܠܩ ܡܘܫܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܘܐܬܦܛܡ .
ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܨܘܡܐ ܠܒܘܣܡܐ .
ܘܨܠܘܬܗ ܡܥܝܢܐ ܕܡ̈ܝܐ ܚ̈ܝܐ .
ܓܒܪܐ ܕܦܘܪܫܢܐ . ܘܨܘܡܗ ܕܚܘܣܝܐ .
ܕܢܚܬ ܚܙܐ ܥܓܠܐ . ܕܥܒܕ ܒܗ ܥܡܐ .
ܡܢ ܛܘܪܐ ܦܠܚܐ[c] .

V.

Ejusdem toni.

1. Solemnitates Ægyptiorum dimisit Moyses, in sinu filiæ Pharaonis educatus ; ipsa eum bonis regiis enutriebat, lactis mellisque deliciis eum oblectabat. Moyses reliquit filiam Pharaonis, quæ eum (ex aquis) extraxerat et eduxerat, ut amaret filiam Jacobi, quæ odio et contumeliis eum prosecuta est. Fastidivit thesauros Ægyptiacæ, quia attenderat ad thesaurum omnium ditatorem.

Responsorium : Beati jejunatores qui illustres facti estis.

2. Mensam cibis plenam filiæ Pharaonis sprevit Moyses, princeps jejunatorum, repulsit et abjecit regias ejus dapes, jejunium montis ardenti desiderio prosequens : jejunavit et illustris factus est, oravit et inclaruit ; ascendit enim in montem nativa cum facie et descendit cum altera, ascendit cum facie terrestri et descendit refulgens claritate cœlesti[1].

3. Ecce Nisan, mensis jejuniorum ; in verticem montis[2] ascendit Moyses et enutritus est atque pinguefactus ; jejunium enim fuit illi velut convivium et oratio velut fons aquarum viventium, vir sapiens factus est et jejunium ejus fuit propitium. Descendens e monte Moyses vidit vitulum in populo

[1] Cfr. *Exod.* XXXIV, 29.

[a] B ܕܐܬܢܗܪܬܘܢ — [b] ܘܐܬܚܬ — [c] B ܦܬܐ

[2] *Exod.* XXXIV, 28.

ܒܗܘ ܥܓܠܐ ܒܛܠܐ ܕܚܛܝܬܐ ܀

ܟܕ ܡܘܫܐ ܒܛܘܪܐ ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ .
ܗܘ ܥܡܐ ܥܘܝܪܐ ܡܫܬܥܐ ܗܘܐ .
ܠܡܘܫܐ ܕܝܢ ܨܘܡܐ ܕܚܘܣܝܐ .
ܘܠܥܡܐ ܚܓܐ ܕܦܬܟܪܘܬܐ .
ܡܘܫܐ ܠܘܬ ܪܡܐ . ܥܡܐ ܠܘܬ ܥܓܠܐ .
ܪܘܚܐ ܒܗ ܡܘܫܐ . ܘܠܓܝܘܢ ܒܗ ܥܡܐ .
ܗܘܘ ܨܘܡ̈ܐ ܣܡ̈ܡܢܐ .
ܠܛܥ̈ܝܐ ܕܒܥܓܠܐ[a] ܐܬܡܚܘ ܀

ܗܐ ܥܓܠܐ ܢܣܟܐ ܘܠܐ ܙܘܥܐ .
ܬܪ̈ܥܬܐ ܥܒܕ ܒܗ ܒܡܫܪܝܬܐ .
ܒܩܪܢܐ ܓܝܪ ܟܣܝܬܐ ܕܚܢܦܘܬܐ .
ܠܣܓܘܕܘܗܝ ܒܟܣܝܐ ܕܩܪ ܘܩܛܠ .
ܒܣܝܦܐ ܕܩܪ ܐܢܘܢ . ܡܘܫܐ ܠܣܓܘܕܘܗܝ .
ܕܢܠܦ ܒܗ ܦܓܪܐ ܡܘܬܐ ܕܢܦܫܬܐ .
ܒܣܝܦܐ ܚܘܐ ܥܓܠܐ .
ܒܓܠܝܬܐ ܟܣܝܬܐ ܚܘܝ ܐܢܘܢ ܀

ܣܡ̈ܡܢܐ ܕܡܨܪܝܢ ܦܪܝܫܝܢ ܐܢܘܢ .
ܐܘܣ̈ܝܐ ܕܠܗܘܢ ܡܒܘܚܪܝܢ ܐܢܘܢ .
ܫܛ ܡܘܫܐ ܣܝܡܬܐ ܕܣܡ̈ܡܢܐ[b] .
ܕܠܐ ܟܐܒܐ ܗܘ ܕܦܓܪܐ ܐܠܐ ܕܢܦܫܐ .
ܣܠܩ ܠܗ ܠܛܘܪ ܣܝܢܝ . ܛܘܪܗ[c] ܕܐܠܗܐ .
ܘܐܘܪܟ ܗܘܐ ܬܡܢ . ܘܟܢܫ ܘܐܝܬܝ ܗܘܐ .
ܥܩܪ̈ܐ ܪܘܚܢ̈ܐ .
ܕܒܟܣܝܐ ܡܐܣܝܢ ܗܘܘ ܠܢܦܫܐ ܀

ܣܢܝܐ ܕܝܢ ܕܒܣܝܐ ܕܐܣܟܘܬܐ .
ܟܐܘܪܐ ܗܘ ܡܚܒܠ ܪ̈ܓܫܐ .
ܗܘ ܟܐܒܐ ܡܚܒܠ ܒܗ ܦܘܡܗ .
ܡܙ̈ܓܐ ܫܦܝ̈ܐ ܕܚܠܝܘܬܐ .
ܟܐܒܐ[d] ܕܪܛܢܐ ܐܟܠ ܒܪܘܓܙܐ .

erectum ; zelo exarsit bos rusticus in hunc inanem peccati vitulum.

4. Dum Moyses in monte orabat, populus cæcus lasciviabatur. Moyses jejunium propitiationis peragebat et populus convivium idololatriæ ; Moyses apud Altissimum aderat et populus apud vitulum ; Spiritus erat in Moyse et Legio[1] in populo. Jejunia pharmaca fuerunt errantibus propter vitulum percussis.

5. Ecce vitulus conflatilis et immobilis rimas fecit in castris, occulto enim idololatriæ cornu adoratores suos clam confodit et necavit. Moyses gladio transfixit adoratores ejus, ut per mortem corporis mortem doceret animarum. Per gladium ostendit quid esset vitulus, per manifesta occulta demonstravit eis.

6. Pharmaca Ægypti egregia sunt et pharmacopolæ probati ; posthabuit Moyses thesaurum pharmacorum, quia morbus erat non corporis sed animæ ; ascendit in montem Sinai, montem Dei, moram ibi traxit, collegit attulitque radices spirituales quæ occulte animam sanant.

7. Odibile gulæ vitium morbus est qui corrumpit sensus ; istud vitium in ipso ore corrumpit pocula pura dulcedinis ; ingluvies cum murmuratione manducat et bibit cum ægro animo ; non potest im-

[1] Satanas, *Luc.* VII, 30.

[a] A ܒܥܓܠܐ — [b] B ܣܡ̈ܡܢܘܗܝ — [c] B ܛܘܪܗ — [d] B ܟܐܒܗ

ܘܟܦܢܐ ܒܪܘܒܐ . ܒܪܝܬܐ ܗܘ ܕܡܬܚܕܬܐ
ܠܐ ܡܫܒܥ ܡܬܡܠܐ .
ܗܫܬܡܗܘ ܕܥܡܐ ܗܘ ܠܡܪܢܢܐ ܀
ܚܙܘ ܒܗ ܒܥܡܐ ܕܒܪܛܢܐ .
ܐܟܠܘ ܗܘܐ ܠܡܢܐ ܫܡܝܢܐ .
ܓܘܢܗ ܓܝܪ ܓܘܢܐ ܕܒܪܘܠܐ .
ܐܦ ܛܥܡܗ ܛܥܡܐ ܕܟܒܪܝܬܐ .
ܒܡܬܠܐ ܕܣܓܝܐܐ . ܨܪܬܗ ܟܬܒܐ ܡܢܐ .
ܕܢܨܝܪ ܫܘܦܪܗ ܫܦܝܪܘܬܗ . ܠܐܕܢܐ ܕܫܡܘܥܘܗܝ .
ܒܝܕ ܛܥܡܐ ܕܝܕܝܥܬܐ .
ܛܥܡܘܗܝ ܟܣܝܐ ܓܠܐ ܠܢ ܀
ܒܒܪܘܠܐ ܗܘ ܡܬܠܗ ܕܢܠܦ ܗܘܐ .
ܘܕܢܘܗܪܐ ܒܓܘܢܗ ܕܡܐ ܗܘܐ .
ܒܟܘܣܒܪܬܐ ܟܢܝܗ ܕܢܘܕܥ ܗܘܐ .
ܕܪܝܚܐ[a] ܘܛܥܡܐ ܡܬܥܒܪ ܗܘܐ .
ܡܬܠܗ ܒܡܫܚܐ ܠܗܿ . ܘܡܬܠܗ ܒܕܒܫܐ ܠܗܿ .
ܕܢܠܦ ܒܝܕ ܡܫܚܐ . ܕܥܝܢܐ ܗܘ ܕܕܘܗܢܐ .
ܒܝܕ ܕܒܫܐ ܐܘܕܥ[b] ܗܘܐ .
ܕܥܝܢܐ ܗܘ ܕܟܠܗ ܚܠܝܘܬܐ ܀
ܗܢܐ ܒܗ ܡܢܐ ܕܡܥܛܦ ܗܘܐ .
ܐܦ ܓܘܢܐ[c] ܘܪܝܚܐ ܘܛܥܡܐ .
ܒܫܥܡܐ ܗܘ ܐܟܠܘܗܝ ܒܢܝ ܡܪܥܐ .
ܐܝܟ ܪܓܝܓܐ ܒܪܓܝܓܬܐ .
ܚܣܐ ܘܦܛܝܪܐ . ܐܟܠܘ ܗܘܘ ܕܢܬܕܟܪܘܢ .
ܚܘܠܕܐ ܒܢܝ ܐܪܥܐ . ܠܡܢܐ ܫܡܝܢܐ .
ܒܪܘܛܢܐ ܐܟܠܘܗܝ ܗܘܘ .
ܕܒܒܨܠܐ ܡܨܪܝܐ ܡܥܕܝܢ ܗܘܘ ܀

ܡܢ ܗܟܝܠ ܕܢܫܘܐ ܠܨܘܡܐ .
ܕܦܘܡܗ ܣܟܪ ܠܨܘܡܗ ܒܨܒܝܢܗ .
ܕܟܦܢ ܓܝܪ ܚܙܐ ܘܠܐ ܪܓܓ .
ܘܨܗܐ ܠܡܐ ܚܙܐ ܘܠܐ ܡܬܪܓ .

pleri necessitas, qua nova semper esurit.

8. Considerate populum cum murmuratione mannam cœlestem manducantem. Color mannæ color erat berylli et gustus ejus velut favus mellis[1]. Plurimis figuris depinxit Scriptura mannam ut ejus pulchritudines auribus auditorum exprimere posset ; per gustum rerum notarum sapores ejus occultos nobis patefecit.

9. Beryllo assimilavit eam ut doceret colore luci similem fuisse ; coriandri appellatione eam designavit propter odorem et saporem quos secum traducebat ; sub figura olei et mellis repræsentavit eam, ut per oleum doceret eam fontem esse pinguedinis, et per mel indicaret fontem esse dulcedinis.

10. Hanc mannam, quæ quidem colore, odore et sapore donata erat, Israelitæ cum fastidio manducarunt veluti ægroti. Porro, ut sunt gulosi pravis desideriis ægrotantes, lactucas et azyma manducarunt istæ talpæ, terræ filiæ, ut recordarentur se mannam cœlestem manducasse cum murmuratione utpote quæ cæpis ægyptiacis assuefacti erant.

11. Quisnam igitur par est jejunatori qui voluntarie os suum abstinentiæ subjicit ? esuriens enim videt cibos et non concupiscit, sitiensque aspicit potum et illius

[1] *Num.* XI, 7-8, juxta versionem Syriacam, ubi tamen gustus assimilatur pani oleato ut in hebræo.

[a] B ܟܪܝܚܐ ܒܪܝܚܐ — [b] B ܐܘܪܝ — [c] B ܓܘܢܐ

ܕܝܢ ܡܨܐ ܠܡܐܟܠ . ܨܘܡܐ ܡܒܣܡ ܠܗ .
ܕܝܢ ܠܡܫܬܐ ܡܨܐ . ܨܗܝܐ ܗܘ ܕܡܒܣܡ ܠܗ .
ܒܪܝܟ ܡܢ ܟܠ ܦܪܘܥ ܟܠ .
ܕܠܦܬܘܪ ܡܠܟܘܬܗ ܡܒܣܡ ܠܗ [a] ◌

desiderio non flagrat; posset quidem manducare, sed jejunium eum recreat; posset bibere, sed sitis ei grata fit. Benedictus sit præ omnibus omnium retributor qui ad mensam regni sui delectabit eum.

VI.

ܬܘܒ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܨܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ [b]
ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܨܒܬ ܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܒܨܘܡܐ ܒܨܠܘܬܐ ܘܫܗܪܐ ◌

Iterum Mar Ephræmi hymni de sancto jejunio. Responsorium: Benedictus qui sanctam Ecclesiam ornavit jejunio, oratione et vigilia[1].

ܗܢܘ ܨܘܡܐ ܕܝܚܝܕܐ .
ܪܫܐ ܕܢܨܚܢܘܗܝ . ܢܚܕܐ ܒܡܐܬܝܬܗ .
ܒܨܘܡܐ ܓܝܪ ܐܬܚܙܝ . ܟܕ ܗܘ ܒܟܠ ܡܕܡ .
ܡܨܐ ܗܘܐ ܕܢܙܟܐ ܗܘܐ .
ܠܢ ܗܘ ܚܘܝ [c] ܚܝܠܐ ܕܒܨܘܡܐ .
ܒܨܘܡܐ ܙܟܐ ܟܠ . ܕܒܗ ܗܘ ܙܟܐ ܐܢܫ .
ܠܗܘ ܕܒܦܐܪܐ ܙܟܝܗ [d] ܠܐܕܡ .
ܘܐܬܒܠܥ ܒܠܥܗ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܓܢ .
ܫܘܪܐ ܕܨܘܡܗ ܪܒܐ ܠܡܚܝܠܘܬܢ ◌

1. Hoc est Unigeniti jejunium, et principium ejus triumphorum; gaudeamus de ejus adventu. Per jejunium enim Unigenitus triumphavit, quum per aliam quamcumque rem triumphare potuisset. Hoc modo nobis ostendit virtutem in jejunio omnium victore absconditam. Jejunio homo vincit Heluonem, qui per fructum vicit Adamum eumque avide deglutivit. Benedictus Unigenitus qui muro magni sui jejunii munivit nostram infirmitatem.

ܗܢܘ ܨܘܡܐ ܡܪܝܡܢܐ .
ܕܪܫܡ ܡܢ ܝܚܝܕܝܐ . ܕܢܪܝܡ ܠܙܥܘܪܐ .
ܠܚܟܝܡܐ ܒܨܘܡܐ [e] . ܥܠܬܐ ܕܒܣܝܡܘܬܐ ܗܝ .
ܕܚܙܐ ܟܡܐ ܝܬܪ .
ܨܘܡܐ ܒܟܣܝܐ ܡܕܟܐ ܢܦܫܐ .
ܕܬܚܙܐ ܠܐܠܗܐ . ܘܬܬܪܒܐ ܒܚܘܒܗ .

2. Hoc est jejunium exaltans, quod ab Unigenito institutum est ut exaltaret pusillos. Sapienti jejunium causa est jucunditatis, quum considerat quantum inde incrementum accipiat; jejunium secreto animam purificat ut Deum con-

[1] Satis difficile est definire quænam sit stropharum hujus hymni constructio; observantur enim inter strophas nonnullæ differentiæ, ex codicum sane vitiositate provenientes, quæ me ancipitem reddunt. Sit igitur probabile strophæ schema: 65555685375610.

[a] AB add. ܫܘܒܚܐ ܠܡܪܐ ܕܒܨܘܡܐ ܕܟܠ ܨܘܡܐ ܕܐܬܐ ܥܠܝܢ — [b] Ita cod. C. Cod. D, fol. 194 habet: ܬܘܒ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܨܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܐ ܥܠܝܢ. Idem codex iterum habet hunc hymnum fol. 41-44. Varias hujus loci lectiones littera B designavimus. — [c] C ܗܘܐ ܚܘܒ — [d] BC ܙܟܐ — [e] C ܨܘܡܐ,

ܡܣܩܐ ܠܗ ܕܡܢ ܐܪܥܐ .
ܠܐܪܥܐ ܡܪܟܢ ܠܗ̇ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܨܘ̈ܡܐ .
ܐܝܟ ܓ̈ܦܐ ܫܦܝܪ̈ܐ ܕܒܗܘܢ . ܢܦܪܘܚ ܠܘܬܗ ܀

ܝܬܝܪ[a] ܗܘ ܨܘܡܐ ܘܥܕܪ .
ܠܐܝܢܐ ܕܡܕܟܐ . ܕܢܚܙܐ ܠܐܠܗܐ .
ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܚܢܦܐ . ܕܛܢܦ ܡܢ ܡܕܡ .
ܕܢܚܪ ܒܗ[b] ܒܗܘ ܫܦܝܐ .
ܘܐܝܢܐ[c] ܕܩܢܐ ܥܝܢܐ ܫܦܝܬܐ .
ܗܘ ܡܨܐ ܚܙܐ ܠܗ . ܟܡܐ ܕܡܛܐ ܠܟܝܢܢ .
ܢܕܟܐ ܪܥܝܢܐ ܕܡܫܬܝܢܐ .
ܠܕܠܘܚܝܐ ܕܟܠ .
ܕܢܚܙܐ ܠܫܦܝܐ .
ܕܙܟܐ ܒܨܘܡܐ ܠܒܝܫܐ . ܗܘ ܕܠܚܝ ܟܠܐ[d] ܀

ܗܢܘ ܨܘܡܐ ܕܒܗ ܗܘ .
ܥܪܩܬ ܐܣܘܛܘܬܐ . ܒܥܡܡܐ ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ .
ܒܠܒܘܫ ܨܘܡܐ ܙܟܐ[e] ܗܘܐ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܬܠܒܫ .
ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܐܕܡ ܐܝܟ .
ܪܒ ܙܟܘ̈ܐ ܝܗܒ ܠܢ ܙܝܢܗ .
ܘܐܬܥܠܝ ܠܪܘܡܐ ܕܢܚܘܪ ܟܠܢ .
ܡܢܘ ܕܠܐ ܢܪܗܛ ܠܗ ܙܝܢܐ .
ܕܐܠܗܐ ܙܟܐ ܒܗ .
ܚܣܕܐ ܗܘ ܐܚ̈ܝ ܕܢܬܙܟܐ .
ܒܙܝܢܐ ܕܙܟܐ ܘܝܗܒ . ܠܟܝܢܢ ܙܟܘܬܐ ܀

ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܗܘ ܟܣܝܐ .
ܢܕܟܐ ܠܪܥܝܢܢ . ܕܢܚܙܐ ܕܚܙܝܢܢ ܠܗ .
ܠܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܚܙܐ . ܕܐܦ ܠܐ ܚܙܝܢ ܠܗ ܡܛܥܐ ܠܗܘܢ .
ܗܘ[f] ܡܨܐ ܢܦܠ .
ܡܐ ܕܢܦܠܬ ܠܗ̇ ܒܨܘܡܐ[g] .
ܫܩܠ ܠܗ̇ ܠܚܒܪܗ ܝܗܒ ܠܗ̇ .

templetur et ejus intuitione sursum feratur. Onus quippe terreni corporis ad terram eam inclinat. Benedictus qui dedit nobis jejunia veluti alas pulchras, quibus ad eum advolemus.

3. Excellens est jejunium et juvat eum qui mundus est, ut Deum contempletur. Non potest impurus sordibus quibuslibet inquinatus oculos in Ens purissimum intendere; qui autem oculum purum habet potest eum, quantum homini datum est, contemplari. A vinis perturbantibus mentem purget, ut possit videre Purissimum, qui jejunio vicit Malum omnium perturbatorem.

4. Hoc est jejunium quo gulositas effugit a populis in vertice montis. Jejunii veste indutus Unigenitus vicit Heluonem cibis adamiticis veluti vestimento opertum. Princeps triumphantium dedit nobis armaturam suam et in altum sublatus est, ut eum inspiceremus. Quis non recurrat ad arma quibus Deus ipse vicit? Probrosum est, fratres, nos succumbere cum armis quibus Unigenitus vicit et victoriam hominibus præstitit.

5. Quum[1] inimicus sit occultus, mundemus mentem nostram ut ille videat se a nobis videri. A quibus enim se non videri videt, eos fallit. Quando anima in jejunio lapsa est, tollit eam et dat eam socio suo. Inter undas eorum mundatur ocu-

[1] Codex in hac stropha vitiosus est, ut patet e numero et dispositione versuum.

[a] B ܝܬܝܪ ܗܘܐ — [b] C ܕܢܚܪ ܒܗܘ [c] BC ܐܝܢܐ — [d] B ܕܕܠܚܝ ܟܠܐ — [e] C ܙܟܐ ܨܘܡܐ — [f] C ܗܘ ܡܢܗܘܢ — [g] D ܢܦܠܐ

ܟܡܐ ܠܚܙ̈ܝܘܗܝ ܡܬܛܡܪܐ .
ܥܝܢܐ ܟܣܝܬܐ .
ܕܢܚܙܐ ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܬܝܢ .
ܓܐܪ̈ܐ ܚܪ̈ܝܦܐ ܕܟܣܝܢ . ܡܢ ܚܙ̈ܝܐ ܀

ܗܢܘ ܨܘܡܐ ܡܠܦܢܐ .
ܡܠܦ ܠܐܬܠܝ̈ܛܐ . ܬܟܬܘܫܐ[a] ܕܐܓܘܢܐ .
ܐܬܩܪܒܘ ܠܘܬܗ . ܘܡܠܦܘ ܘܐܬܠܡܕܘ .
ܬܟܬܘܫܐ ܪܘܚܢܝܐ .
ܗܐ ܦܩܕ ܠܢ ܕܢܨܘܡ ܦܘܡܢ .
ܘܢܨܘܡ ܐܦ ܠܒܢ . ܠܐ ܢܨܘܡ ܡܢ ܠܚܡܐ .
ܘܢܬܢܐ ܒܡܪ̈ܢܝܬܐ ܕܟܣܐ ܒܗ .
ܣܡܐ[b] ܕܡܘܬܐ ܟܣܐ . ܢܘܕܐ ܒܨܘܡܐ ܠܝܚܝܕܝܐ .
ܕܝܗܒ ܠܢ ܡܠܬܐ ܚܝܐ ܕܢܗܓܐ ܒܗ ܀

ܢܗܘܘܢ ܠܢ ܕܝܢ ܟܬܒ̈ܐ .
ܐܝܟ ܡܚܙܝܬܐ . ܘܢܚܙܐ[c] ܒܗܘܢ ܨܘܡܢ .
ܦܪܫܘ ܓܝܪ ܟܬܒ̈ܐ ܒܝܢ ܨܘܡܐ ܠܨܘܡܐ .
ܘܒܝܢ ܨܠܘܬܐ ܠܨܠܘܬܐ .
ܩܒܠ ܓܝܪ ܨܘܡܐ ܘܐܣܠܝ ܠܨܘܡܐ .
ܪܥܘܗ ܨܝ̈ܡܐ . ܘܐܪܓܙܘܗ ܨܝ̈ܡܐ .
ܐܝܬ ܨܠܘܬܐ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ .
ܘܐܝܬ ܕܣܡܐ ܕܚܝ̈ܐ ܗܝ .
ܡܪܢ ܢܚܕܐ ܒܨܘܡܢ .
ܐܝܟ ܡܐ ܕܚܕܝ ܐܚ̈ܝܢ ܒܨܘܡܐ ܕܝܠܗ ܀

ܠܐ[d] ܓܝܪ ܡܬܛܢܦ ܩܕܝܫܐ ܒܗ .
ܨܘܡܐ ܠܡܢܨܚܘ . ܕܒܗ ܗܘ ܢܨܚ ܘܢܨܚ .
ܡܬܛܢܦ ܗܘ ܐܦ ܕܟܝܐ . ܒܚܠܛ ܒܗ ܠܨܘܡܐ .
ܕܢܬܛܢܦ ܡܢ ܢܨܦܐ ܗܘ .
ܚܙܘ ܟܝܢܐ ܕܐܝܟ ܐܬܛܢܦ .
ܦܐܪ̈ܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ . ܥܪܩ ܗܘܢܢ ܕܝܠܢ .

lus occultus ut videat unde veniunt tela acuta abscondita videntibus.

6. Hoc est jejunium doctrina refertum athletas edocens res certaminis. Accedite ad eum, studiose discite spirituale certamen. Ecce præcipitur nobis ut non solum ore, sed etiam corde jejunemus. Ne abstineamus a pane et intendamus sollicitudinibus, in quibus occultatur pharmacum mortis. Jejunio gratias agamus Unigenito, qui dedit nobis verbum vitæ ut de eo meditemur.

7. Sint autem nobis Scripturæ velut speculum, in quo jejunium consideremus. Distinguunt enim Scripturæ inter jejunium et jejunium, inter orationem et orationem. Deus quippe accipit jejunium et rejicit jejunium; jejunatores Deum sibi reconciliaverunt et jejunatores eum ad iram provocarunt; datur oratio quæ peccatum est, et datur oratio quæ medicamentum est vitæ. Dominus noster nostro delectetur jejunio, fratres, sicut proprio suo jejunio delectatus est.

8. Jejunio utique non inquinatur sanctus, qui in eo præclare se exercet; sed jejunium, etiam quum purum est, immixtione alicujus vitii deforme fit et fœdum. Aspicite naturam, ubi inquinata fuit, mens nostra refugit ab ejus fructibus eximiis aliquantisper fœdatis, donec

[a] C om. — [b] C om. — [c] C ܘܚܙܝܬ — [d] C om. duas stroph.

ܢܚܠ ܠܗ̇ ܦܘܡܟܘܢ ܠܐܦܝܟܘܢ .
ܥܡ ܢܦܫ̈ܬܟܘܢ ܢܦܫܟܘܢ. ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܟܝܐ ܕܩܒܠ
ܦܐܪ̈ܐ ܕܕܘ̈ܟܝܐ ܩܪܒܘ ܠܗ ܟܠ ܬܝ̈ܒܐ ܀

ܚܠܛ ܗܘ ܒܝܫ ܕܟܝܐ .
ܬܡܪܐ ܒܫܦܝܘܬܢ . ܕܢܣܢܐ ܢܥܒܕ .
ܠܨܠܘܬܢ ܘܨܘܡܢ · ܡܨܐ ܒܚܣܡܗ .
ܕܢܬܠܐܙ ܩܘܪܒܢ .
ܫܕܘ ܢܟܠ̈ܘܗܝ ܡܢ ܨܘ̈ܡܝܟܘܢ .
ܐܪܝܡܘ ܡܘܩ̈ܝܢܘܗܝ . ܡܢ ܗܘܫܥ̈ܢܝܟܘܢ .
ܢܬܚܠܠܘܢ ܩܠ̈ܝܟܘܢ ܦܘܡ̈ܝܟܘܢ .
ܡܢ ܕܓܠܘܬܐ .
ܗܒ ܠܢ ܒܪܚ̈ܡܐ ܝܚܝܕܝܐ .
ܕܢܦܘܩ ܚܠܐ ܟܣܝܐ ܡܢ ܬܪܥܝܬܢ ܀

ܠܐ ܬܬܟܠܘܢ ܡܕܒܪ̈ܝܐ[a] .
ܥܠ ܗܿܘ ܢܟܘܠܐ . ܕܓܢܒ ܨܝ̈ܡܐ .
ܠܐܝܢܐ[b] ܟܦܢ ܕܚܙܐ . ܕܡܣܟܝܢ ܡܢ ܠܚܡܐ .
ܡܢ ܚܣܡܐ ܡܣܒܥ ܠܗ .
ܘܠܐܝܢܐ ܕܚܙܐ ܕܩܐܡ[c] ܒܨܠܘܬܐ .
ܡܕܡ ܚܠܦ ܡܕܡ . ܒܪܢܝܐ ܡܩܝܡ ܠܗ .
ܘܓܢܒ ܦܘܡܗ ܡܢ ܠܒܗ .
ܨܠܘܬܐ ܕܦܘܡܗ .
ܡܪܝ ܗܒ ܠܢ ܥܝܢܐ ܕܢܚܙܐ .
ܐܝܟ ܓܢܒ ܩܘܫܬܐ ܒܢܟܠܐ ܀

ܛܘܒܝ[d] ܕܡܣܝܒܪ ܘܙܟܐ .
ܘܪܡ ܘܐܬܥܛܪ . ܪܫܗ ܒܟܠܝܠܗ .
ܘܒܦܘܡܐ ܦܬܝܚܐ . ܐܝܟ ܡܪܐ ܚܘܒܐ .
ܬܒܥ ܐܓܪܗ ܘܠܐ ܕܡܐ ܠܝ .
ܕܠܨܘܡ ܪܦܐ ܠܫܗܪܘ[e] ܥܛܠܐ .
ܘܠܡܦܠ ܩܕܡܝܐ ܒܥܠܕܒܒܝ ܕܐܘܝܠܐ ܗܘ .
ܡܐ ܕܐܙܟܝ ܠܝ ܫܒܩ ܠܝ ܕܐܩܘܡ .
ܘܐܣܒܪ ܠܢܟܠܗ .

abluantur. Benedictus Purissimus qui accepit fructus purificationum, quos præbuerunt ei omnes pœnitentes.

9. Malus miscuit fæcem turbidam in nitiditate nostra, ut odiosam reddat virtutem nostram nostramque orationem ac jejunium. Potest sua invidia reprehensibilem reddere oblationem nostram. Projicite fraudes ejus[1] a jejuniis vestris, auferte ejus subsannationes ab hosannis vestris; abluantur voces vestræ ac ora a mendacio. Da nobis, Unigenite, in misericordia ut exeat Heluo invisibilis a mente nostra.

10. Eremitæ, nolite confidere isti fraudulento qui defraudat jejunatores. Quem enim videt pane privatum ex invidia satiat eum; quem videt in oratione stantem, unam rem pro alia meditanti proponit atque hac ratione orationem oris ejus furatur eamque e corde ejus surripit. Domine, da nobis oculum, ut videamus quomodo fraude sua veritatem ille surripit.

11. Beatus qui patiendo perseveravit et victoriam reportavit; caput ejus corona decoratum et exaltatum est. Ut creditor, ore patenti exegit mercedem suam, mihi haud similis, qui ad jejunandum remissus et ad vigilandum piger et ad succumbendum primus sum. Adversarius meus, quando vicit me, sinit ut surgam atque ita cir-

[1] Verbotenus: fraudes eorum nempe dæmonum.

[a] C ܡܕܒܪܢܐ D ܡܕܒܪ̈ܝܐ — [b] B ܐܝܠܐ — [c] B ܕܩܐܡ , C ܕܩܐܡ ܗܘܐ — [d] D om. hanc stroph. — [e] C ܘܠܫܗܪܐ

ܝܡܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܗܒ ܠܝ .
ܡܦܩܢܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܕܐܥܛܐ ܐܫܛܪ̈ܐ[a] ܚ̈ܘܒܝ ܀

cumdat me ut iterum me dejiciat. O mare misericordiarum, da mihi excessum misericordiarum, ut deleam schedulam debitorum meorum.

VII.

ܒܪ ܩܠܗ ܥܘܢܝܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܒܘܟܪܐ
ܕܝܗܒ ܠܢ ܨܘܡܐ ܕܢܓܒ
ܢܒܥܐ ܕܪ̈ܓܝܓܬܐ ܀

ܠܗܘ ܐܫܥܝܐ ܡܡܠܠܐ .
ܥܒܕܗ ܟܪܘܙܐ . ܕܢܟܣ ܨ̈ܝܡܐ .
ܩܪܝ ܠܗ ܘܐܟܪܙ . ܕܐܕܢܐ ܕܣܟܪܐ .
ܘܦܬܝܚܐ ܠܩܠܐ ܕܟܣܦܐ .
ܠܐ ܠܗ ܬܨܘܡ ܘܬܒܥ ܝܬܡܐ .
ܠܐ ܬܠܒܫ ܣܩܐ . ܘܬܫܠܘܚ ܠܐܪܡܠܬܐ .
ܠܐ ܬܟܦܘܦ ܨܘܪܟ ܘܬܫܥܒܕ .
ܒܢ̈ܝ ܚܐܪ̈ܐ ܠܢܝܪܐ .
ܨܘܡܐ ܗܘ ܘܩܥܬ ܘܥܠܒ .
ܦܬܟܪ̈ܐ ܚܘܝ ܕܟܣܝܢ . ܒܥܠܘܒܝܐ ܀
ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܠܒܝܫܐ .
ܨܘܡܢ ܒܒܘܣܡܐ . ܕܣܢܝܬ ܚܒܪ̈ܝܢ .
ܓܙܪܘ ܨܘܡܐ ܘܐܟܪܙܘܗܝ .
ܒܣܡ ܒܝܫܐ ܒܨ̈ܘܡܝܗܘܢ .
ܐܘ ܨ̈ܝܡܐ ܕܚܠܦ ܠܚܡܐ .
ܐܟܠܘ ܒܣܪܐ ܕܐܢܫܐ . ܘܕܡܗ ܠܚܟܘ ܗܘܘ .
ܕܐܟܠܘ ܒܣܪܐ ܕܐܢܫܐ .
ܗܘܘ ܐܘܟܠܐ ܠܟܠܒ̈ܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܗ ܦܓܪܗ .
ܠܦܘܡܢ ܦܟܪܐ ܕܢܫܠܐ ܡܢ ܢܘܟܬܐ ܀
ܗܐ[b] ܨܘܡܐ ܡܐܣܝܢܐ .
ܢܪܚܡ ܥܘܕܪ̈ܢܘܗܝ . ܘܢܚܐ ܒܣ̈ܡܡܢܘܗܝ .

VII.

Ejusdem toni. Responsorium : Benedictus Unigenitus qui dedit nobis jejunium quo concupiscentiarum fons siccatur.

1. Deus Isaiam facundum fecit prædicatorem, ut reprehenderet jejunatores : « *Clama,* inquit, *et prædica : Qui habet aurem obturatam et voci pecuniæ apertam ne jejunet, exactiones in orphanos excercens*[1], » non induas saccum et spolies viduam ; non incurves collum tuum et jugo subjicias filios libertatis. Jejunii tempus est, et vociferas et opprimis et ostendis idola in oppressione abscondita.

2. Ne fiat jejunium nostrum, ut Malo vertatur in delicias propter odium proximi. Decreverunt jejunium illudque proclamarunt ; delectatur Malus jejuniis eorum. O jejunatores, qui pro pane manducatis carnem hominis et sanguinem ejus lingitis ! Qui manducarunt carnem hominis facti sunt cibus canibus[2]. Benedictus qui corpus suum dedit ori nostro rabido, ut a mordendo quiesceret.

3. Ecce jejunium salutare, diligamus ejus adjumenta et fruamur ejus medicamentis ; jejunium quip-

[1] Cfr. *Is.* VIII, 1, sqq.

[a] C ܫܛܪܐ — [b] F ܗܘܘ

[2] Videtur alludere ad Jesabelem.

ܨܘܡܐ ܗܘ ܓܝܪ ܢܚܬ ܗܘܐ . ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ .
ܠܡܫܪܝܬܐ ܡܡܚܝܬܐ .
ܘܐܣܝ ܟܐܒܐ ܟܣܝܐ ܕܢܦܫܐ .
ܘܚܒܫܗ ܠܡܚܐ . ܪܒܐ ܕܪܥܝܢܐ .
ܨܘܡܐ ܡܣܝܒܪܗ ܠܡܫܪܝܬܗ .
ܕܦܫ ܒܗ ܡܕܒܪܐ .
ܢܬܠ ܫܘܒܚܐ ܠܚܢܢܐ .
ܕܨܘܡܐ ܛܒ ܗܘ[a] ܠܢ ܐܝܟ ܣܡܡܢܐ ❖

ܗܐ ܨܘܡܐ ܡܥܬܪܢܐ .
ܢܣܒ ܡܢ ܓܙܗ . ܘܢܬܥܬܪ ܒܡܘܬܪܗ .
ܐܕܡ ܓܝܪ ܒܪܫܝܬ ܠܘܬܐ ܒܡܐܟܘܠܬܗ .
ܐܬܬܪܝܩ ܘܐܬܡܣܟܢ .
ܗܐ ܡܥܬܪ ܠܢ ܨܘܡܐ ܘܦܪܥ[b] .
ܚܘܒܘܗܝ[c] ܕܐܕܡ . ܡܣܪܩ ܟܪܣܬܐ .
ܡܠܐ ܒܗ ܓܙܐ ܕܢܦܫܐ .
ܬܐܓܘܪܬܐ ܕܚܝܐ .
ܢܬܠ ܫܘܒܚܐ ܠܝܚܝܕܝܐ .
ܕܨܘܡܗ ܗܘܐ ܚܒܫܐ ܕܡܚܘܬܢ[d] ❖

ܗܐ ܨܘܡܐ ܡܚܪܪܢܐ .
ܫܪܐ ܠܐܟܘܠܐ . ܡܢ ܢܝܪ ܓܥܘܬܐ .
ܡܪܘܬܗ ܓܝܪ ܕܟܪܣܐ . ܠܐܝܐ ܗܝ ܘܡܣܟܐ .
ܘܠܐ ܦܐܝܐ ܠܚܐܪܘܬܐ .
ܬܬܟܠܐ ܟܪܣܐ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ[e] .
ܘܬܫܡܫ ܪܘܚܐ . ܒܡܠܐ ܚܝܬܐ .
ܡܠܘ ܓܝܪ ܠܒܘܬܟܘܢ ܝܘܠܦܢܐ .
ܬܪܣܝܬܐ ܕܢܦܫܐ .
ܢܬܠ ܫܘܒܚܐ ܠܝܚܝܕܝܐ .
ܕܪܥܐ ܥܢܗ ܒܡܫܐܬ ܟܬܒܐ[f] ܒܪܝܟܐ ❖

ܗܐ ܨܘܡܐ ܡܕܪܫܢܐ .
ܩܪܐ ܠܡܫܡܠܝܐ[g] . ܬܩܘܡܘ ܬܬܢܨܚܘܢ .
ܗܐ ܣܩܐ ܠܒܘܫܗ ܐܝܟ ܫܪܝܢܐ .
ܘܡܘܟܟܐ ܐܝܟ ܙܝܢܐ .

pe descendit e monte Sina in castra clade percussa et sanavit dolores occultos animæ et curavit magnam mentis plagam ; jejunium sustinuit populum in deserto collapsum. Demus gloriam misericordiæ, quia jejunium melius est pro nobis quam pharmaca.

4. Ecce jejunium ditans, accipiamus e thesauro ejus et ditemur ex ejus abundantia. Initio quippe Adam cibo damnum sibi intulit et inops factus est. Ecce ditat nos jejunium Adæque debita solvit ; viscera spoliat, sed thesaurum animæ replet merce salvifica. Demus gloriam Unigenito, cujus jejunium ligamen est vulnerum nostrorum.

5. Ecce jejunium liberans, solvens comestores a jugo gulositatis ; dominatio enim ventris laborem et molestiam affert, nec libertatem christianam decet. Abstineat venter a famulatu corporis, ministret autem spiritus per verba vitæ ; implete ergo corda vestra doctrina spirituali, animarum cibo. Gloriam demus Unigenito qui oves suas pascit in pratis benedictis Scripturarum.

6. Ecce jejunium ad virtutem exercens clamat desidibus : Surgite, vincite desidiam. Ecce vestis ejus saccus velut lorica et humiliatio quam requirit velut armatura est.

[a] F ܕܨܘܡܐ ܛܒ ܗܘܘ — [b] F ܕܦܪܥ — [c] F ܚܘܒܘܗܝ — [d] F ܚܒܫܐ ܗܘܐ ܡܚܘܬܢ — [e] G ܬܫܡܫܬܗ — [f] F ܒܡܫܐܬ ܟܬܒܐ — [g] F ܬܩܘܡ ܕܬܫܡܫ

ܗܐ ܡܠܒܫ ܠܗ̇ ܠܡܟܝܟܬܐ ܐܣܟܡܐ .
ܚܒܪܐ[a] ܕܚܠܝܨܘܬܐ . ܕܬܕܘܫ ܘܬܪܥ[b] .
ܦܘܢܩܐ ܘܦܚܙܐ . ܕܐܝܬܝܗܘܢ .
ܬܢܝܢܐ ܟܣܝܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܨܘܡܐ .
ܠܚܘܐ ܕܬܙܟܐ ܠܚܘܝܐ ܡܢ ܢܟܠܘܗܝ ܀
ܗܐ ܨܘܡܐ ܡܙܟܝܢܐ .
ܕܥܘܠܐ ܘܫܒܪܐ ܡܚܣܪ ܡܢ ܠܚܡܐ .
ܐܘ ܠܡܣܟܢܘ ܕܒܝܫܐ . ܕܐܦ ܥܠܝܡܬܐ .
ܢܚܬܢ ܥܡܗ ܠܐܓܘܢܐ .
ܗܐ ܛܥܝܢ ܨܘܡܐ ܟܠܝܠܐ ܟܣܝܐ .
ܘܩܐܡ ܘܡܦܠܓ ܠܟܢܫܐ ܕܨܝܡܐ .
ܗܐ ܡܝܠܠ ܒܝܫܐ ܟܕ ܚܙܐ .
ܡܫܪܝܬܐ ܕܢܨܝܚܬܐ .
ܢܬܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܝܚܝܕܝܐ .
ܕܙܟܐ ܒܨܘܡܐ ܘܥܒܕ ܐܦ ܠܐܬܠܝܛܘܗܝ ܀
ܗܐ ܨܘܡܐ ܡܨܒܬܢܐ .
ܩܪܐ ܠܡܣܢܝܢܐ . ܕܨܒܬܘܗܝ ܢܣܒ ܠܗ̇ .
ܗܐ ܕܡܥܘܗܝ ܪܕܝܢ .
ܢܫܝܓ[c] ܨܘܐܢ . ܘܢܚܘܪ[d] ܟܘܡܝܢ .
ܒܟܣܝܘ ܟܣܝܐ ܐܣܛܠܐ ܫܘܒܚܐ .
ܘܡܢ ܩܛܡܗ ܦܐܚ ܕܚܠܝܘܬܐ[e] .
ܬܘ ܣܢܝܐ ܐܬܨܒܬܘ .
ܡܢ ܨܒܬܐ ܕܡܓܢ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܩܪܐ ܠܢ .
ܠܥܐܕܗ ܕܟܝܐ ܘܝܐܐ ܗܘ̇[f] ܘܫܦܝܪ ܀
ܒܣܘ ܒܢܬܐ ܡܫܒܚܬܐ .
ܨܒܬܐ ܘܦܘܢܩܐ . ܕܐܝܟ ܗܒܒܐ ܡܗܘܐ .
ܐܣܬܪ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܠܐܣܦܩܝܢ . ܨܒܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ .
ܘܕܦܪܨܘܦܗ̇ ܕܐܪܥܢܐ ܗܘܐ .
ܠܨܘܡܐ ܥܪܩܬ . ܘܐܝܬܝ ܢܗܘܪ ܠܗ̇ .
ܫܘܦܪܐ ܫܡܝܢܐ . ܘܙܝܘܐ ܪܘܚܢܐ .

Induit porro fœminam remissam habitu strenuitatis, ut conculcet et conterat delicias et dissolutiones, quæ sunt dracones occulti. Benedictus qui jejunium dedit Hevæ, ut vinceret fraudes serpentis.

7. Ecce jejunium triumphans quod pueros et infantes pane privat. O quanta est Mali abjectio, cum quo etiam puellæ in agonem descendunt. En jejunium occultas defert coronas et stans eas distribuit turbæ jejunantium. En ululat Malus videns castra nitentia. Demus gloriam Unigenito qui per jejunium triumphavit et victores effecit etiam athletas suos.

8. Ecce jejunium spiritualiter exornans nos etsi odio dignos vocat, ut ornamenta ejus assumamus. Ecce lacrymæ ejus erumpunt; abluamus sordes nostras et dealbemus maculas nostras induti occulta gloriæ stola, sacco scilicet jejunii, et cinere ejus dulcedinem spirante. Venite, o vos odio digni, ornamini ornamentis gratis. Benedictus qui vocavit nos ad festum ejus purum, decorum et pulchrum.

9. Contemnite, o gloriosæ puellæ, ornamenta et delicias in jejunio. Esther, quæ velut flos erat, ornamentum regium habebat, sed quia facies ejus terrena erat, confugit illa ad jejunium quod attulit ei pulchritudinem cœlestem splendoremque spiritualem; ingressa

[a] F ܚܒܪܐ — [b] F ܘܬܪܥܘܢ — [c] F ܢܫܝܓܘܢ — [d] F ܢܚܘܪܘܢ — [e] F ܕܚܠܝܘܬܐ ܢܫܒܐ — [f] F ܗܘ̇

ܥܠܬ[a] ܫܐܠܬ ܒܗ ܡܢ ܡܠܟܐ .
ܚܝܐ ܠܡܝܘܬܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܨܒܬ .
ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܒܨܘܡܐ ܨܠܘܬܐ ܘܫܗܪܐ ܀
ܫܘܛܘ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܥܠܝ̈ܡܐ .
ܨܒ̈ܬܐ ܕܦܓܪܟܘܢ . ܒܙܒܢܐ ܕܨܘܡܟܘܢ .
ܡܨܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܛܠܝ̈ܐ ܬܠܬܐ .
ܒܓܘ ܒܒܠ ܕܟܠ ܨܒ̈ܬܐ ܢܠܒܫܘܢ .
ܕܕܗܒܐ ܫܛܘ ܗܘܘ .
ܐܝܟ ܕܕܗܒܐ ܫܕܐ ܐܢܘܢ ܢܟܝܠܐ .
ܒܓܘ ܟܘܪܐ ܕܢܘܪܐ[b] . ܨܝ̈ܡܐ ܫܘܦܪܐ ܒܟܘܪܐ
ܐܝܟ ܕܕܗܒܐ ܒܚܝܪܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܨܘܡܐ .
ܕܢܡܪܩ ܗܘܢܢ ܕܚܠܐ ܡܢ ܫܘܚܬܗ ܀
ܗܐ ܨܘܡܐ ܡܚܕܝܢܐ .
ܕܡܢܗ ܕܒܦܝܣܐ . ܢܡܘܣܐ ܡܬܚܝܠ .
ܝܘܢܢ ܓܝܪ ܟܕ ܗܘܐ .
ܐܝܟ ܕܝܢܐ . ܘܚܝܒܬܐ ܟܪܙ[c] ܗܘܬ .
ܓܒܬ ܠܗ ܨܘܡܐ ܝܕܥ ܦܘܪܣܐ .
ܣܢܐ ܓܝܪ ܢܟܠܐ .
ܥܠ ܫܠܝܐ ܘܡܠܠ ܒܫܬܩܗ ܙܟܐ .
ܘܙܟܐ ܠܝܘܢܢ ܘܦܘܩܕܢܐ .
ܫܘܒܚܐ ܠܚܢܢܐ ܕܬܩܢܗ .
ܦܘܡ ܓܘܐ ܕܨܘܡܐ ܢܒܥܐ ܚܝܒܐ[d] ܀
ܗܐ ܐܦ ܡܪܢ ܒܪܝܟܐ .
ܘܡܘܫܐ ܘܐܠܝܐ . ܕܫܘ ܐܘܪܚܐ ܕܨܘܡܐ .
ܘܟܕ ܡܫܚܘ ܘܛܟܣܘ . ܐܘܪܚܐ ܠܡܚܝܠܐ .
ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ ܪܗܛܘ ܒܗ .
ܕܚܝܠܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܟܝܢܐ .
ܠܐ ܡܣܝܒܪ ܠܚܡܐ ܘܡܐܟܘܠܐ ܟܝܢܐ .
ܚܝܠܐ ܫܘܪ ܒܚܝܠܗ .

ad regem, ipsa ab eo petiit vitam morituris[1]. Benedictus rex qui Ecclesiam sanctam ornavit jejunio, oratione et vigilia.

10. Spernite etiam, vos juvenes, corporis ornamenta tempore vestrorum jejuniorum. Poterant tres pueri in media Babylone omnia induere ornamenta. Quia aurum spreverant, Fraudulentus ut aurum projecit eos in fornacem ignis. Jejunatores in fornace pulchritudinem adepti sunt auri probati. Benedictus qui dedit nobis jejunium, ut a gulæ rubigine mundaret nostram mentem.

11. Ecce jejunium lætificans quo persuasio lege fit fortior. Jonas quippe ut judex clamabat et Niniven ream proclamabat. Illa elegit sibi jejunium. Jejunium vias consequendi novit, odit autem dolos; ingressum locutum est, suo silentio vicit Jonam regisque decretum. Gloria misericordiæ quæ os commune jejunii disposuit ut rogaret pro reis.

12. Ecce etiam benedictus Dominus Deus noster ac Moyses et Elias triverunt viam jejunii et, postquam illam mensurassent ac disposuissent pro infirmis, ipsi, nulla observata meta, per eam incesserunt, quia virtus, quam natura non dat, non sustinetur pane et cibo naturali; strenue quippe salit

[1] *Esther*, V, 1, sqq.

[a] F ܥܠܬ — [b] F ܢܘܪܐ — [c] F ܘܚܝܒܬܐ ܢܝܢܘܐ ܗܘܬ — [d] F ܚܛܝܐ

ܠܐܘܪܚܐ ܘܠܐܘܣܛܢܘܗܝ .
ܢܬܠ ܫܘܒܚܐ ܒܨܘܡܐ .
ܠܚܢܢܐ ܕܝܗܒ ܙܝܢܐ ܠܡܚܝܠܘܬܢ ܀
ܐܝܢܐ ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ .
ܡܫܟܚ ܕܢܫܬܒܩ . ܠܡܢ ܕܙܟܐ ܠܟܪܣܗ .
ܨܘܡܐ ܓܝܪ ܕܝܘܡܐ ܩܠܝܠ[a] ܗܘ ܡܟܝܠ .
ܘܐܓܪܗ ܣܓܝܐ ܗܘ .
ܛܢܘ ܥܫܝܢܐ ܢܦܩܘ ܫܒ̈ܘܥܐ ܘܡܦܪܢܣܐ[b] .
ܘܢܦܩ ܦܠܓܗ ܫܒܘܥܐ .
ܠܐ ܢܬܟܠܝܘܢ ܐܦ ܡܚܝܠܐ .
ܡܢ ܫܥܐ ܙܥܘܪܐ ܕܝܘܡܐ[c] .
ܢܬܠ ܫܘܒܚܐ ܠܝܚܝܕܝܐ .
ܕܒܟܠ ܟܝܠܝܢ ܨܒܐ ܕܢܚܐ ܠܟܠ ܐܢܫ ܀

VIII.

ܐܚܪܬܐ ܕܩܠܗ ܗܢܐ ܝܪܚܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ
ܠܢ ܙܝܢܐ ܕܢܩܪܘܒ ܒܗ ܒܣܛܢܐ ܀

ܒܪܝܟ ܒܪ ܡܠܟܐ ܕܝܗܒ ܠܢ ܙܝܢܐ ܕܒܗ ܢܬܟܬܫ .
ܥܡ ܣܛܢܐ ܣܢܝܐ ܕܐܢܫܐ .
ܕܚܣܡ ܒܐܕܡ ܘܣܢܐ ܠܒܢܘܗܝ .
ܒܨܘܡܐ ܠܘܩܒܠܗ ܢܩܪܒ ܕܢܙܟܝܘܗܝ ܒܚܝܠܗ ܕܝܚܝܕܝܐ ܀

ܩܫܬܐ ܗܘ ܨܘܡܐ ܕܓܐܪܐ ܢܩܒܝܢ ܠܒܝܫܐ ܡܢܗ .
ܕܒܗ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܪܝܫ ܙܟܝܐ .
ܙܟܐ ܠܣܛܢܐ ܒܗ ܐܓܘܢܐ .
ܢܡܘܣܐܝܬ ܠܐ ܩܛܝܪܐܝܬ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܀

ܒܥܕܢ ܕܒܗ ܚܒ ܐܕܡ ܒܢܟܠܗ ܕܚܘܝܐ .
ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܐܛܥܝ ܒܦܓܪܗ .

et prætergreditur viam ejusque mansiones. Demus per jejunium gloriam misericordiæ quæ arma largita est infirmitati nostræ.

13. Quamnam excusationem ad obtinendam condonationem invenire poterit ille qui ventri succumbit? Jejunium enim diei breve quid est et multam habet mercedem. Æmulamini, o strenui, exierunt jam hebdomades cum subsidiaria exiit et dimidia hebdomas, ne priventur etiam debiles brevi diei momento. Demus gloriam Unigenito qui voluit omni mensura omnes homines vivificare.

VIII.

Alius hymnus (ad tonum) : Hic est mensis[1]. Responsorium : Benedictus qui dedit nobis arma quibus Satanam impugnemus.

1. Benedictus filius regis qui dedit nobis arma ad impugnandum satanam hominum inimicum, qui Adæ invidit et ejus filios odio prosecutus est. Jejunio adversus eum dimicemus, ut eum vincamus per virtutem Unigeniti.

2. Jejunium arcus est cujus sagittæ perfodiunt Malum. Per jejunium Christus princeps factus est triumphantium ; in hoc certamine Satanam vicit rite, non violenter, sicut Deus.

3. Quia Adamus in Eden fraude serpentis in initio seductus corpore

[1] Sic incipit hymnus quartus de Nativitate Domini, Opp. Syr-lat. II, 414. Vid. supra, col. 520 et t. I, 5, n. a.

a F ܩܠܝܠ — b F ܘܡܦܪܢܣܐ — c F om. ܕܝܘܡܐ

ܘܝܚܝܕܝܐ ܟܕ ܐܠܗܐ ܗܘ .
ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܒܨܘܡܐ ܐܦܪܟ ܘܙܟܝܗ ܠܒܝܫܐ ܀

ܡܛܠ ܕܐܬܡܟܟ ܘܗܘܐ ܐܢܫܐ ܡܛܠ ܐܢܫܐ .
ܨܡ ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܟܕ ܐܠܗܐ ܗܘ .
ܘܙܟܐ ܠܒܝܫܐ ܒܨܘܡܐ ܕܟܝܐ .
ܘܗܘܐ ܕܡܘܬܐ ܠܟܠ ܓܢܒܪܐ ܕܢܕܡܘܢ ܒܗ ܀

ܠܘ ܥܡ ܚܝܠܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܐܦܪܟ ܒܝܫܐ .
ܐܠܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܥܡ ܒܪܢܫܐ .
ܦܫܝܛܐ ܐܦܪܟ ܒܗ ܒܕܚܠܐ ܗܘܐ .
ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܐܝܟܢ ܢܦܩ ܡܢ ܐܓܘܢܗ ܀
ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܡܪܚ .
ܢܦܪܟ ܥܡܗ ܟܕ ܠܐ ܬܟܝܠ ܗܘܐ .
ܕܐܝܟܢܐ ܗܘ ܚܪܬܐ ܕܗܘܝܐ ܠܟܬܫܐ .
ܡܢ ܐܓܘܢܐ ܒܪܫܗ ܐܡܪܚ . ܘܙܟܝ ܘܐܬܟܫܠ ܀

ܒܙܝܢܐ ܕܒܗ ܙܟܐ ܐܕܡ ܒܥܕܝܢ ܒܗ ܙܟܐ ܡܪܢ .
ܒܪܓܬ ܦܐܪܐ ܙܟܐ ܗܘܐ ܐܕܡ .
ܒܨܘܡܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܡܐܟܘܠܬܐ .
ܒܗ ܙܟܐ ܡܫܝܚܐ ܠܒܝܫܐ . ܕܐܛܥܝ ܒܗ ܡܐܟܘܠܬܐ ܀

ܒܨܘܡܐ ܘܫܗܪܐ . ܦܓܪܐ ܡܬܪܟܟ ܡܢ ܥܫܝܢܘܬܗ .
ܘܡܬܟܒܫܝܢ ܐܟܚܕܐ ܟܠܗܘܢ ܚܫܘܗܝ .
ܕܐܝܟ ܬܢܢܐ ܒܦܓܪܐ ܣܠܩܝܢ .
ܒܨܘܡܐ ܢܝܚܝܢ ܐܦ ܫܬܩܝܢ . ܐܦ ܡܫܬܠܝܢ ܀

ܒܕܡܘܬ ܩܝܣܐ ܕܡܬܪܡܝܢ ܠܢܘܪܐ ܡܪܒܝܢ ܫܠܗܒܝܬܗ .
ܗܟܢ ܦܓܪܐ ܒܡܐܟܠܐ ܘܡܫܬܝܐ .
ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܡܫܬܠܗܒ ܗܘ .
ܚܫܘܗܝ ܬܢܢܝܢ . ܘܡܟܡܪܝܢ ܠܗܘܢܐ ܒܣܪܝܘܬܐ ܀
ܢܪܚܡ ܐܚܝ ܠܨܘܡܐ ܕܦܐܪܐ ܕܕܟܝܘܬܐ ܡܣܓܐ .
ܒܗ ܓܝܪ ܗܘܢܐ ܘܢܦܫܐ ܢܗܪܝܢ .
ܘܒܗ ܚܘܫܒܐ ܫܦܝܪܐ ܗܘܝܢ .

victus fuit, idcirco Unigenitus, quum Deus esset, factus est homo et jejunio corporali impugnavit ac vicit Malum.

4. Quia humiliavit se ut homo fieret propter hominem, jejunavit ut homo, quamvis Deus esset; jejunio mundo vicit Malum et omnibus strenue militantibus factus est forma quam imitentur.

5. Maledictus certamen iniit non cum potentia divina Unigeniti, sed quasi cum homine simplici, impugnavit eum cum metu, quia nesciebat quisnam foret certaminis exitus.

6. Malus cernebat eum ut hominem; idcirco ausus est cum eo pugnare, etsi haud esset securus quisnam foret certaminis finis; igitur audax pugnavit, sed victus ac prostratus fuit.

7. Armis quibus Adam in Eden victus fuit vicit Dominus noster. Desiderio fructus victus fuit Adamus; jejunio cibum removente vicit Christus Malum qui hominem per cibum seduxerat.

8. Jejunio et vigilia corporis violentia emollitur, simul et refrænantur omnes ejus passiones quæ velut fumus e corpore ascendunt. Passiones jejunio quiescunt, silent et sedantur.

9. Sicut ligna in ignem projecta ejus flammas adaugent, sic corpus per cibum et potum veluti inflammatur; passiones ejus fumant et fœtore mentem perturbant.

10. Diligamus, fratres, jejunium quod fructus puritatis multiplicat; per illud enim mens et anima nitidæ redduntur, per illud cogi-

ܒܗ ܐܦ ܙܘ̈ܥܐ ܛܒܐ ܒܠܒܐ ܡܢܗ ܡܬܝܠܕܝܢ ܀

ܒܚܝܪ ܨܘܡܐ ܠܕܪܚܡ ܠܗ ܒܦܪܘܫܘܬܐ .
ܕܚܝ̈ܠܘܬܐ ܕܢܦܫܐ ܒܗ ܡܬܚܝܠܢ .
ܘܥܘܬܪ̈ܐ ܠܦܓܪܐ ܒܗ ܗܘ ܣܓܝܢ .
ܘܟܠܗܘܢ ܐ̱ܢܫܐ ܒܗ ܡܙܕܡܢܝܢ ܠܓܢܘܢ ܚܝ̈ܐ ܀

ܗܒ ܠܢ ܡܪܝܐ ܕܒܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܕܟܝܘܬܐ ܕܠܒܐ .
ܥܡ ܚܘܫܒ̈ܐ ܨܦܝ̈ܐ ܕܒܗܘܢ .
ܕܒܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ .
ܒܪܘܗܛܐ ܫܠܝܐ ܢܘܕܘܢ ܠܟ ܡܪܝ . ܥܠ ܡܘܗܒܬܟ ܀

IX.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠܐ ܡܘܬܒܐ ܠܟ ܡܪܝ ܫܘ̄ ܠܟ
ܕܒܨܘܡܟ ܓܢܒܪ̈ܐ ܙܟܝܢ ܀

ܨܘܡܐ ܙܝܢܐ ܗܘܐ ܝܗܒ .
ܕܒܗ ܡܬܬܠܚܡܝܢ ܓܢܒܪ̈ܐ ܙܟܝܢ .
ܒܐܬܘܢܐ ܚܙܝܬ ܚܝܠܗ . ܒܓܘܒܐ ܙܟܘܬܗ .
ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܘܫܠܗܒܝܬܐ .
ܙܟܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܦܘܡ ܡܪܗ ܀

ܚܕ ܨܝܡܐ ܒܚܣܡܐ .
ܒܓܘܒܐ ܠܚܝܘ̈ܬܐ ܐܫܬܕܝ .
ܡܢ ܪܝܚܐ ܕܨܘܡܗ . ܕܚܠܬ ܐܪ̈ܝܘܬܐ .
ܘܐܪܟܢ ܩܕܡܘܗܝ ܪ̈ܫܝܗܘܢ .
ܕܢܢܫܩܘܢ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܒܚܘܒܐ ܀

ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܚܣܝ̈ܢܐ .
ܡܪ̈ܘܚܐ ܕܠܛܪܦܐ ܢܗܡܝ .
ܝܠܦܘ ܗܘܘ ܨܘܡܐ . ܒܓܘܒܗ ܕܨܝܡܐ .
ܘܐܝܟ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܡܗܝ̈ܡܢܐ .
ܠܗܘ ܪܒܐ ܒܪ̈ܢܘܗܝ ܝܩܪܘܗܝ ܀

tationes puræ fiunt, per illud motus boni in corde oriuntur.

11. Probanda res est jejunium illi qui cum prudentia illud diligit; etenim per illud animæ virtus firmatur, divitiæ corporis augentur, omnesque homines ad vitæ thalamum invitantur.

12. Largire nobis, Domine, per jejunium purum puritatem cordis, mundas cogitationes quibus anima simul cum corpore in pacifico vitæ cursu tibi de tuo dono gratias agat.

IX.

Alius hymnus[1]. Responsorium : Gloria tibi, Domine, gloria tibi, quia per jejunium tuum strenui triumphant.

1. Jejunium arma subministrat victoriosa quibus strenui semper triumphant. In fornace cernitur mira ejus vis, in lacu ejus triumphus. Leones et flamma eo devicta fuerunt ex jussu Domini.

2. Unus jejunator per invidiam in lacu feris objectus est[2]; odor ejus jejunii metum incussit leonibus qui inclinarunt capita sua coram eo, ut pedes ejus amanter oscularentur.

3. Leones fortes ac feroces qui ad prædam rugiebant jejunium didicerunt in lacu jejunatoris, et veluti discipuli fideles effectæ feræ eum ut suum magistrum veneratæ sunt.

[1] Stropha videtur confecta ad tonum « Pater scripserat Epistolam. » Vide supra col. 605. Hic tamen et illic versus octo syllabas habet e mendis forsan librariorum.

[2] Cfr. *Dan.* VI, 16, sqq.

ܝܠܦܘ ܨܘܡܐ ܚܝܘܬܐ .
ܕܠܐܢܫܐ ܐܟܘܠܘܬܗ̇ ܢܚܘܣ .
ܘܐܢ ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܨܡܘ ܥܡ ܕܢܝܐܝܠ .
ܟܡܐ ܚܝܒܝܢ ܦܪ̈ܘܫܐ .
ܕܨܘܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܢܝܩܪܘܢ ܀
ܛܠܝܬܐ ܐܣܬܝܪ ܨܡܬ ܗܘܬ .
ܘܠܗܡܢ ܙܩܦܬ ܘܐܘܒܕܬ .
ܕܢܐܠܦܘܢ ܨܝ̈ܡܐ . ܕܒܨܘܡܐ ܕܛܪ̈ܘܢܐ .
ܡܫܟܚ ܨܘܡܐ ܕܢܬܒܪ .
ܢܪܗܛ ܠܗ ܟܠ ܐܢܫ ܒܚܘܒܐ ܀
ܐܠܦܘ ܨܘܡܐ ܠܒܒܠܝ̈ܐ .
ܕܢܝܐܝܠ ܘܐܣܬܝܪ ܘܡܘܪܕܟܝ .
ܕܒܨܘܡܐ ܡܟܟܘ ܪ̈ܝܫܐ ܥܫܝ̈ܢܐ .
ܘܗܘܘ ܛܘܦܣܐ ܫܦܝܪܐ .
ܠܫܪ̈ܒܬܐ ܘܠܥ̈ܡܡܐ ܟܠܗܘܢ ܀
ܢܘܪܐ ܡܢܗ ܐܬܙܟܝܬ .
ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܚܙܬܗ ܕܠܗ ܚܝܠܐ .
ܐܦ ܐܪ̈ܝܘܬܐ ܘܗܡܢ ܥܘܠܐ .
ܟܘܦܐ ܪܡܐ ܐܬܡܟܟܘ .
ܕܒܨܘܡܐ ܚܕܝܢ ܒܗ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܀
ܐܦ ܐܬܘܢܐ ܐܦ ܓܘܒܐ .
ܘܩܝܛܘܢܐ ܕܛܠܝ̈ܬܐ ܢܟܦܬܐ .
ܗܘܘ ܦܝܪ̈ܡܐ ܓܒܝ̈ܐ . ܠܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ .
ܢܦܩܘ ܡܢܗܘܢ ܨܝ̈ܡܐ .
ܘܗܐ ܢܨܚܝܢ ܒܥܠܡܐ ܙܝܢܝ̈ܗܘܢ ܀
ܬܠܬܐ ܩܡܘ ܗܘܘ ܒܐܬܘܢܐ .
ܕܒܢܝܢܐ ܬܠܬܐ ܡܫܬܡܠ .
ܗܘ ܪܘܚܐ ܘܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܠܬܠܬܐ .
ܘܐܢ ܡܬܟܫܪ ܨܝܡܐ .
ܪܒܝܥܝܐ ܠܥܘܕܪܢܗ ܡܫܬܠܚ ܀
ܚܙܝ ܥܠܡܐ ܕܐܬܘܢܐ ܗܘ .
ܘܠܢܘܪܐ ܦܚܡ ܠܪܓܬܐ .
ܕܠܬܠܬܐ ܕܫܘܝܢ ܕܢܙܟܐ ܠܐ ܡܨܝܐ .
ܪܒܝܥܝܐ ܦܪܩܠܝܛܐ .
ܠܚܝܠܐ ܕܨܝܡ ܡܫܬܠܚ ܀

4. Didicerunt jejunium feræ, adeo ut earum gulositas homini parceret. Quod si leones cum Daniele jejunaverunt, quanto magis debent sapientes jejunium Christi honorare.

5. Adolescentula Esther jejunavit et Aman cruci affixit ac perdidit, ut discerent jejunatores jejunio vim tyrannorum infringi posse. Recurrat unusquisque ad jejunium cum amore.

6. Babylonios jejunium edocuerunt Daniel, Esther et Mardochæus, qui jejunio humiliarunt vertices fortissimos et pulchrum præbuerunt exemplum cunctis tribubus et populis.

7. Ignis a jejunio victus est et flamma ad ejus aspectum vi destituta est, etiam leones et nefarius Aman, vertex fortissimus, humiliati sunt. Jejunii amatores eo delectentur.

8. Fornax, lacus et castæ puellæ cubiculum electa veluti thuribula fuerunt ad suffitum suavem. Exinde jejunatores victores egressi sunt, et ecce eorum arma in mundo illustria sunt.

9. Tres stabant in fornace: tribus quippe homo perficitur : spiritu, anima et corpore. Si strenue agat jejunator, quartus in auxilium ejus mittitur.

10. Aspice mundum, fornax est; igni compara concupiscentiam; quia impossibile est ut tres hisce æquales vincamus, strenuo militi quartus mittitur Paracletus.

ܩܘܡ ܨܝܡܐ ܐܬܟܢܫ .
ܡܢ ܦܘܕܐ ܘܦܘܠܓܐ ܟܠܗܘܢ .
ܘܗܘܝ ܚܕ ܟܠܟ . ܟܣܝܐ ܐܦ ܓܠܝܐ .
ܦܓܪܟ ܢܦܫܟ ܥܡ ܪܘܚܟ .
ܕܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܟ ܬܥܕܪܟ ܀

ܩܕܝܫܘܬܐ ܠܦܓܪܐ ܗܒ .
ܘܠܢܦܫܐ ܪܚܡܐ ܡܪܝܡܐ .
ܘܠܪܘܚܐ ܡܟܟ ܒܥܡܠܐ ܕܛܒ̈ܬܐ .
ܕܟܠܟ ܬܫܦܪ ܠܐܠܗܐ .
ܘܥܕ ܟܠܟ ܦܪܘܩܐ ܡܫܬܠܚ ܀

ܒܠܘܚܐ ܙܥܘܪܐ ܦܪܚܬܐ .
ܠܥܠ ܪܘܡܐ ܕܐܐܪ ܡܕܝܕܐ .
ܘܠܐ ܝܩܪ ܓܦܗ̈ . ܕܠܐ ܝܩܪ ܐܘܟܠܗ .
ܒܨܘܪ ܡܐܟܘܠܬܟ ܨܝܡܐ .
ܕܠܫܡܝܐ ܕܠܐ ܚܫܐ ܬܦܪܘܚ ܀

11. Surge jejunator, collige te ex erroribus et hæsitationibus ; sis tu omnino unus, occultus et manifestus corpore, anima et spiritu, ut gratia Domini tui adjuvet te.

12. Sanctitatem da corpori, animæ præbe amorem sublimem, spiritum humilia per laborem bonorum operum, ut totus placeas Deo, et ad totum te Salvator mittatur.

13. Parvo gubernaculo (?) avis, summo in aere, salit, et alarum pondere non gravatur quæ cibo non est gravata. Minue cibum tuum, jejunator, ut in cœlum absque dolore avoles.

X.

ܐܚܪܬܐ ܥܠ ܐܘܪܗܝ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܥܘܢܝܐ
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܙܝܢܐ
ܕܢܙܟܐ ܠܣܛܢܐ ܀

ܢܘܕܐ ܠܡܪܐ ܟܠ . ܕܗܘ ܢܦܬܚ ܦܘܡܢ .
ܕܢܫܒܚ ܢܪܝܡ . ܠܓܒܐ ܕܨܝ̈ܡܐ .
ܘܢܡܟܟܘܢ ܬܘܒ ܠܓܒܐ ܕܐܟܘ̈ܠܐ ܀

ܥܠ ܨܘܡܐ ܐܚ̈ܝ . ܡܠܠܬ ܘܐܘܪܒܬܗ .
ܘܐܝܟ ܚܝܠܝ ܨܒܬܗ . ܕܐܚܦܛ ܐܢܘܢ .
ܠܪ̈ܥܒܢܐ ܘܠܐܟܘ̈ܠܐ . ܕܢܗܘܘܢ ܨ̈ܝܡܐ ܀

ܠܐ ܡܬܒܢܐ ܒܝܬܐ . ܡܢ ܚܕ ܓܢܣ ܡܕܡ .
ܐܠܐ ܡܢ ܟܠ ܦܘܠܚܢ . ܗܝܟܠܐ ܡܬܨܒܬ .

Alius hymnus (ad tonum) : Edessa Mesopotamiæ[1]. Responsorium. Benedictus qui dedit nobis arma ad vincendum Satanam.

1. Laudemus Dominum omnium. Ipse aperiat os nostrum ad glorificandas et exaltandas partes jejunatorum, deprimendas vero partes gulosorum.

2. De jejunio locutus, fratres, magnificavi illud et secundum vires meas encomio ornavi, ad incitandum avidos et gulosos ut efficiantur jejunatores.

3. Non construitur domus ex una aliqua materia, sed e diversis rebus templum exornatur, ut præ-

[1] Tonus ad marginem indicatus est. Est autem idem ac ܐܝܢܘ ܕܝܢܝܐ ܪܘܚܐ et continet sex versus quinque syllabarum.

ܕܢܗܘܐ ܠܒܢܝܘܗܝ ܢܘܗܪܐ ܐܦ ܒܡܥܡܪܐ ܀

ܐܦܠܐ ܨܝܡܐ ܒܗ ܡܫܬܡܠܐ ܒܠܚܘܕ .
ܥܡ ܨܘܡܐ ܢܩܝܦ . ܐܦ ܫܘܦܪܐ ܐܚܪܢܐ .
ܕܒܗ ܡܬܛܐܒ . ܡܫܝܚܐ ܢܫܪܐ ܒܗ ܀

ܛܘܒܘܗܝ ܠܗܘ ܕܝܗܒ . ܒܫܘܦܪܐ ܕܕܘܒܪܘܗܝ .
ܡܥܡܪܐ ܕܟܝܐ . ܠܐܒܐ ܘܠܝܚܝܕܗ .
ܕܐܝܟ ܢܗܘܐ ܒܢܦܫܗ . ܗܝܟܠܐ ܠܐܠܗܐ ܀

ܝܠܦ ܨܝܡܐ ܕܒܚܟܡܬܐ .
ܬܒܢܐ ܢܦܫܟ . ܒܣܘܟܠܐ ܘܒܝܕܥܬܐ .
ܕܬܫܟܚ ܗܟܢܐ ܕܬܗܘܐ . ܡܥܡܪܐ ܕܒܟ ܢܫܪܐ ܀

ܩܒܝܠ ܛܒ ܨܘܡܐ . ܩܕܡ ܗܘ ܒܚܘܪ ܟܠ .
ܡܐ ܕܡܬܚܠܛ ܒܗ . ܡܟܝܟܘܬ ܢܦܫܐ .
ܘܚܘܒܐ ܕܥܡ ܡܪܢ . ܐܦ ܕܥܡ ܟܠܒܪܢܫ ܀

ܐܙܕܗܪ ܨܝܡܐ ܕܠܐ ܢܚܛܦܟ ܒܝܫܐ .
ܠܐܘܪܚܐ ܕܪܡܘܬܐ . ܘܢܗܘܐ ܥܡܠܟ ܣܪܝܩ .
ܕܗܟܢ ܥܕܐ ܢܟܠܐ ܠܡܘܒܕ ܨܝܡܐ ܀

ܠܘ ܒܠܠ ܕܨܐܡ ܐܢܬ . ܢܛܥܝܟ ܕܬܫܬܒܗܪ .
ܥܠ ܐܚܘܟ ܕܐܟܠ . ܕܚܠ ܠܦܘܠܘܣ .
ܕܗܘ ܡܟܣ ܠܗܕܐ . ܒܟܐܐ ܡܟܣܢܝܬ ܠܟ ܀

ܗܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܐܟܠ . ܠܐ ܢܕܘܢ ܠܗܘ ܕܐܟܠ .
ܚܙܝ ܨܝܡܐ . ܕܠܐ ܦܩܝܕ ܐܢܬ ܕܬܕܘܢ .
ܐܠܐ ܕܒܦܪܨܘܦܟ . ܕܡܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܬܗܘܐ ܀

beat ædificatoribus suis domicilium et habitationem.

4. Neque jejunator solo jejunio perfectus fit; cum jejunio conjungendæ sunt aliæ virtutes, ut in jejunatore sibi complaceat et habitet Christus.

5. Beatus ille qui pulchra sua agendi ratione præbuit Patri ejusque Unigenito mundum habitaculum, ut in anima sua tamquam in templo suscipiat Deum.

6. Disce, jejunator, in sapientia, intellectu et scientia ædificare animam tuam, ut sic possis fieri habitaculum in quo Deus inhabitet.

7. Valde acceptabile fit jejunium coram omnium Scrutatore, quando conjungitur cum animæ humilitate et cum charitate erga Dominum nostrum et erga omnes homines.

8. Cave, jejunator, ne te rapiat Malus in viam superbiæ et fiat labor tuus vanus, quia sic solet Fraudulentus perdere jejunatores.

9. Non, quia jejunas, decipiat te, ut te efferas super fratrem tuum qui manducat. Timeas Paulum de hac re te cum reprehensione coarguentem :

10. « *Qui non manducat, non judicet eum qui manducat*[1]. Videas, jejunator, ecce non juberis judicare, sed in persona tua Deo assimilari.

[1] *Rom*. XIV, 3, 10.

XI.

ܐܚܪܢܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܒܩܠܐ ܒܪܝܟ ܕܝܗܒ ܠܢ
ܨܘܡܐ ܕܢܩܪܒ ܒܗ ܒܒܝܫܐ ܀

ܐܝܢܐ ܕܪܚܡ ܠܗ . ܠܨܘܡܐ ܒܨܒܝܢܗ .
ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܗܘܐ ܕܠܐ ܗܘ . ܡܕܡ ܕܠܗ ܪܚܡ .
ܘܐܝܢܐ ܕܒܥܩܬܐ . ܘܐܝܟ ܕܒܐܣܟܡܐ .
ܨܐܡ ܠܡܩܘܒܠܗ ܗܘ ܘܥܩܗ ܚܫܐ .
ܡܛܠ ܕܠܐ ܪܚܡܗ . ܠܨܘܡܐ ܓܘ ܠܒܗ .
ܘܠܐ ܡܨܐ ܕܢܪܓܫ ܠܗ . ܒܛܥܡܐ ܕܒܣܝܡܘܬܗ ܀

ܗܘ ܓܝܪ ܕܒܫܪܪܐ ܠܨܘܡܐ ܪܚܡ ܘܐܗܒ .
ܘܐܦ ܒܗ ܒܡܐܟܘܠܬܗ ܠܨܘܡܐ ܡܨܐ ܕܢܛܪܝܘܗܝ .
ܘܐܝܢܐ ܕܒܐܣܟܡܐ . ܐܘ ܠܒܪ ܒܥܩܬܐ ..
ܡܫܘܐ ܕܨܝܡ ܗܘ ܒܨܘܡܗ .
ܐܟܠ ܗܘ ܒܟܠܙܒܢ . ܨܘܡܐ ܕܨܒܝܢܐ .
ܕܗܢܘ ܕܡܬܩܒܠ . ܘܩܘܝܗ ܕܩܘܝܡܐ ܀

ܠܘ ܓܝܪ ܡܢ ܠܚܡܐ ܕܢܨܘܡ ܐܢܫ ܨܘܡܐ ܗܘ .
ܨܘܡܐ ܕܫܪܝܪ ܓܝܪ . ܗܘ ܕܢܨܘܡ ܡܢ ܒܝܫܬܐ ܗܘ .
ܕܒܗ ܗܘ ܕܢܨܘܡ ܠܚܡܐ . ܢܨܘܡ ܐܦ ܡܢ ܥܘܠܐ .
ܕܚܠܘ ܕܒܨܘܡܗܘܢ ܐܣܓܝܘ ܚܛܗܐ .
ܠܢܒܘܬ ܓܝܪ ܒܨܘܡܐ . ܩܛܠܘܗܝ ܒܢܝ ܥܘܠܐ .
ܘܫܡܠܝܘ ܒܫܡ ܨܘܡܐ . ܨܒܝܢ ܒܝܫܘܬܗܘܢ ܀

ܕܐܟܠ ܓܝܪ ܒܟܝܢܐ . ܢܐܟܘܠ ܘܢܣܬܒܥ .
ܠܐ ܚܛܐ ܟܕ ܕܢܐܟܘܠ ܒܡܫܘܚܬܐ .
ܕܢܐܟܘܠ ܕܟܝܢܐ ܗܘ ܘܕܢܨܘܡ ܕܚܐܪܘܬܐ ܗܘ .
ܒܨܘܡܐ ܫܒܝܚ ܫܘܒܚܐ ܘܥܡܠܐ .
ܒܡܐܟܘܠܐ ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ . ܥܡܠܐ ܘܠܐ ܢܝܚܐ .

XI.

Alius hymnus (ad tonum) Paradisi[1].
Responsorium : Benedictus qui dedit nobis jejunium quo Malum impugnemus.

1. Qui voluntate jejunium diligit, non potest esse sine suæ dilectionis objecto ; qui autem coacte et specietenus jejunat, jejunium repugnantiam ei atque molestiam affert, quia intus in corde non diligit jejunium nec gustu percipit ejus suavitatem.

2. Qui enim jejunium revera diligit et amat, etiam in comedendo jejunium observare potest ; qui autem externe tantum aut coacte se jejunatorem ostendit, ille est velut qui nunquam a cibis abstinet. Jejunium voluntarium illud est quod fit acceptabile et permanet.

3. Quod enim a pane abstineat quis, hoc non est verum jejunium, verum quippe jejunium est ut abstineat quis a malis, ita scilicet ut a pane simul et ab iniquitate abstineat. Timuerunt filii iniquitatis quia suo jejunio peccata multiplicaverant; proclamato enim jejunio Naboth occiderunt[2] et jejunii prætextu pravam suam voluntatem perfecerunt.

4. Quod enim vir naturaliter manducet et satietur, non peccat, modo modum non excedat. Quod manducet naturæ est, quod jejunet liberæ voluntatis est. In jejunio invenitur gloria et labor ; in cibo immoderato labor est et lassitudo,

[1] Vide supra col. 533, 573.

[2] *III Reg.* XXI, 9, sqq.

ܒܨܘܡܐ ܕܡܫܘܚܬܐ ܥܡܠܐ ܘܦܘܪܥܢܐ ܀

ܠܐ ܢܬܐܣܘܪ ܐܚܝ . ܒܚܘܒܐ ܕܡܐܟܘܠܬܐ .
ܕܠܐ ܢܬܓܠܙ ܐܚܝ . ܡܢ ܡܘܬܪ̈ܢܐ ܕܨܘܡܐ .
ܕܨܝܡܐ ܢܛܝܪ ܠܗ ܐܓܪܗ . ܕܓܥܪܐ ܚܬܝܡ ܕܝܢܗ .
ܒܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܓܝܪ ܥܠܡ̈ܐ ܡܬܦܪܥ .
ܕܥܒܕܐ ܗܘܐ ܠܟܪܣܐ ܒܓܥܪܗ .
ܘܒܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܘܐ . ܥܒܕܐ ܠܬܝܒܘܬܐ ܢܦܫܐ ܀

XII.

ܝܘܡܢܐ ܐܬܐ ܕܨܘܡܐ . ܩܕܡ ܐܬܠܝܛܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܩܪܒ . ܘܠܡܪܗܛ ܒܗ ܪܗܛܐ
ܟܢܫ ܘܐܝܬܝ . ܚܕܝܐ ܗܟܝܠ ܢܟܦܘܬܐ ∴
ܕܐܬܐ ܪܚܡܗ ܨܘܡܐ . ܘܬܪܘܙ ܩܕܝܫܘܬܐ ∴
ܕܐܬܐ ܚܒܝܒܗ . ܨܘܡܐ ܓܝܪ ܥܩܪܐ ܗܘ ܗܘ
ܕܡܬܩܒܠ ܒܗܘܢ ܦܐܪ̈ܐ ܩܕܝܫܬܐ . ܒܗ ܥܩܪܐ
ܕܢܟܦܘܬܐ . ܘܪܘܙܐ ܒܬܘܠܘܬܐ . ܘܚܕܝܐ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ.
ܨܘܡܐ ܗܘ ܕܐܡܝܢܘܬܐ : ܘܫܘܟܐ ܗܘ ܗܘ
ܕܝܐܝܘܬܐ : ܐܝܟ ܕܒܐܝܠܢܐ ܬܠܝܢ ܟܠܗܘܢ
ܦܐܪ̈ܐ ܒܨܘܡܐ ܠܗܠܝܢ ∴ ܘܒܗ ܚܕܝܢ ܐܝܟ ܦܐܪ̈ܐ
ܒܢܨܒܬܐ ∴ ܘܐܝܟ ܗܕܡ̈ܐ ܒܦܓܪܐ ∴ ܗܟܢ
ܐܦ ܕܘܒܪ̈ܐ ܫܦܝܪ̈ܐ : ܒܨܘܡܐ ܡܬܚܝܠܝܢ
ܘܡܬܩܝܡܝܢ . ܘܗܢܘܢ ܕܝܢ ܒܗܘܢ ܡܬܢܛܪ̈ܝܢ
ܠܗܘܢ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܒܣܪܐ ܡܬܪܕܝܣ ܒܡܠܚܐ
ܕܠܐ ܢܣܪܚ : ܘܢܦܫܐ ܒܗܕܡ̈ܐ ܕܠܐ ܢܫܬܪܘܢ
ܡܢ ܨܘܪ̈ܬܗܘܢ : ܗܟܢܐ ܐܦ ܨܘܡܐ : ܨܐܪ
ܠܟܠܗܘܢ ܦܘܪ̈ܫܐ ܕܚܐܪܘܬܐ ܕܠܐ ܢܛܥܘܢ .
ܨܘܡܐ ܕܝܢ ܚܝܠܬܐ . ܡܚܝܠ ܟܘܪ̈ܗܢܐ .

[1] Finis strophæ mendosus est ; deficit enim ultimis versibus mensura.

[2] Desumptus est hic sermo, quem minus recte hymnum appellavimus supra col. 644, e codice Musæi Brittannici 17,189 fol. 6-8. Is codex membranaceus scriptus est manu edessena sæc. V-VI, ut docet Wright, qui accurate codicem describit, *Catal. of Syriac manusc. in the Britūsh. Musœum*, p. 407.

in jejunio moderato labor et retributio.

5. Non devinciamur, fratres, amore cibi, ut non privemur commodis jejunii. Jejunatoris servatur merces, gulosi obsignatur judicium ; in utroque enim sæculo retribuitur qui gula servus est ventris. In hoc sæculo servus fit resipiscentiæ[1].

XII.

Hodie jejunii[2] certamen propositum est athletis fidei ; ad obeundum hunc cursum jejunium nos congregat et adducit. Gaudeat igitur castitas suum amatorem jejunium advenisse ; exultet sanctitas adesse dilectum suum. Jejunium enim radix est qua sustinentur omnes sanctitatis fructus. In hac radice crescit puritas, delectatur virginitas, gaudet patientia ; jejunium amicum constantiæ ramus est decoris ; in jejunio velut in arbore pendent omnes isti fructus, et in eo gaudent velut fructus in planta et membra in corpore ; sic jejunio virtutes roborantur et perseverant ; illo conspersæ conservantur, sicut caro sale conspergitur ut non corrumpatur, et sicut anima membra informat ne dissolvantur, ita jejunium omnes libertatis actus informat ut non infatuentur. Jeju-

Non exstant hujus sermonis nisi fragmenta. Textum absque translatione jam edidit Overbeek in Opere : *S. Ephrœmi syri, Rabulœ episcopi edesseni, Balœi aliorumque opera selecta*. Oxonii, 1865, p. 99-104. Visum est hæc fragmenta adjicienda esse hymnis S. doctoris de jejunio. Conferendus est etiam sermo græcus qui habetur, *Opp. græco-lat.* III, 22-23.

ܡܩܕܫ ܗܝܟܠܐ ܠܡܠܟܘܬܐ. ܪܒ ܚܝܠܐ ܚܝܠܬܢܐ
ܨܘܡܐ ܗܘ. ܒܗ ܡܕܩܪܐ ܢܟܦܘܬܐ ܠܦܚܙܘܬܐ
ܘܠܐ ܢܫܥܐ. ܒܗ ܟܒܫܐ ܩܕܝܫܘܬܐ ܠܗܕ̈ܡܐ
ܕܟܢܦܐ. ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܙܝܢܐ ܠܚܛܝܬܐ. ܒܗ
ܡܬܥܕܪܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ∴ ܕܢܩܝܡܘܢ ܢܦܫܗܘܢ
ܦܠܚܐ ܠܐܠܗܐ ܕܠܐ ܒܘܠܒܠܐ. ܘܗܝ̈ܟܠܐ ܠܪܘܚ
ܩܘܕܫܐ ∴ ܢܩܢܘܢ ܒܗܘܢ ܡܥܡܪܝܢ. ܘܐܝܟܢܐ
ܕܥܝܢܐ ܟܕ ܠܡܬܪܥܐ ܒܡܕܡ ܕܢܦܠ ܒܗ :
ܘܪܗܛܐ ܠܡܦܩܘܬܗ ∴ ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܕܥܗܘܢ
ܗܘܬ ܕܨܝܡܐ ܥܝܪܐ ܘܪܓܝܫܬܐ. ܘܡܠܝܐ ܕܐܦ
ܠܡܣܟܪ ܚܘ̈ܫܒܐ ܛܪܘܕܦ. ܘܐܦ ܠܡܦܩܐ
ܪ̈ܓܝܓܬܐ ܕܡܢ ܦܚܙܐ ܠܘܬܗ. ܘܠܟܠܝܐ
ܠܠܫܢܐ : ܕܠܐ ܢܡܠܠ ܡܠ̈ܐ ܕܠܐ ܚܫܚ.
ܘܠܡܛܪ ܥܝܪܐ ܒܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܥܡܪ.
ܒܗ ܬܡܢ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ. ܕܐܢ ܬܛܪܘܢ
ܦܓ̈ܪܝܟܘܢ ܡܢ ܟܠ ܛܘܠܫܐ. ܬܫܒܚܘܢ
ܠܐܠܗܐ ܒܦܓ̈ܪܝܟܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܛܠܝܘܬܗ
ܕܕܢܝܐܝܠ ܒܥܝܪܘܬܐ ....

... ܐ ܐܝܟ ܙܢܝܬܐ ܡܬܡܪܩܝܢ ܚܢܢ ܐܢ ܗܘ
ܕܒܥܘܠܐ ܐܬܛܢܦܢ : ܒܡܘܗ̈ܒܬܐ ܕܡ̈ܣܟܢܐ
ܐܝܟ ܙܟܝ. ܐܚܕܘ ܕܒܓܢ̈ܒܐ ܘܒܩܛ̈ܠܐ
ܐܬܚܒܠܢ. ܒܬܘܕܝܬܐ ܐܝܟ ܓܝܣܐ
ܠܪ̈ܚܡܐ ܡܫܬܘܝܢ. ܐܢ ܠܘܬ ܟܦܘܪܐ ܡܢ
ܡܚܝܠܘܬܐ ܢܦܠܢ. ܒܒܟܝܐ ܡܪܝܪܐ ܐܝܟ
ܫܡܥܘܢ ܡܫܬܟܚܝܢ ܚܣܝܐ. ܐܢ ܒܓܘܕܦܐ
ܢܦܠܢ. ܐܝܟ ܪܕܘܦܐ ܦܘܠܘܣ ܬܝܒܝܢ ܚܢܢ.
ܘܒܝ̈ܬܝܐ ܠܡܫܝܚܐ ܗܘܝܢ. ܐܢ ܠܘܬ ܒܝܫܘܬܐ
ܪܒܬܐ ܘܠܐ ܡܬܡܠܠܢܝܬܐ ܐܬܓܪܓܪܢ : ܟܕ
ܨܘܡܐ ܘܒܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ. ܐܝܟ ܢܝܢܘܝܐ ܡܢ
ܚܛܗܐ ܕܝܠ ܡܫܬܪܝܢ. ܐܝܟ ܠܗ ܐܣܬܗܕܘ
ܕܡܢ ܨܘܡܐ ܘܠܐ ܡܕܘܝܠ. ܘܡܫܪܝܐ ܕܚܛܗܘܢ

nium fugat impudicitiam, retondit libidines, sancta præbet templa regi (Christo); dux fortissimus est jejunium; per illud castitas confodit petulantiam, ut non lasciviat; per illud sanctitas comprimit inhonesta membra, ut non fiant arma peccati; per illud adjuvantur ii qui volunt se sistere Deo milites inconfusos et templa a Spiritu sancto inhabitata intra se possidere. Porro sicut oculus, si quid in ipsum incidit, illico advertit et festinat expellere, sic etiam mens jejunantium vigilans fit et sensu ac sollicitudine plena ad retundendas cogitationes odibiles, ad expellenda petulantia desideria, ad refrænandam linguam, ut non loquatur superflua ac inutilia, et ad observandas vigilias in templo in quo Deus habitat, sicut scriptum est: « si servaveritis corpora vestra ab omni macula, laudabitis Deum in corporibus vestris. » Si enim pueritia Daniel in vigilia (*deest folium*)...

2... Sicut peccatrix abstergimur. Si avaritia inquinaverimus nos, per dona pauperibus elargita, ut Zachæus condonationem meremur, si furtis et cædibus implicati fuerimus, per confessionem sicut latro digni misericordia efficimur; si in abnegationem ex infirmitate inciderimus per fletum amarum, ut Simon, indulgentiam obtinemus, si in blasphemiam lapsi simus, sicut persecutor Paulus, pœnitentiam agimus et Christo familiares efficimur; si in scelus magnum nec nominandum pertracti fuerimus, per jejunium et bona opera sicut

[illegible]

[illegible]

[1] *Marc* II, 17.

Ninivitæ a damnatione liberamur. Amor Domini nostri nobis præbet pharmacum invincibile quod nos liberat ab omnibus peccatis, sanat omnes infirmitates nostras, et inania reddit probra nostra. Hæc cogitantes ne relaxemus nos a certamine contra Satanam, sed si accidat ut cadant nonnulli e nobis, illico surgamus et culpas nostras aperte impugnemus, advocantes in adjutorium nostrum regem nostrum, qui prompte adjuvat sauciatos multis vulneribus. Quapropter dixit : « *Non indigent sani medico, sed qui male habent*[1]. » De hac tantum re irascitur, si quis tradat atque subjiciat animam suam tyranno. Ne ergo abjiciamus spem, etiamsi peccaverimus, sed studeamus opera præstare, et quia possibile non est ut a malis absolute liberemur, quia natura nostra offensa multiplicat, opera mala bonis compensemus....

3... multa, quæ sanant peccata : jejunium, oratio assidua..., misericordia, quæ non servat iram (?) contra illos qui in nos deliquerunt. Studiose utamur medicamentis illis proficuis, maxime autem conjungamus misericordiam cum jejunio. Facile enim, si virtutibus hisce utamur, maculas animæ nostræ curabimus. Ferentes xenia multa appareamus in die festo coram Deo nostro qui recipit dona quæ pauperibus dantur, et quod recipit millies retribuit bonis. Si inveniat nos peccatores, illico condonat ; si videat nos in afflictionibus, adjuvat et a mœrore liberat ; si infirmitate

[illegible]

[illegible]

[1] *Gal.* VI, 9.

detinemur, cito valetudinem nobis restituit. Ne nimium nobis indulgeamus ; intueamur mercatores et agricultores ; hi, nisi prius produxerint quod natum est ipsis emolumentum et lucrum in bonis suis afferre, nihil agunt ; necesse est enim agricultori ut educat ex horreo semen illudque in arva spargat et mercatori ut impendat pecuniam in mercaturam, si eam pluries duplicatam velit colligere. Semina igitur et tu pecuniam in pauperibus, ut in tempore opportuno, secundum verbum Pauli[1], metas eam, si negligens non fueris. Multis, etiam in hoc sæculo, magna lucra præbet misericordia. Una dumtaxat quam possidebat placenta, vidua illa Sareptæ, quæ recepit Eliam, expulit famem e domo sua, et, fame in satietatem mutata, e paupere dives facta est atque sine labore obtinuit quod nec divitibus nec pauperibus unquam datum fuit.... *(deest folium).*

4... Rea fuit ac gratia digna ; audax illa meretrix illico sponsa Christi facta est. Hanc igitur considerantes, festinemus omnes ad orationes : « *Omnis enim qui petit accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperitur*[2]. » Non erubescamus mulierem illam in exemplum assumere. Quæ antea vitio subjecta fuerat, pulchrum pœnitentiæ exemplum dedit ; quæ olim in exitium irretiebat, nunc ad salutem pertrahit ; quæ in peccatum olim inducebat, nunc ad justitiam nos rapit. Quis ex illis qui multum delique-

[2] *Matth.* VII, 8

ܡܬܬܦܢܝܢܐ ܠܟ . ܡܢܘ ܓܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܕܡܬܬܘܝܐ ܚܛܝܢ . ܕܗܐ ܟܐܒܐ ܕܦܓܪܐ ܠܐ
ܐܠܨܬܗ̇ ܠܡܥܪܩܘ . ܠܗ̇ ܓܝܪ ܟܐܒܐ
ܓܘܫܡܐ ܐܝܟ ܕܠܐܚܪ̈ܢܐ ܓܪܗ̇ ܕܢܬܟܬܫܘܢ ܥܡܗ
ܡܢ ܐܠܐ ܩܠܐ ܕܬܐܪܬܗ̇ . ܠܗ ܓܪܒܐ
ܕܓܘܫܡܗ̇ . ܐܠܐ ܟܘܬܡܐ ܕܢܦܫܗ̇ . ܠܗ
ܡܪܕܝܬܐ ܕܕܡܐ ܒܫܢܐ ܣܓܝܐܬܐ . ܐܠܐ
ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܚ̈ܛܗܝܗ̇ ܠܗ ܒܪܬܗ̇ ܕܢܦܨܐ
ܗܘܬ ܡܢ ܫܐܕܐ ܐܬܬ ܕܬܦܪܘܩ . ܐܠܐ ܠܢܦܫܗ̇ .
ܕܬܦܨܐ ܗܘܬ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܙܢܝܘܬܐ . ܒܟܐ̈ܒܐ
ܕܡܫܚܠܦܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܟܪܝܗܐ ܗܘܬ . ܗܢܘܢ
ܕܝܢ ܠܟܐܒ̈ܝܗܘܢ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܠܪ̈ܓܝܓܬܗ̇
ܕܬܐܣܐ ܡܣܬܪܗܒܐ ܗܘܬ . ܗܢܘܢ ܡܬܒܝܐܝܢ
ܗܘܘ ܕܢܬܚܪܪܘܢ ܡܢ ܟܘܪܗܢܐ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܡܢ
ܒܝܫܘܬܗ̇ . ܒܫܘܦܪܐ ܘܒܒܣܡ̈ܐ ܘܒܦܘܢܩܐ
ܡܬܦܢܩܐ ܗܘܬ . ܚܠܝܡܐ ܗܘܬ ܒܓܘܫܡܗ̇
ܫܦܝܪܐ ܕܐܦܝ̈ܗ̇ ܡܢ ܚܙܘܐ ܗܘܬ . ܪ̈ܚܡܐ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܐܝܬ ܗܘܘ ܠܗ̇ . ܦܠܚܐ ܕܝܢ ܕܟܠܝܘܡ ܗ̇ܘ
ܕܒܟܠܗܘܢ ܡܟܢܫܐ ܗܘܬ . ܟܠܗ̇ ܟܪܝܘܬܐ
ܘܡܐܢܘܬܐ ܡܢ ܐܢܬܬܐ ܡܚܕܝܐ ܗܘܬ ܐܠܐ ܕܝܢ
ܐܦ ܒܥܘܬܪܐ . ܣܓܝܐܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ .
ܒܟܐܒܐ ܪܒܐ ܚܫܒܐ ܗܘܬ ܠܗ̇ ܒܡܘܬܐ
ܕܕܒܪ̈ܘܗ̇ . ܘܠܐ ܫܠܝܬ ܡܢ ܕܒܟܝܐ ܘܐܬܢܚܐ .
ܟܕ ܡܢܫܩܐ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܡܪܢ ܥܕܡܐ ܕܢܣܒܬ
ܗ̇ܘ ܡܢ ܕܒܥܝܐ ܗܘܬ . ܒܗ̇ܘ ܬܪܥܝܬܐ ܐܦ
ܚܢܢ ܢܬܩܪܒ ܠܡܫܝܚܐ . ܗܘ ܕܟܠܗ ܨܒܝܢܗ
ܡܛܝܒܐ ܗܘܐ ܠܢ ܠܘܬ ܫܘܒܩܢܐ ܕܣܟܠ̈ܘܬܢ .
ܠܐ ܒܐܘܠܨ̈ܢܝܢ ܒܠܚܘܕ ܢܒܥܝܘܗܝ ܠܐܠܗܐ . ܕܠܐ
ܐܦ ܥܠܝܢ ܐܝܟ ܕܥܠ ܝܗܘܕ̈ܝܐ ܟܦܘܪ̈ܐ
ܬܬܐܡܪ . ܕܕܡܐ ܕܩܛܝܠܐ ܗܘܐ ܒܝܕܝܗܘܢ ܬܒܥܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܘܗܦܟܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܦܢܝܢ
ܠܘܬܗ . ܡܬܩܝܡܐ ܒܩܘܫܬܐ ܐܝܬܘܗ̇ ܘܒܚܘܒܗ
ܕܐܠܗܐ . ܗ̇ܘ ܕܐܡܝܢܐܝܬ ܢܪܚܡ ܠܐܠܗܐ . ܐܒܪܟ

runt, considerata hac muliere, non excitatur ad pœnitentiam? Etenim dolor corporis eam non coegit, sicut alios, ad confugiendum in Dominum nostrum, sed clamor conscientiæ; non eam coegit lepra corporis, sed macula animæ, non fluxus sanguinis quem a multis annis hæmorrhoissa patiebatur, sed multitudo peccatorum; non venit ut liberaret filiam suam a dæmone obsessam, sed ut salvaret animam suam a spiritu impudicitiæ possessam. Doloribus ab omnibus hisce diversis languebat. Hi ad infirmitates suas, illa ad libidines suas sanandas festinabat; hi curabant liberari a morbo, illa a sua nequitia. Decore, suavis odoribus, deliciis oblectata, corpore sana, visu et vultu decora, amatores multos habebat; lasciviæ emolumenta, quæ quotidie colligebat, a muliere omnem tristitiam ac socordiam arcebant, magna gaudebat opulentia; at magnum dolorem e pravis moribus percepit; non cessavit a fletu et gemitibus, osculans pedes Domini donec accepisset quod petebat. Eadem mente accedamus et nos ad Christum, cujus tota voluntas parata est ut ducat nos ad absolutionem culparum nostrarum; non in tribulationibus nostris precemur Deum tantum, ne de nobis dicatur quod de infidelibus Judæis dictum est: « Sanguinem illius qui occisus fuit ab eis expetebant et revertebantur ad eum. » Virtus consistit in veritate et in amore Dei; constanter diligamus Deum. « *Benedicam Dominum omni tempore*

ܠܗ ܓܝܪ ܠܫܘܒܚܐ ܒܟܠܙܒܢ. ܘܒܟܠܙܒܢ
ܠܬܫܒܘܚܬܗ ܒܦܘܡܝ ܀
ܘܬܘܒ ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܕܝܢܘܗܝ.
ܘܥܒܕܝܢ ܙܕܝܩܘܬܐ ܒܟܠܙܒܢ. ܠܘ ܥܠ ܨܒܘ̈ܬܐ
ܥܠܡܢܝܬܐ ܢܬܒܥܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܨܒܘ̈ܬܐ ܚܝ̈ܝܢ
ܘܦܘܪܩܢܢ ܢܬܟܫܦ ܠܐܠܗܐ. ܟܕ ܚܫܒܝܢ
ܕܡܢ ܟܠܗ ܥܘܬܪܗ ܕܥܠܡܐ ܡܝܬܪܐ ܙܕܝܩܘܬܐ
ܠܗܕܐ ܕܝܢ ܨܒܝܢܐ ܡܥܝ̈ܕܝ ܡܢܩܦܝܢ ܐܦ ܗܢܝܢ
ܛܒ̈ܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ. ܒܥܘ ܠܗ ܓܝܪ ܠܘܩܕܡ
ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܙܕܝܩܘܬܗ. ܘܗܠܝܢ
ܟܠܗܝܢ ܡܢ ܠܥܠ ܡܬܬܘܣܦܢ ܠܟܘܢ. ܠܐ
ܠܗܠܝܢ ܕܒܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ ܢܗܪܢ. ܘܠܐ ܗܘܝܢ
ܡܩܘܝ̈ܢ ܐܝܟ ܠܥܠܡ. ܥܡܢ ܗܠܝܢ ܕܠܥܠܡ
ܡܩܘܝܢ ܢܦܠܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܒܪ ܗܘܝܢ .....

semper laus ejus in ore meo[1]. » Et rursus : « *Beati qui servant judicia ejus et faciunt justitiam omni tempore*[2]. » Non pro rebus sæcularibus, sed pro vita et salute nostra Deum deprecemur, reputantes omnibus mundi divitiis præstare justitiam ; huic voluntati consueverunt adhærere cætera bona : « *Quærite primum regnum Dei et justitiam ejus et hæc omnia adjicientur vobis*[3]. » Ne adhæreamus iis quæ exiguo tempore splendent et non permanent semper apud nos, et excidamus ab iis quæ permanent in æternum.

XIII.

. . . . ܠܗ[a].
ܘܝܬܒ ܐܝܟ ܥܠ ܪܝܫ ܛܘܪܐ.
ܐܝܟܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܦܪܘܩܢ.
ܕܗܠܝܢ ܥܡ̈ܡܐ ܠܟ ܝܗܒ ܐܢܐ ܐܢ ܬܣܓܘܕ ܠܝ ܀

ܥܢܝܢܐ

ܫܘܒܚܐ ܠܒܪܐ ܕܐܬܐ ܕܢܒܥܐ ܐܒܝܕܘܬܢ ܀

ܟܕ ܩܡ ܒܝܫܐ ܘܐܪܝܡ ܪܫܗ ܕܟܦܝܦ ܗܘܐ ܚܙܐ.
ܟܠܝܠܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ.
ܕܫܒܩܘܗܝ ܒܫܘܝܛܘܬܐ. ܘܐܬܘ ܟܠܠܘܗܝ.
ܠܙܟܝܐ ܘܝܗܒܘ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ ܀

ܐܝܠܠ ܒܝܫܐ ܕܚܙܐ ܠܛܢܦܐ ܕܐܬܩܪܒܘ ܗܘܘ.

XIII.

1. Diabolus[4].... ascendens sedit in vertice montis eo in loco ubi Salvatori nostro dixerat : « *Omnes hos populos tibi dabo si adoraveris me*[5]. »

Responsorium : Gloria Filio qui venit ut genus nostrum perditum inveniret (ac ad ovile reduceret).

2. Restitit Malus, et, caput quod inclinaverat efferens, vidit coronam hominum qui eum cum contemptu deseruerunt et venientes coronarunt ejus victorem eique gloriam dederunt atque ad eum confugerunt.

3. Ululavit Malus, videns impuros

[1] *Psal.* 33, 2.
[2] *Psal.* 105, 3.
[3] *Matth.* VI, 33.
[4] Hic hymnus cum quatuor qui sequuntur descripti sunt e Musæi Brittannici cod. add. 14,571, anni 519, fol. 27-31. Deest 1us versus 1 strophæ.
[5] Stropha autem est ad tonum : ܗܘܝܘ ܡܢܝܐ Vid. supra col. 502, n. 2.
[a] Deest primus versiculus.

ܘܠܚܛܝܐ ܕܐܙܕܕܩܘ ܗܘܘ .
ܘܚܙܐ ܠܠܓܝܘܢ ܗܘ ܪܒ ܚܝܠܗ .
ܟܕ ܫܕܐ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܒܝܡܐ ܥܡ ܡܫܪܝܬܗ ܀

ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܙܟܝ ܗܘ ܪܚܡܗ ܕܡܢ ܩܕܡ .
ܬܘ ܥܫܝܩܐ ܣܒܘ ܢܟܣܝܟܘܢ .
ܐܣܟܪܝܘܛܐ ܐܢܝܚܗ ܩܠܝܠ .
ܕܚܪ ܘܚܙܝܗܝ ܟܕ ܓܢܒ ܗܘܐ ܡܢ ܦܘܪܣܐ ܀

ܐܚܕܘܗܝ ܗܘܘ ܕܝܢ ܚܒ̈ܠܐ ܟܪܝܐ ܐܝܟ ܝܠܘܕܬܐ .
ܕܐܦ ܡܢ ܥܡܡܐ ܚܙܐ ܠܐܘܫܥܢܐ .
ܕܩܪܝܢ ܠܝܚܝܕܝܐ ܒܐܘܫܥܢܐ .
ܐܠܠܝ ܕܚܙܐ ܕܠܘܬ ܥܡܡܐ ܫܕܐ ܐܦ ܙܠܝܩܘܗܝ ܀

ܚܙܐ ܗܘܐ ܛܘܦܣܐ ܥܡ ܣܘܥܪܢܐ ܥܝܠܐ ܘܥܡܡܐ .
ܛܥܢܗ ܒܐܪܙܐ . ܥܝܠܐ ܩܫܝܐ .
ܛܥܢܗ ܒܩܘܫܬܐ ܠܒܐ ܕܥܡܡܐ .
ܐܠܠܝ ܒܝܫܐ ܕܚܙܗ ܪܐܙܐ ܚܙܐ ܦܘܫܩܐ ܀

ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܥܡܡܐ ܕܟܕ ܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܐܘܫܥܢܝܗܘܢ .
ܘܐܪܓܫ ܕܐܬܐ ܢܘܗܪܐ ܕܥܡܡܐ .
ܘܘܝ ܚܕܪܘܗܝ ܡܢ ܟܠ ܓܒ̈ܝܢ .
ܡܚܢܘܩܬܐ ܕܐܣܟܪܝܘܛܐ ܚܣܝܪܐ ܗܘܬ ܀

ܫܘܦܪܐ ܡܫܒܚܐ ܒܝܢ ܣܢܐܘܗܝ ܚܘܝ ܙܗܝܘܬܗ .
ܫܡܫܐ ܒܪܝܟܐ ܢܚܬ ܡܢ ܪܘܡܐ .
ܘܒܝܢ ܟܦܘܪܐ ܦܪܣ ܙܠܝܩܘܗܝ .
ܓܙܐ ܡܠܝܐ ܒܝܢ ܛܠܘܡܐ ܦܠܓ ܥܘܬܪܗ ܀

ܝܘܡܐ ܕܗܠܝܢ ܗܘܝ ܒܗ ܫܘܐ ܗܘ ܕܢܬܟܠܠ ܗܘܐ .
ܝܪܚܐ ܕܗܠܝܢ ܗܘܝ ܒܗ ܡܫܒܚܐ ܗܘ .

[1] Cfr. *Luc.* VII, 26-33.
[2] Cfr. *Luc.* XVIII, 8.
[3] Cfr. *Joan.* XII, 6.

homines sanctificatos, peccatores justificatos, et Legionem sui exercitus ducem, se cum suo agmine, in mare projicientem[1].

4. Vidit etiam Zachæum, suum olim amicum, qui stabat clamans : « Venite, defraudati, reassumite opes vestras[2]. » Sed Iscariotes eum paululum recreavit, quum prospiciens Satanas vidit illum e collatione furantem[3].

5. Irruerunt autem in eum dolores acerbi veluti parturientium, quum vidit etiam populos ethnicos suis hosannis acclamare Unigenitum. Ululavit quod cerneret Unigenitum etiam ad gentes projecisse sui luminis radios.

6. Vidit figuram cum ipsa re, pullum asinæ[4] et gentes. Pullus duræ cervicis portavit Dominum in figura, cor gentium portavit eum in veritate. Ululavit Malus, videns figuræ conjunctam ejus expositionem.

7. Vidit gentes hosanna sua proferentes, et intellexit advenisse lumen gentium. Væ undique eum circumdederunt. Laqueus Iscariotæ defecit.

8. Pulchritudo gloriosissima ostendit suam venustatem inter osores suos ; sol benedictus, ex alto descendens, sparsit suos radios inter abnegatores ; thesaurus plenus distribuit suas divitias inter oppressores.

9. Dies qua hæc facta sunt digna est quæ coronetur ; mensis quo hæc

[4] Pullus asini designat Synagogam Judæorum juxta *Gen.* XLIX, 11. Ita interpretatur hanc vocem S. Melito in Clavi ap. Em. card. Pitra, *Analecta sacra* II, 92.

ܙܒܢܐ ܕܗܘܝ ܗܠܝܢ ܒܗ ܡܒܪܟܐ ܗܘ .
ܥܡܐ ܕܗܘܝ ܗܠܝܢ ܒܗ ܠܝܛܐ ܗܘ ܕܚܒܪܗ ܕܡܪܗ ܘܟܦܪܗ ܀

evenerunt eximius est, tempus quo hæc contigerunt benedictum est, populus in quo hæc facta sunt maledictus est, quia Domini sodalis fuit et eum abnegavit.

XIV.

ܒܪ ܩܠܗ ܀

II. Ejusdem toni.

ܠܥܠܡܐ ܦܘܡܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܠܟ ܡܪܝ .
ܗܘܝ ܒܪܝܬܐ ܐܝܟ ܣܦܘܬܐ .
ܘܗܘܐ ܫܪܪܐ ܐܝܟ ܠܫܢܐ .
ܘܗܘܐ ܥܡܐ ܕܝܣܪܝܠ ܚܪܫܐ ܘܟܦܪ ܫܘܒܚܐ ܀

1. Mundus os magnum factus est tibi, Domine : creaturæ labia fuerunt et veritas lingua ; populus autem Israel velut surdus fuit et gloriam negavit.

ܡܥܢܝܬܐ
ܒܡܠܐ ܕܟܠܢ ܢܦܩ ܫܘܒܚܐ ܠܡܪܐ ܕܟܠܢ ܀

Responsorium : Verbis omnium nostrum proferamus laudem nostro omnium Domino.

ܪܒܘ ܩܪ̈ܢܐ ܒܩ̈ܠܐ ܡܬܢ̈ܝܐ ܢܩܫܘ ܐܦ .
ܩܪܘ ܫܝܦܘܪ̈ܐ ܒܩ̈ܠܐ ܡܬܢ̈ܝܐ .
ܙܡܪܘ ܟܢܪ̈ܐ ܒܙܡܪ̈ܐ ܢܩ̈ܫܐ .
ܢܘܝ ܐܦ ܡܝ̈ܬܐ ܘܝ ܠܗ ܠܥܡܐ ܕܠܐ ܐܫܬܘܕܥܟ ܒܟ ܀

2. Buccinarum myriades iteratis vocibus clanxerunt, personarunt tubæ sonis repetitis, geminatis modulationibus citharæ psallerunt ; ipsi etiam mortui væ dixerunt populo qui te non agnovit.

ܦܫܝܛܐ ܐܝܕܐ ܕܗܘܐ ܐܚܕ ܘܢܣܒ ܣܘܟ̈ܐ ܕܙܝܬܐ .
ܚܓܝܪܐ ܕܐܣܝܗ ܗܘܐ ܠܗ ܐܠܗܐ .
ܘܫܘܪ ܩܕܡ ܥܝܠܗ .
ܚܪ̈ܫܐ ܘܐܠ̈ܡܐ ܫܘܒܚܐ ܝܗܒܘ ܠܗ ܒܐܘܫܥܢܝܗܘܢ ܀

3. Mancus manu extensa arripuit ramos olivarum, claudus a Deo sanatus clamans cœpit exsilire coram pullo ejus, surdi et muti gloriam dederunt ei in hosannis suis.

ܟܡܐ ܟܢܪ̈ܝܢ ܚܕ̈ܬܐ ܙܡܪܘ ܠܟ ܐܘ ܦܪܘܩܢ
ܚ̈ܝܐ ܕܐܣܝܬ ܐܦ ܟܢܪܐ .
ܫܠܝܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܫܘܒܚܐ ܝܗܒܘ ܠܟ .
ܒܠܚܘܕ ܢܝ̈ܡܐ ܕܥܡܐ ܟܢܪܗ ܕܫܠܝܘ ܗܘܘ ܀

4. Novæ citharæ nostræ, o Salvator noster, quantum psallerunt tibi. Vivi, quos sanasti, muta etiam mortuorum cithara laudem dederunt tibi. Chordæ tantum citharæ hujus populi mutæ fuerunt.

ܒܬܪ̈ܬܝܢ ܩܪ̈ܢܝܢ ܩܪܐ ܡܘܫܐ ܕܢܠܦ ܥܡܐ .
ܘܒܟܢܪܐ ܚܫܚ ܗܘܐ ܕܘܝܕ .
ܠܡܢܘ ܕܡܐ ܥܡܐ ܕܫܬܩ .
ܙܓ̈ܐ ܣܒ̈ܐ ܕܫܬܩܘ ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܡܪܗܘܢ ܀

5. Duabus tubis cecinit Moyses ut populum doceret, cithara usus est David. Cuinam assimilandus est populus qui tacebat ? Senes qui tacuerunt tintinnabula sunt quæ de laude siluerunt.

ܥܡܐ ܗܘ ܥܓܠܐ ܥܒܕܘ ܗܘܘ ܙ̈ܡܪܐ ܐܦ ܐܒܘ̈ܒܐ.
ܙܡܪ ܗܘ ܚܪܫܐ ܗܘܘ ܩܕܡܐ .
ܘܙܡܪ ܫܡܥ ܟܠ ܐܝܟ ܡܫܬܩܐ .
ܟܝܢܐ ܛܒܐ ܢܟܣܘ ܐܢܘܢ ܟܡܐ ܕܗܦܟܝܢ ܀

ܦܬܟܪܐ ܟܚܒܪܐ ܪܚܡܬ ܨܗܝܘܢ . ܘܐܟܢ ܠܡܩܪܝܘܗܝ .
ܒܠܒܐ ܒܛܢܬܗ ܕܐܝܕܐ ܥܒܕܬܗ .
ܘܕܣܓܕܬ ܠܗ ܡܪܐ ܥܒܕܬܗ .
ܘܕܙܢܬ ܒܗ ܒܥܠܐ ܩܪܬܗ ܠܣܢܐ ܟܠܗ ܀

ܠܡܢܘ ܬܕܡܐ ܟܢܘܫܬ ܛܠ̈ܝܐ ܕܡܫܒܚܝܢ ܫܘܒܚܐ.
ܠܝܘܢܐ ܕܟܝܬܐ ܕܦܘܡܗ ܗܘ ܛܪܦܐ .
ܡܠܐ ܗܘܐ ܕܙܝܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܫܘܒܚܐ .
ܘܐܢ ܦܘܡܗ ܛܥܝܢ ܛܪܦܐ ܡܠܠ ܙܟܘ ܡܫܬܩܐ ܀

ܕܡܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܛܪܦܐ ܫܬܩܐ ܠܙܒܢܐ ܫܬܩܐ .
ܕܫܬܩܐ ܥܛܦܐ ܗܘܐ ܥܠ ܒܪ̈ܝܬܐ .
ܘܟܡܝܪܘܬܐ ܕܛܘܦܢܐ .
ܦܨܝܚ ܗܘܐ ܘܒܣܝܡ ܕܡܪܢ ܘܦܨܚ ܕܠܟܠ ܚܕ ܀

ܒܙܒܢ ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܫܠܡܘ ܛܟ̈ܣܐ .
ܕܚ̈ܪܫܐ ܘܐ̈ܠܡܐ ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ .
ܘܦ̈ܩܡܐ ܣܟ̈ܝܪܐ ܝܗܒܘ ܠܬܫܒܘܚܬܐ .
ܘܫܬܩܘ ܗܢܘܢ ܟܐ̈ܦܐ ܩܥܘ ܗܘܘ ܐܝܟ ܕܐܫܬܘܕܝ ܀

ܘܟܐ̈ܦܐ ܕܩܒ̈ܪܐ ܐܨܛܪܝ ܗܘܘ ܘܐܘܣܦܘ ܫܘܒܚܐ.
ܐܪܥܐ ܙܥܬ ܩܠܐ ܝܗܒܬ .
ܥܠ ܥܡܘܪ̈ܝܗ . ܕܟܦܪܘ ܫܘܒܚܐ .
ܐܦ ܦܪܣܐ ܨܪܐ ܐܕ̈ܢܝܗܘܢ ܕܐܬܩܫܝ ܗܘ̈ܝ ܀

ܒܡܪܐ ܫܬܩܬ ܥܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕ .
ܕܚܪܫ ܦܘܡܗ ܘܥܘܩܣܐ ܒܥܘܩܣܗ .

[1] Alludit ad *Gen.* VIII, 11.

6. Populus cum vitulo fabricavit cymbala et tibias ; clamavit ad vitulum surdum, sed ad Deum qui omnia audit mutus fuit. Natura proba reprehendat eos quantum eos aversamur.

7. Idolum tanquam sodalem amavit Sion, et ita quidem ut illud invocaret. In corde suo concepit quod manus fabricavit; quem adoravit, illum et dominum suum fecit; omnium osorem cum quo fornicata est maritum appellavit.

8. Cuinam assimilabitur cœtus puerorum laudes canentium ? Columbæ[1] illi purissimæ cujus os folio olivæ veluti laude plenum fuit. Si autem os columbæ folium ferens locutum est, victi sunt tacentes.

9. Folium mutum tempori muto assimilatum fuit, quia silentium et mœstitia cataclysmi creaturas involvebant ; lætum autem fuit et gratum tempus Domini nostri qui omnes lætitia affecit.

10. In tempore laudis et confessionis, quando surdi et muti Dominum glorificaverunt et ora clausa laudem dederunt, abnegatores tacuerunt. Quia autem illi tacuerunt, lapides clamaverunt ut promissum fuerat[2].

11. Petræ sepulchrorum scissæ sunt et adauxerunt laudem, terra commota vocem dedit super habitatores suos qui laudem negarunt : velum sua scissura scidit induratas eorum aures.

12. Terra Judæ tacuit de laude Domini, velut scorpius cujus os mutum et aculeus acerbus silentio væ

[2] *Luc.* XIX, 40.

ܘܠܐ ܘܐܦܠܐ ܡܢ ܓܘ ܥܩܪܘܗ̇ .
ܢܒܝ̈ܐ ܕܫܘܘܗ̇ ܐܝܟ ܥܩܪܒܐ ܫܠܝܚܐ ܫܦܘܗ̇ ܪܘܚܐ ܕܪܬܗ̇ ܀

ܟܢܘܫܬ ܛܠܝ̈ܐ ܘܬܡܝܡ̈ܐ ܫܘܒܚܐ ܝܗܒܬ .
ܐܘ ܣܢܘܢܝܬܐ ܚܕܬܐ ܕܢܝܣܢ .
ܩܠܐ ܚܕܬܐ . ܠܡܠܟܐ ܚܕܬܐ .
ܚܙܐ ܢܝܣܢ ܟܣܝܐ ܕܐܬܐ ܘܐܬܦܨܚ ܒܗ ܀
ܩܝܛܐ ܕܐܬܐ ܥܠ ܣܬܘܝܐ ܕܟܡܝܪܝܢ ܗܘܘ .
ܐܣܓܝ ܚܡܪܐ ܒܟܐܣܝܗܘܢ .
ܐܝܟ ܐܒܣܡ ܐܢܘܢ ܘܠܐ ܐܬܒܝܐܘ .
ܐܣܓܝ ܠܚܡܐ ܒܡܫܬܘܬܗܘܢ ܘܪܓܙܝܢ ܗܘܘ ܀

ܛܠܝܐ ܠܛܠܝܐ ܘܥܠܝܡܐ ܠܥܠܝܡܐ ܢܩܦ ܢܓܕܠܘܢ .
ܟܠܝܠܐ ܐܘܫܥܢܐ ܕܫܦܝܪ ܘܕܟܐ .
ܘܕܡܐ ܟܠܗ ܠܗܘ ܙܟܝܐ .
ܕܙܟܐ ܠܒܝܫܐ ܘܐܬܐ ܕܢܙܟܐ ܐܦ ܠܡܘܬܐ ܀

ܒܬܪ̈ܝܢ ܙܢ̈ܝܢ ܠܬܪ̈ܝܢ ܙܟܐ ܒܬܪ̈ܝܢ ܦܢܝ̈ܢ .
ܙܟܐ ܠܣܛܢܐ ܒܛܘܪܐ ܪܡܐ .
ܘܣܚܦܗ ܠܫܒܗܪܐ ܕܣܚܦ ܠܐܕܡ .
ܘܙܟܐ ܒܥܘܡܩܐ ܠܡܘܬܐ ܕܕܫܬܗ̇ ܠܚܘܐ ܒܫܝܘܠ ܀

et lamentationes ingerunt. Prophetæ eam velut scorpium calcarunt, apostoli contriverunt, spiritus dissipavit.

13. Cœtus puerorum et innocentium laudem dedit; hirundo nova novas dedit voces regi novo, vidit Nisan absconditum venientem et exhilarata est.

14. Æstas venit ad hiemales mœstitia afflictos, auxit vinum in crateribus eorum, ut exhilararet eos, et non sunt consolati, multiplicavit panem in eorum conviviis, et ira exarserunt.

15. Puer puero et parvulus parvulo conjungantur ut nectant coronam hosannarum pulchram, puram, et prorsus assimilatam victori qui vicit Malum et venit ut vinceret etiam mortem.

16. Duobus modis e duabus partibus duos devicit. Vicit Satanam in monte alto et prostravit superbum qui prostraverat Adamum, et in profundo vicit Mortem quæ conculcaverat Hevam in inferos.

XV.

ܒܪ ܩܠܗ ܀

Ejusdem toni.

ܟܗ̈ܢܐ ܕܥܡܐ ܟܘܬܝܢܐ ܠܒܫܘ ܗܘܘ ܥܡ ܐܦܘܕܐ .
ܕܝܠܟ ܪܫܐ ܐܘ ܪܒ ܟܘܡܪ̈ܐ .
ܦܓܪܐ ܗܘܐ ܠܟ ܐܝܟ ܐܦܘܕܐ .
ܘܚܠܦ ܦܘܕܝܪܐ ܠܒܫܬ ܚܝܠܐ ܟܣܝܐ ܀

ܥܘܢܝܬܐ
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܡܪܢ ܕܠܒܫܬ ܦܓܪܢ
ܘܐܚܝܬ ܒܗ ܀

ܡܢܘ ܡܫܟܚ ܠܡܫܒܚܘ ܬܐܘܪܝ ܕܡܠܟܐ .

1. Sacerdotes populi tunicam induerunt cum ephod: præclara tui figura, o princeps sacerdotum, corpus quippe fuit tibi velut ephod, et pro tunica talari induisti virtutem occultam.

Responsorium: Tibi gloria, Domine, qui induisti corpus nostrum et per illud nos vivificasti.

2. Quis potest celebrare the-

ܫܦܝܪܐ ܠܟ ܬܫܒܘܚܐ ܕܦܘܡܐ .
ܝܬܝܪ ܡܢ ܩܠܐ ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ .
ܝܡܐ ܘܝܒܫܐ ܐܣܝܘ ܫܩܠܘܟ ܐܘ ܒܪ ܡܠܟܐ ✣

ܘܕܟܢܪܐ ܠܘܬ ܫܢܬܗ ܕܡܟ ܡܠܟܐ .
ܡܠܠ ܝܡܐ ܐܝܟ ܟܢܪܐ .
ܪܒܐ ܕܩܠܐ ܘܕܡܟ ܡܠܟܢ .
ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܡܟ ܒܪ ܥܝܪܐ ܒܗ ܥܝܢܐ ܟܣܝܬܐ ✣

ܘܩܠܐ ܕܝܡܐ ܠܟ ܠܥܓܐ ܗܘܐ ܕܒܚܫܝ ܡܠܠ .
ܗܘܐ ܠܗܘ ܪܥܡܐ ܘܩܥܬܐ ܪܒܐ .
ܠܡܠܚܐ . ܘܐܬܥܝܪܘ ܗܘܘ .
ܘܐܬܘ ܕܢܥܝܪܘܢ ܠܥܝܪܐ ܕܢܥܝܪ ܐܢܘܢ ✣

ܒܟܢܪ ܝܡܐ ܕܓܠ̈ܠܘܗܝ ܩܝܬܪ̈ܘܗܝ ܘܪܘܚܐ ܨܒ̈ܥܘܗܝ.
ܫܠܐ ܗܘܐ ܝܡܐ ܐܝܟ ܟܢܪܐ .
ܘܟܨܒܥܬܐ ܨܒܥܐ ܪܘܚܐ ܫܠܝܬ .
ܗܘ ܨܒܝܢܐ ܕܐܥܝܪ ܐܢܘܢ ܫܟܢ ܐܢܘܢ ✣

ܕܡܛܠ ܕܫܠܝܘ ܓܠ̈ܠܐ ܡܠܠܘ ܦܘܡܐ ܠܬܘܕܝܬܐ .
ܩܠ̈ܐ ܒܩܠ̈ܐ ܐܫܬܚܠܦܘ ܗܘܘ .
ܬܫܒܘܚܐ ܕܦܘܡܐ ܚܠܦ ܩܠܐ ܝܡܐ .
ܫܪܝܬ ܐܠܦܐ ܠܡܬܬܓܪܘ ܐܪ̈ܙܐ ܟܣ̈ܝܐ ✣

ܘܬܓܪ̈ܐ ܕܗܘܘ ܢܘܟܪܝܢ ܡܢ ܣܝܡ̈ܬܐ .
ܒܥܘܬܪܐ ܪܒܐ ܡܠܘ ܡܕܥܗܘܢ .
ܗܝ ܡܢܝܐ ܕܐܝܬܝ ܥܣܪ̈ܐ .
ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܟܟܪ ܡܠܟܐ ܕܐܝܬܝ ܥܣܪ̈ܐ ✣

ܠܝܡܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܡܪܐ ܝܡܐ ܕܢܥܕܪ ܗܘܐ .
ܚܙܐ ܠܬܓܪ̈ܐ ܕܥܡܠܝܢ ܗܘܘ .
ܠܡܟܢܫܘ ܩܢܝܢ ܙܒܢܐ .
ܟܕ ܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܐܘܒܕܘ ܕܐܒܕܬ ܢܦܫܐ ✣

ܘܐܘܕܥ ܠܗܘܢ ܐܘܒܕܘ ܕܒܗ ܐܠܦ ܐܢܘܢ

[1] Alludit ad *Matth.* VIII, 23, sqq.

sauros tuarum divitiarum? Placet tibi laus oris præ voce omnium creaturarum. Mare et arida gestarunt et sustinuerunt te, o fili regis.

3. Quia cithara illicitur obdormiens rex, mare suis fluctibus locutum est, ut cithara magna vocum, dum rex noster[1] dormiebat. Corpus dormiebat, sed in eo vigilabat oculus absconditus.

4. Vox illa maris pro te quidem balbuties fuit leviter mussitans, pro nautis vero tonitru et fragor magnus. Excitati sunt dormientes et venerunt excitare Vigilem, ut a sommo excitaret eos.

5. In cithara maris chordæ sunt fluctus et digiti ventus. Tacuit mare, ut cithara, et velut digitus ventus siluit. Eadem voluntas quæ excitavit fluctus eos sedavit.

6. Quia siluerunt fluctus, ora nautarum eructaverunt gratiarum actiones; voces in voces mutatæ sunt. Pro voce maris laus oris. Cœpit navis lucrari mysteria abscondita.

7. Nautæ, quorum mentes a thesauris alienæ erant, divitiis suum intellectum repleverunt. Fides quippe mna est, quæ decem mnas produxit[2]; fides talentum est regis, quod decem alia produxit.

8. In mare descendit Dominus ut adjuvaret mercatores quos videbat cum molestia laborare ad colligenda bona temporalia. Illi, dum res non suas quærebant, res suas perdiderunt; anima quippe eorum periit.

9. Dominus docuit eos, qui sua

[2] *Luc.* XIX, 16.

ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܢܒܥܘܢ .
ܘܢܬܬܓܪܘܢ ܠܩܢܘܡܗܘܢ .
ܗܦܟܘ ܠܗ ܬܓܪܐ ܠܡܬܬܓܪܘ ܟܠ ܐܢܫ ܢܦܫܗ ܀

ܝܡܐ ܕܒܠܥ ܟܠ ܡܘܬܪܢ ܝܗܒ ܡܘܬܪܐ .
ܒܩܠܗ ܐܢܚ ܗܝܡܢܘܬܐ .
ܣܝܡܬ ܚܝܐ ܠܟܠ ܬܓܪܐ .
ܒܗܿ ܩܠ ܝܡܐ ܝܠܦܘܗܝ ܠܒܪܐ ܟܡܐ ܪܒ ܩܠܗ ܀

ܫܠܝܐ ܘܫܝܢܐ ܝܗܒ ܠܝܡܐ ܦܪܘܩܢ .
ܘܠܐ ܐܝܟ ܡܪܓܫܢܘܬܐ .
ܠܫܠܝܗ ܫܘܒܚܐ . ܫܠܘ ܓܠܠܐ .
ܦܪܥ ܠܫܢܐ ܚܘܒܬ ܪ̈ܓܫܐ ܘܐܝܬܝ ܫܘܒܚܐ ܀

sponte se perdiderant, quomodo quærerent animas suas easque lucrarentur. Reversi sunt ergo mercatores ad lucrandam unusquisque animam suam.

10. Mare, quod deglutit omnia lucra, lucrum dedit, sua voce indidit fidem, vitæ thesaurum omnibus negociatoribus. Hac maris voce illi didicerunt quanta esset vox filii.

11. Dedit Salvator noster mari tranquillitatem quam auris et oculus perceperunt. Quia porro undæ suo silentio laudem ei dare non poterant, lingua solvit debitum sensuum et protulit laudem.

XVI.

ܥܠ ܩܠܐ ܘܐܝܢܘ ܕܢܓܝܪܐ ܪܘܚܗ ܀

ܨܒܥܗ ܕܐܠܗܐ . ܕܥܠ ܠܘ̈ܚܐ ܟܣ̈ܝܐ .
ܟܬܒܬ ܓܠܝܬܐ ܦܓܘܕܐ ܕܦܘܩܕ̈ܢܐ .
ܐܣܪܬ ܒܗܿ ܠܥܡܐ ܕܡܪܕ ܒܣܛܝܘܬܐ ܀

ܥܘܢܝܬܐ
ܒܪܝܟ ܣܦܪܐ ܟܣܝܐ ܀

ܛܠܝܐ ܒܪܗ ܕܗܓܪ . ܥܪܕܐ ܗܘܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܘܥܡܐ ܝܠܕܗ ܕܣܪܐ . ܥܓܠܐ ܗܘܐ ܒܚܘܪܒܐ .
ܕܡܘ ܒܚܝܘܬܐ . ܘܣܓܕܘ ܠܒܥܝܪ̈ܐ ܀

ܥܕܠܐ ܢܚܬܝܢ ܠܘܚܐ . ܗܠܝܢ ܕܢܡܘܣܐ .
ܐܝܬܝ ܠܚܡܫܐ . ܠܘܚܐ ܕܬܐܪܬܐ .

XVI.

Ad tonum : Qui longanimus est[1].

1. Digitus Dei, qui super tabulas absconditas scripsit manifesta, frænis mandatorum coercuit populum in idololatria pervicacem.

Responsorium : Benedictus liber absconditus.

2. Puer, Agaræ filius, onager fuit in solitudine[2], et populus e Sara ortus vitulus in deserto. Ambo imitati sunt bestias et adoraverunt bruta.

3. Antequam demitterentur tabulæ illæ legis, serotinus puer[3] attulit tabulas conscientiæ, e qui-

[1] Stropha habet sex versus quinque syllabarum. Vide supra col. 823, n. 1. Hic et sequens hymnus agunt de tabulis legis et recensentur a J. S. Assemano, *Bibl. Orient.* I, 91, n. 43, inter hymnos Ephræmi de Ecclesia.

[2] Cfr. *Gen.* XVI, 12 et *Comment.* S. Ephræmi ad h. l.

[3] Non satis intelligo quid ista stropha significetur. Alludere videtur vel ad Ismaelem et Isaacum, quos mox nominavit, vel ad Cainum et Sethum.

ܕܡܚܳܝܗ̇ ܠܢܳܡܽܘܣܳܐ . ܚܰܘܺܝ ܒܽܘܟܪܳܐ ܀

ܠܽܘܚܶܐ ܐܰܝܟ ܐܰܪ̈ܥܳܬܳܐ ܗܘܰܘ ܠܢܳܡܽܘܣܳܐ .
ܒܩܰܕܡܳܝܬܳܐ [ܠܽܘܚܳܐ] . ܐܶܬܟܬܶܒ ܩܰܕܡܳܝܳܐ .
ܘܒܐܚܪܺܝܬܳܐ ܠܽܘܚܳܐ . ܐܶܬܪܫܶܡ ܠܚܪܳܝܳܐ ܀

ܐܰܝܟ ܐܳܣܝܳܐ ܬܒܰܪ . ܠܽܘܚܶܐ ܓܠܺܝ̈ܦܳܬܳܐ .
ܕܢܶܬܪܰܟܒܽܘܢ ܩܠܺܝܠ : ܠܽܘܚܶܐ ܕܬܐܪ̈ܬܳܐ .
ܕܚܶܠ ܒܰܓܠܺܝ̈ܬܳܐ . ܠܽܘܚܶܝܢ ܟܣܺܝ̈ܬܳܐ ܀

ܘܡܶܛܠ ܕܢܳܡܽܘܣܳܐ . ܐܳܣܝܳܐ ܗܽܘ ܕܢܰܦ̈ܫܳܬܳܐ .
ܐܳܦ ܟܰܕ ܬܳܒܰܪ ܠܽܘܚܶܐ . ܒܠܽܘܚܶܐ ܡܐܰܣܶܐ ܗܘܳܐ .
ܕܐܰܣܝܽܘܗܝ ܠܗܰܘ ܥܰܡܳܐ . ܠܽܘܚܶܐ ܬܒܺܝ̈ܪܶܐ ܀

ܐܰܬܡܗ ܠܥܰܝ̈ܢܶܐ . ܘܐܰܙܺܝܥ ܠܢܰܦ̈ܫܳܬܳܐ .
ܚܙܳܐ ܓܶܝܪ ܕܐܶܬܬܒܰܪ . ܠܽܘܚܶܐ ܡܫܰܒ̈ܚܶܐ .
ܥܰܡܳܐ ܐܰܣܺܝ ܢܰܦܫܶܗ . ܕܐܶܬܬܒܰܪ ܒܦܳܬܟܳܪܽܘܬܳܐ ܀

ܘܡܶܢ ܕܐܶܬܚܰܕܬ ܠܽܘܚܶܐ . ܒܠܽܘܚܶܐ ܬܒܺܝ̈ܪܶܐ .
ܣܠܶܩ ܗܘܳܐ ܕܢܰܝܬܶܐ ܗܘܳܐ . ܠܽܘܚܶܐ ܚܠܳܦ ܠܽܘܚܶܐ .
ܠܽܘܚܶܐ ܟܬܺܝ̈ܒܳܬܳܐ ܠܠܽܘܚܶܝܢ ܦܫܺܝ̈ܛܳܬܳܐ ܀

ܕܗܳܠܶܝܢ ܠܗܶܝܢ ܡܚܰܝ̈ ܗܘܰܝ . ܗܳܠܶܝܢ ܠܗܶܝܢ ܟܬܰܒ ܗܘܰܝ .
ܛܽܘܦܣܳܐ ܩܰܕܡܳܝܳܐ ܕܡܚܰܘ ܐܰܚܘܝܽܘ ܒܗܽܘܢ ܠܽܘܚܶܐ .
ܐܶܬܟܰܬܒܳܢ ܚܕܳܐ ܒܚܕܳܐ . ܘܰܗܘܰܝ̈ ܨܽܘܪܰܬ ܩܽܘܫܬܳܐ ܀

ܕܚܳܐܰܪ ܕܢܳܙܰܪ ܗܘܳܐ . ܠܽܘܚܶܐ ܓܠܺܝ̈ܦܳܬܳܐ .
ܘܠܽܘܚܶܐ ܟܣܺܝ̈ܬܳܐ . ܩܪܳܝܢܗܶܝܢ ܚܰܕ ܗܘܳܐ .

bus filius major natu deleverat legem.

4. Tabulæ instar agrorum fuerunt ad legem recipiendam. In priore tabula scripta est lex prima[1], in posteriore tabula descripta est lex serotina[2].

5. More medici, (Moyses) fregit tabulas sculptas[3], ut parum resarcirentur tabulæ conscientiæ. Terruit per tabulas visibiles tabulas intus absconditas.

6. Et quoniam lex medicus est animarum, etiam dum tabulas frangeret (Moyses), etiam per tabulas medicabatur, siquidem illum populum sanarunt tabulæ confractæ.

7. Stupore perculsit oculos Moyses animasque commovit. Videns quippe populus confractas tabulas gloriosas, sanavit animam suam, quæ per idololatriam confracta erat.

8. Postquam instauratæ sunt tabulæ internæ per tabulas confractas, ascendit Moyses[4] ut afferret tabulas (lapideas) pro tabulis (confractis), tabulas scriptas tabulis simplicibus (conscientiæ).

9. Quoniam hæ illas (tabulas scriptas) deleverant (peccando), ipsæ easdem (denuo) scripserunt (per pœnitentiam). Primum quod deleverunt exemplar in (novis) tabulis exhibuerunt. Tabulæ, una in alia, conscriptæ sunt et factæ sunt expressio veritatis.

10. Inspicienti tabulas sculptas et tabulas (in conscientia) absconditas, earum lectio una erat, con-

[1] Lex prima, i. e. lex naturæ.
[2] Lex serotina, i. e. lex positiva.

[3] *Exod.* XXXII, 19.
[4] *Exod.* XXXII, 30 ; XXXIV, 1-4.

ܡܛܠ ܗܘܘ ܡܫܬܘܝܢ . ܐܝܟ ܗܘܘ ܫܪܝܪ̈ܝܢ ܀

ܫܒܬܐ ܐܘܣܦ ܠܗ . ܕܠܝܬܗ̇ ܒܗܘܢ ܒܠܘܚܐ .
ܗܠܝܢ ܕܬܐܪܬܐ . ܠܐ ܗܘܬ ܣܘܩܒܠܐ ܗܘܬ .
ܒܛܠܬ ܟܪ̈ܝܗܬܐ . ܕܢܡܠܟܢ ܚܠܝ̈ܡܬܐ ܀
ܕܡܛܠ ܕܐܬܪܟܒ . ܢܡܘܣ ܡܚܝ̈ܠܐ .
ܠܥܡܐ ܗܠܐ ܙܒܢܐ . ܣܒܪ ܠܗ ܕܫܪܝܪܐ ܗܘ .
ܒܚܟܡܐ ܫܪܝܗ̇ ܟܐܢܐ . ܒܝܕ ܫܒܬܐ ܕܐܟܬܒ ܀

ܒܥܝܐ ܠܘܩܒܠ ܥܡܐ . ܕܡܢܘ ܕܝܢ ܒܠܘܚܘ̈ܗܝ .
ܒܠܘܚܐ ܐܬܟܬܒ . ܫܒܬܐ ܕܠܐ ܓܙܘܪܬܐ .
ܚܕܐ ܡܢ ܚܕܐ ܦܫܚ . ܣܘ̈ܟܐ ܚܬܝܪ̈ܬܐ ܀

ܬܪܬܝܢ ܐܚ̈ܝܠܐ . ܕܢܚܬܘ ܠܐܓܘܢܐ .
ܕܐܝܕܐ ܡܢ ܬܪ̈ܬܝܗܝܢ . ܬܩܒܠ ܙܟܘܬܐ .
ܙܟܐ ܫܒܬܐ ܘܙܟܬܗ̇ . ܓܙܘܪܬܐ ܙܟܬܗ̇ ܬܘܒ ܀

ܙܟܐ ܫܒܬܐ ܕܟܬܝܒ . ܒܟܬܒܐ ܒܠܘܚܐ .
ܙܟܬܗ̇ ܓܙܘܪܬܐ ܕܝܢ . ܒܟܦܠܐ ܙܟܘ̈ܬܐ ܢܣܒܬ .
ܙܟܐ ܓܝܪ ܒܐܢܢܩܐ . ܘܙܟܐ ܒܨܒܝܢܐ ܀

ܕܟܡܐ ܕܝܠܕ ܥܘܠܐ . ܒܫܒܬܐ ܒܐܢܢܩܐ ܗܘ .
ܡܫܪܐ ܗܘ ܕܥܒܕܗ . ܕܠܫܒܬܐ ܫܪܐ .
ܦܢܬ ܫܒܬܐ ܘܬܘܒ . ܓܙܘܪܬܐ ܫܪܝܐ ܠܗ ܀

ܗܢܘ ܐܓܘܢܐ . ܕܙܟܘܬܐ ܐܡܬܝ .
ܠܐ ܝܗܒ ܠܥܡܐ ܥܬܝܩܐ . ܡܢܘ ܚܙܐ ܡܡܬܘܡ
ܠܬܪܝܢ ܕܐܬܠܝ̈ܛܐ . ܕܟܠܗܘܢ ܢܣܒܘ ܬܒܪܐ ܀
ܐܢ ܫܒܬܐ ܙܟܝܐ . ܠܓܙܘܪܬܐ ܗܘ ܐܬܙܟܝ .
ܘܐܢ ܗܘ ܕܐܝܢܐ ܡܢܗܘܢ ܙܟܐ . ܬܒܪܐ ܕܬܪ̈ܝܗܘܢ .
ܦܫܚ ܐܠܗܐ ܘܫܕܐ . ܕܪ̈ܥܐ ܕܬܠܐ ܒܗܘܢ ܥܡܐ ܀

veniebant exemplaria, quoniam consonabant veritates.

11. Adjecit (Deus) sabbatum quod non erat in tabulis conscientiæ. Nulla fuit contradictio. Sabbatum abolevit infirma ut regnarent sana.

12. Postquam composita est lex infirmorum populo temporario, putavit hic ipsam esse firmam, sed sapienter eam solvit Justus per sabbatum quod præscripsit.

13. Quæritur adversus populum (Israel) : Cur in tabulis inscriptum est sabbatum tantum absque circumcissione ? Ramos superbos, unum ab altero, divulsit (Deus).

14. Duæ potentiæ sunt quæ in certamen descenderunt utra victoriam reportaret. Vicit sabbatum, sed illud vicissim circumcisio devicit.

15. Vicit sabbatum quoniam inscriptum est in tabulis. Superavit illud circumcisio, duplicem victoriam reportans ; vicit enim per necessitatem et vicit per voluntatem.

16. Quoties infans nascitur in sabbato, hoc fit per necessitatem agentis, qui sabbatum violat ; redeunte autem sabbato, ipsum denuo violat circumcisio.

17. Hoc est certamen quod nullo modo dedit victoriam populo antiquo. Quis vidit unquam utrumque athletam cladem referre ?

18. Quod si sabbatum superat circumcisionem, ipsum vicissim superatur, quisquis autem amborum vincat, clades est utriusque. Divulsit autem Deus atque abjecit brachia, quibus veluti suspendebatur populus Israel.

ܕܠܫܒܬܐ ܝܩܪ . ܘܐܟܬܒܗ ܒܠܘܚܐ .
ܡܟܟ ܘܫܛܗ ܠܓܙܘܪ . ܓܙܘܪܬܐ ܕܠܐ ܟܬܒܗ .
ܚܕ ܬܪܝܢ ܣܓܝ ܚܣܕܗ . ܕܫܒܬܐ ܕܐܫܬܪܝܬ ܀

ܢܡܘܣ ܕܟܪܝܗܐ . ܢܦܫܗ ܫܪܐ ܒܐܝܕܘܗܝ .
ܐܝܕܝܐ ܬܪܬܝܢ ܕܒܗܝܢ . ܒܗܝܢ ܫܒܗܪ ܥܡܐ .
ܗܝ ܠܓܪܡܗ ܬܒܪܘܗ . ܕܬܟܪܘܙ ܚܠܝܡܘܬܐ ܀

19. Dum sabbatum honoravit illudque in tabulis inscripsit, humiliavit et despexit circumcisionem quam non inscripsit, sed duplo crevit opprobrium sabbati quod violatum est.

20. Lex infirmorum seipsam dissolvit propriis suis manibus; duæ manus, de quibus maxime superbiebat populus Judæus, os ipsius fregerunt ut prædicaret sana.

XVII.

ܒܗ ܩܠܗ ܀

Ejusdem toni.

ܚܙܘ ܒܗܘܢ ܐܚܝ . ܒܠܘܚܐ ܟܬܝܒܐ .
ܕܡܢܐ ܪܫܝܡ ܒܚܕܐ . ܘܡܢ ܐܟܬܒ ܠܘܚ .
ܒܡܫܚܬܐ ܠܘܚܐ . ܕܢܚܬܐ ܥܡ ܡܘܫܐ ܀

1. Intendite, fratres mei, in tabulas scriptas, quid nempe exaratum sit in una, et quid scriptum sit in altera per Moysen e monte allata.

ܥܘܢܝܬܐ
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܪܫܡ ܩܘܫܬܐ ܀

Responsorium : Benedictus qui veritatem signavit.

ܐܥܒܪ ܚܕ ܠܘܚܐ . ܦܘܚܡܐ ܗܘ ܕܒܪܐ ܙܘܓܗ .
ܐܢܗܪ ܚܕ ܒܚܕ ܕܝܕܥ ܠܒܪܝܬܐ .
ܕܢܟܬܘܒ ܒܗ ܠܘܚܗ . ܦܘܚܡܐ ܕܬܪܬܝܗܘܢ ܀

ܘܡܠܘ ܣܓܝ ܐܢܘܢ . ܠܘܚܐ ܟܬܝܒܐ .
ܕܐܝܟ ܗܘܐ ܣܓܝܐ . ܢܦܫܐ ܢܛܘܪܬܐ .
ܠܘܚܐ ܣܓܝ ܦܫܛ ܒܥܘܒܐ ܕܢܦܫܬܐ ܀

ܘܐܘܣܦ ܬܘܒ ܐܦ . ܨܠܡܐ ܕܪܚܝܩܐ .
ܕܥܬܝܕ ܕܢܬܝܗܒܢ . ܒܪܝܬܐ ܕܬܪܬܝܢ .
ܡܬܟܣܝܢ ܠܪܫܝܥܐ ܕܬܪܝܗܘܢ ܚܕ ܗܘ ܀

ܕܐܝܟ ܕܠܐ ܦܠܝܓ ܠܘܚܐ . ܟܠܐ ܒܪܐ ܢܗܪ .

2. Auxit unam tabulam comparatio sociæ; illustravit unam per alteram qui conscientiam noverat, ut in conscientiæ tabula describeret apographum utriusque.

3. Valde replevit tabulas scriptas, quia eodem modo anima plena fuit observantiarum. Tabulam implevit, infusa lege in sinu animarum.

4. Insuper ibi effinxit figuram (legis) remotæ. Quoniam enim futurum erat ut duo Testamenta darentur, exinde reprehenduntur impii, quum una sit duorum Testamentorum sententia.

5. Sicut tabulæ separatæ non

ܐܦ ܠܐ ܕܝܬܩ̈ܐ ܦܠܝ̈ܓܢ ܚܕܐ ܡܢ ܚܒܪܬܗ .
ܗܘ ܗܘ ܦܠܝܓ ܐܝܢܐ . ܕܦܠܓ ܠܢܩܝܦ̈ܬܐ ܀

ܘܚܙܘ ܕܢܡܘܣܐ ܝܠܕܐ ܗܘ ܕܨܒܥ ܐܠܗܐ .
ܐܝܟ ܕܐܦ ܡܪܢ ܝܠܕܐ ܗܘ ܕܪܒܘܬܐ .
ܨܒܥܗ ܘܢܡܘܣܗ ܣܗܕܝܢ ܠܚܒܝܒܗ ܀

ܕܚܝܠܗ ܕܢܡܘܣܐ . ܐܪܙܐ ܗܘ ܕܦܪܘܩܢ .
ܘܨܒܥܗ ܕܐܠܗܐ ܛܘܦܣܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܬܗ .
ܬܡܝܗܐ ܗܝ ܨܒܥܐ ܘܬܡܝܗܐ ܐܝܬܘܬܐ ܀
ܕܐܝܟܢ ܟܬܒܬܗ ܗܝ . ܨܒܥܐ ܠܢܡܘܣܐ .
ܒܩܪܢܐ ܐܘ ܒܢܚܫܐ . ܒܩܢܝܐ ܐܘ ܒܕܝܘܬܐ .
ܘܐܬܕܪܟ ܕܟܬܝܒ . ܠܐ ܡܬܕܪܟ ܕܐܝܟܢ ܀

ܚܝܠܗ ܕܢܡܘܣܐ . ܡܢܗ ܕܐܠܗܐ .
ܘܨܒܥܗ ܕܐܠܗܐ . ܡܢܗ ܕܐܠܗܐ .
ܡܢܗ ܒܗ ܐܘܠܕ . ܚܝܠܐ ܕܠܟܠ ܡܚܐ ܀
ܘܠܐ ܡܬܕܪܟ ܙܒܢܗ ܕܝܠܗ ܕܢܡܘܣܐ .
ܕܐܡܬܝ ܕܢܚ ܗܘܐ ܒܗ ܒܥܘܒܗ ܕܐܠܗܐ .
ܠܘ ܓܝܪ ܚܕܬܐܝܬ ܐܬܒܛܢܬ ܒܡܪܥܝܬܗ ܀
ܥܫܢܬ ܒܬܪ̈ܬܝܗܘܢ . ܠܗܘܢ ܕܚܟܝܡ̈ܐ .
ܠܐ ܚܟܡܝܢ ܕܐܡܬܝ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܕܐܝܟܢ .
ܕܪܚܝܩܝܢ ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܕܐܡܬܝ ܘܐܝܟܢ ܀

ܥܠܬܐ ܩܪܬ ܐܚ̈ܐ . ܐܦ ܠܗ ܠܢܡܘܣܐ .
ܘܐܬܒܛܢ ܒܓܘ ܥܘܒܐ ܕܠܘܚܐ ܡܩܕܫܐ .
ܕܕܡܐ ܠܒܪܬ ܐܢܫܐ ܒܬܘܠܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܀
ܠܗܕܐ ܛܝܒܗ ܓܒܪܐ . ܠܗܕܐ ܐܘܠܕܗ ܓܒܪܐ .
ܪܚܡܗ ܕܗܕܐ ܡܘܫܐ . ܡܟܝܪܗ ܕܗܕܐ ܝܘܣܦ .
ܠܗܕܐ ܛܥܢܗ ܡܘܫܐ . ܠܗܕܐ ܝܩܪܗ ܝܘܣܦ ܀
ܚܝܠܐ ܠܒܫ ܘܐܬܐ . ܦܓܪܐ ܕܡܢ ܟܐܦܐ .
ܘܢܚܬ ܒܡܠܦܢܘܬܗ ܐܣܝ ܠܢܦܫܬܐ .

sunt una ab altera, sic nec Testamenta separata sunt unum ab altero ; separatus est ille qui adhærentia separat.

6. Viderunt legem opus esse digiti Dei, sicut Dominus noster proles est summæ Majestatis. Digitus Dei et lex ejus testimonium reddunt dilecto ejus.

7. Quia virtus legis symbolum est Salvatoris nostri et digitus Dei typus est ejus essentiæ, admirandus est digitus mirandaque essentia.

8. Quo modo scripsit digitus legem ? an stylo in ære, an calamo aut atramento ? scriptam quidem esse apprehenditur, sed non apprehenditur quomodo.

9. Virtus legis ex Deo est, et digitus Dei etiam ex Deo est, qui e se per se genuit Virtutem omnes vivificantem.

10. Non apprehenditur tempus legis, quando nempe exorta sit in sinu Dei ; non enim recenter concepta est in mente ejus.

11. Duplici modo lex prævaluit contra sapientes. Illi quippe non sapiunt quando (exorta sit) nec cognoscunt quomodo ; procul absunt duo illa quando et quomodo.

12. Causa suprema vocavit, fratres, legem et concepta est in sinu tabulæ sanctificatæ, quæ similis fuit filiæ hominis Virgini gloriosæ.

13. Illam præparavit vir, hanc genuit vir, illius amator Moyses, hujus sponsus Joseph, illam portavit Moyses, hanc honoravit Joseph.

14. Virtus legis induit corpus e lapide, descendit et sua disciplina sanavit animas, coercuit ethnicis-

ܐܪܥܐ ܠܝܬܡܘܬܐ ܘܚܣܬ ܠܥܡܘܪܝܗ ܀

ܘܟܕ ܥܠܬܐ ܕܠܘܚܐ . ܚܛܝܬܐ ܗܝ ܕܐܬܬܒܪܘ܆
ܒܪܐܙܐ ܫܠܚ ܐܢܝܢ . ܚܝܠܗ ܕܢܡܘܣܐ .
ܘܐܠܒܫ ܠܗܝܢ ܠܘܚܐ ܕܢܨܘܪ ܒܗܘܢ ܨܘܪܬܐ ܀

ܘܡܬܟܬܫܝܢ ܠܗܘܢ ܛܘܦܣܐ ܘܪܬܚܝܢ ܠܗܘܢ ܨܘܪܬܐ.
ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܐܓܘܢܐ . ܗܐ ܪܗܛܝܢ ܒܗ ܠܪܥܝܢܝ .
ܕܐܝܢܐ ܩܕܡ ܢܣܒ . ܢܣܒܘܗ ܠܙܟܘܬܐ ܀
ܠܘܚܐ ܕܐܬܬܒܪܘ . ܛܘܦܣܐ ܕܚܘܐ ܗܘܐ .
ܐܝܟ ܕܒܪܘܝܐ ܫܡܛܗ ܓܒܠܗ ܘܨܪܗ .
ܘܠܘܚܐ ܕܒܪܘܝܐ . ܦܣܠܗ ܛܝܒܗ ܘܟܬܒܗ ܀

ܘܒܥܠܬܐ ܕܥܓܠܐ ܐܝܟ ܥܠܬܐ ܕܚܘܐ .
ܐܬܚܒܠܬ ܠܘܚܐ . ܠܘܚܗ ܕܢܡܘܣܐ .
ܒܘܟܪܐ ܕܢܡܘܣܐ . ܘܡܠܟܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܀

ܚܙܝ ܬܘܒ ܐܚܪܝܢ ܨܘܪܬܐ . ܒܦܘܪܫܢܐ ܐܚܪܢܐ .
ܕܠܘܚܐ ܩܕܡܝܐ ܡܨܝܪܝܢ ܠܨܘܪܬܐ .
ܕܒܗܘܢ ܠܩܕܡܝܐ . ܢܦܫܗ ܓܠܐ ܡܪܢ ܀
ܘܫܠܚ ܠܨܘܪܬܐ ܘܢܚܬ ܠܒܫ ܦܓܪܐ .
ܐܚܪܢܐ ܘܥܡܪ ܒܗ . ܘܐܝܟ ܕܢܡܘܣܐ .
ܫܡܫ ܩܕܡ ܐܒܘܗܝ . ܗܟܢ ܒܪܐ ܠܐܒܘܗܝ ܀

ܫܡܥ ܬܘܒ ܐܚܪܝܢ ܛܘܦܣܐ . ܒܕܡܘܬܐ ܐܚܪܢܐ .
ܕܠܘܚܐ ܚܠܦ ܠܘܚܐ . ܠܒܫ ܗܘܐ ܐܦ ܢܡܘܣܐ .
ܕܢܨܘܪ ܒܗ ܠܘܚܐ . ܬܪܬܝܢ ܟܢܘܫܬܐ ܀

ܟܢܘܫܬܐ ܕܩܕܡ ܙܒܢܐ . ܕܟܕ ܗܠܟ ܙܒܢܐ .
ܘܢܦܩܬ ܐܣܬܠܩܬ . ܘܠܐ ܫܟܚܬ ܠܒܝܬܗ .
ܕܠܥܕܬܐ ܕܠܒܫ ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܫܠܘܚ ܀

mum et miserata est incolarum orbis.

15. Quum causa, propter quam tabulæ confractæ sunt, peccatum sit, virtus legis mystice eas exuit et novas tabulas induit, ut in eis figuras depingeret.

16. Jam sese aggerunt typi, fervent figuræ; in mea mente velut in certamine decertant quis prior accipiat victoriam.

17. Tabulæ confractæ res Hevæ figurant; sicut costam conditor extraxit, plasmavit ac forma donavit, ita creator tabulam sculpsit, præparavit et scripsit.

18. Et sicut propter Hevam corrupta est costa, ita propter vitulum destructa est tabula, quæ erat velut legis primogenitus et rex mandatorum.

19. Inspice rursus sub alio respectu aliam figuram: tabulæ primæ figuras repræsentant, quibus Dominus noster antiquis se revelavit.

20. Exuit Dominus figuras, et descendens induit corpus aliud, in quo mansit; sicut autem lex ministravit coram Patre ejus, sic Filius Patri ministrat.

21. Audi rursus alium typum alio modo expressum. Lex pro tabulis prioribus alias tabulas induit, ut per tabulas significaret duas synagogas:

22. Synagogam nempe quæ ante tempus Messiæ exstitit; hæc, quum brevi tempore progressa esset, reprobata fuit, nec unquam in domum suam regredi potuit, quia Christus exuere noluit Ecclesiam quam induerat.

ܘܐܬܚܒܠܬ ܬܡܢ . ܒܥܓܠܐ ܕܒܚܘܪܒܐ .
ܣܕܩܬ ܐܚܪ̈ ܠܘܚܐ . ܕܬܠܦܝܗ̇ ܕܐܣܬܠܝܬ .
ܥܠܬܐ ܗܘ ܩܪܐ ܕܬܩܘܡ ܥܕ ܡܫܬܡܠܝܢ ܙܒ̈ܢܐ ❖

ܐܦ ܠܐ ܠܟܐܢ̈ܐ . ܢܫܒܘܩ ܕܗܘܘ ܒܗ̇ .
ܐܦ ܠܐ ܠܨܘܪ̈ܬܐ ܢܚܦܐ ܕܨܝܪܢ ܒܗ̇ .
ܘܠܐ ܢܬܦܣܩܘܢ ܥܩ̈ܪܐ ܐܣܝܪ̈ܝ ܒܚܕ̈ܬܬܐ ❖

ܫܡܥ ܗܫܐ ܐܚܪܢܝܬܐ . ܒܝܕ ܦܠܐܬܐ ܐܚܪܬܐ .
ܐܝܟ ܕܢܡܘܣܐ . ܒܚܛܗܐ ܚܫ ܟܐܦ̈ܐ .
ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܠܚ ܘܗܦܟ ܠܒܫ ܟܐܦ̈ܐ ❖
ܡܪܢ ܠܒܫ ܦܓܪܐ . ܘܡܛܠ ܚܛܗ̈ܐ ܚܫ .
ܘܗܦܟ ܠܒܫ ܡܪܢ ܦܓܪܐ ܘܐܬܢܚܡ .
ܘܐܪܓܙܬ ܒܗ ܒܥܓܠܐ . ܐܪܓܙܬ ܒܓܝܣܐ ❖

23. Quia synagoga corrupta est in deserto per vitulum, lex tabulas fregit ac destruxit ut doceret synagogam esse rejectam. Causa suprema clamavit : « Remaneat donec adimpleantur tempora.

24. « Non rejiciet (Christus) justos qui in ea fuerunt, neque operiet figuras in ea depictas, neque abscindentur radices recentioribus temporibus alligatæ ».

25. Audi nunc sub alio symbolo alteram synagogam : Quo modo lex propter peccatum multum perpessa exuit lapides eosque rursus induit,

26. Sic Dominus noster induit corpus et propter peccata passus est, et rursus induit corpus ac resurrexit. Synagoga quæ Deum ad iram provocavit prius per vitulum, et rursus per latronem eum exacerbavit.

XVIII.

. . . .
ܗܘܐ ܠܢ ܟܘܡܪܐ .
ܦܓܪܗ ܠܩܘܪܒܢܐ ܘܕܡܗ ܠܪܣܣܐ .
ܒܪܝܟ ܫܘܠܡܗ ❖

ܥܘܢܝܬܐ
ܒܪܝܟ ܡܥܠܟ ❖

ܪܥܝ ܘܢܚܬ ܗܘ ܦܪܚ ܟܠ .
ܘܒܥܝܗܝ ܠܐܕܡ ܐܡܪܐ ܕܛܥܐ .
ܥܠ ܟܬܦ̈ܬܗ ܛܥܢܗ ܘܣܠܩ .
ܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܪܐ ܥܢܐ .
ܒܪܝܟ ܪܘܚܡܗ ❖

1[1]. . . . .
Ipse factus est nobis sacerdos, corpus ejus oblatum est in sacrificium, et sanguine ejus respersi sumus. Benedictus finis ejus.

Responsorium :
Benedictus ingrediens tuus.

2. Ille omnium pastor volans descendit et quæsivit Adamum, ovem perditam, quam in scapulis suis sustulit, quamque gregis pastori obtulit. Benedictus ejus amor.

[1] Desunt duo primi versiculi e deperditione folii præcedentis in cod. add. 14,627, fol. 22. Schema strophæ est : 78884. Quatuor qui sequuntur hymni spectant ad descensum Christi ad inferos, ad festum paschatis et resurrectionis.

ܪܣܣ ܛܠܐ ܘܡܛܪܐ ܚܝܐ .
ܥܠ ܗܿܝ ܡܪܝܡ . ܐܪܥܐ ܨܗܝܬܐ .
ܐܝܟ ܚܛܬܐ ܢܦܠ ܬܘܒ ܒܫܝܘܠ .
ܣܠܩ ܐܝܟ ܟܪܐ ܘܠܚܡܐ ܚܕܬܐ .
ܒܪܝܟ ܩܘܪܒܢܗ ܀

ܝܕܥܬܗ ܛܪܕܬ ܛܘܥܝܝ .
ܡܢ ܐܢܫܘܬܐ ܕܐܒܝܕܐ ܗܘܬ .
ܛܥܐ ܒܗ ܒܝܫܐ ܘܐܬܕܘܕ ܒܗ .
ܒܥ̈ܡܡܐ ܢܣܟܬ ܟܠ ܚ̈ܟܡܬܐ .
ܒܪܝܟ ܡܒܘܥܗ ܀

ܡܢ ܪܘܡܐ ܚܝܠܐ ܢܚܬ ܠܢ .
ܘܡܢ ܓܘ ܒܪܚܡܐ ܣܒܪܐ ܕܢܚ ܠܢ .
ܡܢ ܩܒܪܐ ܚܝܐ ܕܢܚܘ ܠܢ .
ܘܥܠ ܝܡܝܢܐ ܡܠܟܐ ܝܬܒ ܠܢ .
ܒܪܝܟ ܐܝܩܪܗ ܀

ܡܢ ܪܘܡܐ ܪܕܐ ܐܝܟ ܢܗܪܐ .
ܘܡܢܗ ܕܡܪܝܡ ܐܝܟ ܥܩܪܐ .
ܡܢ ܩܝܣܐ . ܢܚܬ ܐܝܟ ܦܐܪܐ .
ܣܠܩ ܠܫܡܝܐ ܐܝܟ ܪܫܝܬܐ .
ܒܪܝܟ ܨܒܝܢܗ ܀

ܡܠܬܗ ܕܐܒܐ ܐܬܬ ܡܢ ܥܘܒܗ .
ܘܠܒܫܬ ܦܓܪܐ . ܒܥܘܒܐ ܐܚܪܢܐ .
ܡܢ ܥܘܒܐ ܠܥܘܒܐ ܢܦܩܬ .
ܘܡܠܘ ܡܢܗ ܥܘܒܐ ܕܟܝܐ .
ܒܪܝܟ ܕܫܪܐ ܒܢ ܀

ܡܢ ܪܘܡܐ ܢܚܬ ܐܝܟ ܡܪܐ .
ܘܡܢ ܓܘ ܒܪܚܡܐ ܢܦܩ ܐܝܟ ܥܒܕܐ .
ܘܒܪܟ ܡܘܬܐ ܩܕܡܘܗܝ ܒܫܝܘܠ .
ܘܒܩܝܡܬܗ ܚܝܐ ܣܓܕܘ ܠܗ .
ܒܪܝܟ ܙܟܘܬܗ ܀

ܡܪܝܡ ܛܥܢܬܗ ܐܝܟ ܕܥܘܠܐ .
ܟܗܢܐ ܛܥܢܗ ܐܝܟ ܩܘܪܒܢܐ .
ܙܩܝܦܐ ܛܥܢܗ ܐܝܟ ܩܛܝܠܐ .
ܫܡܝܐ ܛܥܢܘܗܝ ܐܝܟ ܐܠܗܐ .
ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܘܗܝ ܀

3. Effudit rorem et imbrem vivum super Mariam, terram sitientem. Sicut frumentum in terram, sic cecidit in inferos. Ascendit ut manipulus et panis novus. Benedicta ejus oblatio.

4. Cognitio ejus expulsit errorem ex humanitate, quæ perdita erat. Malus in eo deceptus perturbatus est. Ejus cognitio omnem sapientiam in populos effudit. Benedictus fons sapientiæ.

5. Ex alto Virtus ad nos descendit, ex utero Spes illuxit nobis; e sepulchro nobis Vita orta est; et in dextra (Patris) Rex noster sedet. Benedictus honor ejus.

6. Ex alto effluxit ut fluvius; e Maria ortus est ut radix; e ligno descendit ut fructus; ascendit in cœlum ut primitiæ. Benedicta voluntas ejus.

7. Verbum Patris venit e sinu ejus, et in sinu alio corpus induit; e sinu in sinum exivit; illo repleti sunt sinus puri. Benedictus qui habitat in nobis.

8. Ex alto descendit ut Dominus, et ex utero exivit ut servus; in inferis mors genua flexit coram eo, et in resurrectione ejus vita adoravit eum. Benedictus ejus triumphus.

9. Maria portavit eum ut infantem; sacerdos (Simeon) portavit eum ut oblationem; crux portavit eum ut occisum; cœli portarunt eum ut Deum. Gloria Patri ejus.

ܡܢ ܟܠ ܓܒܝܢ ܐܘܫܛ ܘܝܗܒ .
ܐܦ ܚܘܠܡܢܐ . ܥܡ ܡܘܠܟܢܐ .
ܪܗܛܘ ܛܠܝܐ ܠܘܬ ܚܘܠܡܢܘܗܝ .
ܪܗܛܘ ܚܟܝܡܐ ܠܘܬ ܡܘܠܟܢܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܓܠܝܢܗ ܀

ܡܢ ܦܘܡ ܢܘܢܐ ܐܣܛܝܪܐ ܝܗܒ ܗܘܐ .
ܛܒܥܐ ܕܙܒܢܐ ܘܢܦܩܐ ܕܒܛܠ .
ܡܢ ܦܘܡܗ ܛܒܥܐ ܚܕܬܐ .
ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܝܗܒ ܠܢ .
ܒܪܝܟ ܝܗܘܒܗ ܀

ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܠܗܘܬܗ .
ܘܡܢ ܡܝܘܬܐ ܐܦ ܐܢܫܘܬܗ .
ܡܢ ܡܠܟܝܙܕܩ ܐܦ ܟܘܡܪܘܬܗ .
ܘܡܢ ܒܝܬ ܕܘܝܕ ܐܦ ܡܠܟܘܬܗ .
ܒܪܝܟ ܚܘܠܛܢܗ ܀

ܡܢ ܩܪܝܐ ܗܘܐ ܒܡܫܬܘܬܐ .
ܘܡܢ ܨܝܡܐ ܒܢܣܝܘܢܐ .
ܡܢ ܥܝܪܐ ܗܘܐ ܒܐܓܘܢܐ .
ܘܡܠܦܢܐ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܩܘܕܫܐ .
ܒܪܝܟ ܝܘܠܦܢܗ ܀

ܡܢ ܛܢܦܐ ܠܐ ܣܠܝ ܗܘܐ .
ܘܡܢ ܚܛܝܐ ܠܐ ܥܪܩ ܗܘܐ .
ܒܟܐܢܐ ܛܒ ܚܕܐ ܗܘܐ .
ܘܠܦܫܝܛܐ ܛܒ ܒܥܐ ܗܘܐ .
ܒܪܝܟ ܡܠܦܢܗ ܀

ܡܢ ܟܪܝܗܐ ܠܐ ܚܣܪ ܗܠܟܘܗܝ .
ܐܦ ܠܐ ܡܠܘܗܝ ܡܢ ܗܕܝܘܛܐ .
ܦܫܛ ܡܚܬܬܗ ܠܘܬ ܬܚܬܝܐ .
ܘܐܦ ܡܣܩܬܗ ܠܘܬ ܥܠܝܐ .
ܒܪܝܟ ܫܠܘܚܗ ܀

ܡܘܠܕܗ ܠܢ ܕܘܟܝܐ ܗܘ .
ܘܐܦ ܡܥܡܕܗ ܠܢ ܚܘܣܝܐ ܗܘ .

10. Undique expandit et largitus est sua remedia ac consilia; cucurrerunt pueri ad ejus remedia; cucurrerunt sapientes ad ejus consilia. Benedicta ejus revelatio.

11. Ex ore piscis Dominus noster dedit staterem[1], sigillum temporale et productionem defectibilem; ex ore suo dedit novum novi Testamenti sigillum. Benedictus novi Testamenti largitor.

12. E Deo ejus divinitas, e mortalibus ejus humanitas, e Melchisedech ejus sacerdotium et e domo David ejus regnum. Benedicta ejus adunatio.

13. Ex invitatis fuit in nuptiis[2], e jejunatoribus in tentatione[3], e vigilibus in agonia[4], doctor fuit in templo[5]. Benedicta ejus doctrina.

14. Ab impuris non abhorrebat, a peccatoribus non refugiebat, cum probis valde delectabatur, et simplices exquirebat. Benedicta ejus institutio.

15. Ad ægros non defuerunt ejus gressus, nec ejus verba ad idiotas; porrexit descensum suum ad infimos, et ascensum suum ad superos. Benedictus missor ejus.

16. Nativitas ejus nostra mundatio est et baptismus nostra puri-

[1] *Matth*. XVII, 26.
[2] *Joan*. II, 2.
[3] *Matth*. IV.
[4] *Luc*. XXII, 43.
[5] *Luc*. II, 46.

ܐܦ ܡܝܬܘܬܗ ܠܢ ܚܝܐ ܗܝ .
ܐܦ ܡܣܩܬܗ ܠܢ ܪܘܡܪܡܐ ܗܘ .
ܟܡܐ ܢܘܕܐ ܠܗ ܀

ܡܢ ܐܣܟ̈ܠܐ ܚܫܝܒ ܐܟܘܠܐ .
ܘܡܢ ܚܟ̈ܝܡܐ ܙܐܢ ܟܠܐ .
ܡܢ ܪ̈ܘܝܐ ܚܫܝܒ ܫܬܝܐ .
ܘܡܢ ܦܪ̈ܘܫܐ ܡܫܒܐ ܟܠܐ .
ܒܪܝܟ ܦܘܪܢܣܗ ܀

ܠܩܝܦܐ ܛܡܐ ܗܘܐ ܒܛܢܗ .
ܘܠܓܒܪܝܐܝܠ ܫܒܝܚ ܡܘܠܕܗ .
ܥܡ ܟܦܘ̈ܪܐ ܥܣܩ ܡܣܩܬܗ .
ܘܠܬܠܡܝ̈ܕܐ ܬܡܝܗ ܛܠܝܘܬܗ .
ܒܪܝܟ ܦܘܪܫܢܗ +

ܥܡ ܝܠܘܕܗ ܫܪܝܪ ܝܠܕܗ .
ܘܠܒܨܘ̈ܝܐ ܥܣܝܩ ܡܘܠܕܗ .
ܠܥܠܝ̈ܐ ܦܫܝܛܐ ܗܘ ܩܘܫܬܐ .
ܘܠܐܢܫ̈ܐ ܒܨܝܐ ܘܦܘܠܓܐ .
ܚܬܝܡ ܒܘܨܝܗ ܀

ܡܢ ܒܝܫܐ ܐܬܢܣܝ ܗܘܐ .
ܘܡܢ ܗܘ ܥܡܐ ܐܫܬܐܠ ܗܘܐ .
ܡܢ ܗܪܘܕܣ ܡܬܒܥܐ ܗܘܐ .
ܒܫܬܩܗ ܒܣܪܗ ܕܒܥܐ ܕܢܒܩܝܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܝܠܘܕܗ ܀

ܡܢ ܥܡܝ̈ܕܐ ܚܫܝܒܘܗܝ .
ܐܦ ܡܢ ܕܡܟ̈ܐ ܒܝܡܐ ܡܢܝܘܗܝ .
ܐܝܟ ܕܠܩܛܠܐ ܒܙܩܝܦܐ ܐܪܝܡܘܗܝ .
ܐܝܟ ܠܫܠܕܐ ܒܩܒܪܐ ܣܡܘܗܝ .
ܒܪܝܟ ܡܘܟܟܗ ܀

ܡܢܘ ܠܟ ܡܪܝ ܕܐܟܘܬܟ .
ܪܒܐ ܕܙܥܪ ܥܝܪܐ ܕܕܡܟ .
ܕܟܝܐ ܕܥܡܕ ܚܝܐ ܕܡܝܬ .

ficatio; mors ejus nobis vitam præstat et ascensio exaltationem. Quam nobis laudandus !

17. Ab insipientibus reputabatur comestor, a sapientibus omnium alitor; ab ebriosis potator vini[1], ab intelligentibus exstinctor sitis. Benedicta ejus providentia.

18. Caiphæ immunda fuit ejus conceptio, Gabrieli gloriosa ejus nativitas; apud abnegatores difficultatem parit ejus ascensio, apud discipulos miranda fit ejus infantia. Benedicta ejus prudentia.

19. Ipsius genitori ejus generatio verax est, scrutatoribus difficultatem ingerit ejus nativitas; cœlicolis ipse veritas est plana, hominibus vero objectum investigationis et hæsitationis. Obsignata sit ejus perscrutatio.

20. A Malo tentatus fuit et a populo abnegatus; ab Herode interrogatus, suo silentio despexit ipsum examinare volentem. Benedictus ejus genitor.

21. E baptizatis esse in flumine reputatus est; in mari inter dormientes numeratus est; in crucem eum ut interficiendum elevarunt et ut cadaver in sepulchro posuerunt. Benedicta ejus humilitas.

22. Quis tibi, Domine, similis est ? Tu magnus qui effectus es parvus; tu vigil qui somno correptus fuisti; tu purissimus qui baptismum suscepisti; tu semper

[1] *Matth.* XI, 19.

ܡܠܟܐ ܕܒܙܝ ܕܢܝܩܪ ܟܠܐ .
ܒܪܝܟ ܐܝܩܪܟ ܀

vivens qui mortem obiisti; tu rex qui opprobrio affectus es, ut omnes honore afficeres. Benedictus honor tuus.

XIX.

ܥܠ ܩܠܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܗܘܘ ܛܠܝ̈ܐ ܀

Ad tonum : Occisi sunt infantes[1].

ܪܟܘܒܐ ܗܘܐ ܠܝ ܢܡܘܣܟ .
ܗܘ ܕܓܠܐ ܥܠ ܦܪܕܝܣܐ .
ܘܩܠܝܕܐ ܗܘܐ ܠܝ ܙܩܝܦܟ .
ܕܗܘܝܘ ܦܬܚܗ ܠܦܪܕܝܣܐ .
ܡܢ ܓܢܬ ܥܕܢܐ ܢܣܒܬ .
ܨܒܬ ܘܐܬܝܬ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ .
ܘܪ̈ܕܐ ܘܦܩ̈ܚܐ ܡܠܝ̈ܠܐ .
ܗܐ ܒܥܐܕܟ ܡܬܒܕܪܝܢ .
ܒܩܝ̈ܢܬܐ ܥܠ ܐܢܫܘܬܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܟܠܠ ܘܐܬܟܠܠ ܀

1. Currus fuit mihi lex tua, quæ paradisum revelavit; clavis fuit mihi crux tua, quæ paradisum aperuit. Ex horto Eden eam tulisti et formasti; e paradiso venisti. Ecce rosæ floresque rationales sparguntur in tua solemnitate per cantus de tua humanitate. Benedictus qui coronavit et coronatus est.

ܗܐ ܥܐܕܐ ܦܨܝܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ .
ܟܠܗ . ܦܘ̈ܡܐ ܘܠܫ̈ܢܐ .
ܢܟ̈ܦܐ ܘܢܟ̈ܦܬܐ ܗܘܘ ܒܗ .
ܐܝܟ ܫܝܦܘ̈ܪܐ ܘܩܪ̈ܢܬܐ .
ܥܠܝ̈ܡܬܐ ܘܥܠܝ̈ܡܐ ܗܘܘ ܒܗ .
ܐܝܟ ܟܢܪ̈ܐ ܘܩܝܬܪ̈ܐ .
ܚܠܛܘ ܩܠܐ ܒܩܠܐ . ܘܐܣܩܘ .
ܘܟܠܗܘܢ ܠܫܡܝܐ .
ܝܗܒܘ ܫܘܒܚܐ ܠܡܪܐ ܫܘܒܚܐ .
ܒܪܝܟ ܕܪܥܡܘ ܒܗ ܫܬܝ̈ܩܐ ܀

2. Ecce læta[2] solemnitas quæ tota est ora et linguæ. Casti adolescentes castæque virgines in hoc festo sunt velut buccinæ et tubæ; puellæ et pueri velut citharæ et lyræ voces vocibus univerunt easque omnes in cœlum extulerunt, gloriam dantes Domino gloriæ. Benedicta solemnitas, in qua et muti vocem dederunt.

ܗܐ ܪܥܡܬ ܐܪܥܐ ܡܢ ܠܬܚܬ .
ܘܫܡܝܐ ܡܢ ܠܥܠ ܪܥܡܘ .
ܢܝܣܢ ܚܠܛ ܩܠܐ ܒܩܠܐ .
ܥܠܝ̈ܐ ܐܦ ܬܚܬܝ̈ܐ .
ܚܠܛܘ ܩܠܗ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ .

3. Ecce resonarunt terra deorsum et cœli desuper; Nisan vocem miscuit cum vocibus supernis; etiam terricolæ miscuerunt voces Ecclesiæ sanctæ cum tonitruis divinitatis et splendores lampadarum

[1] Verba sunt quibus incipit hymnus IV de Nativitate, supra col. 471. Stropha continet decem versus septem syllabarum.

[2] ܦܨܝܚܐ proprie hilaris, festivus, lætus, peculiariter dicitur de festo paschatis, quod syriace ܦܨܚܐ appellatur. Unde facile intelligitur hic agi de festo paschatis.

ܥܡ ܙܠܝ̈ܩܘܗܝ ܕܒܪ̈ܩܐ .
ܘܥܡܗ ܡܛܪܐ ܕܚܫ̈ܘܗܝ .
ܐܬܚܠܛ ܕܡܥܐ ܚܠܝܨܐ .
ܥܡ ܬܕܐܐ . ܨܘܡܐ ܕܦܨܚܐ .
ܘܥܡ ܦܪܐ ܗܘܐ ܕܦܨܚܐ ܀
ܒܩܒܘܬܐ ܢܓܕܘ ܦܘ̈ܡܝܢ .
ܟܠ ܩ̈ܠܝܢ ܡܢ ܟܠ ܦܘ̈ܡܝܢ .
ܠܒܪ ܡܢܗ ܓ̈ܠܠܐ ܕܚܝ̈ܠܐ .
ܘܠܓܘܗ ܩ̈ܠܐ ܪܓܝ̈ܓܐ .
ܠ̈ܫܢܐ ܐܘܟܝ ܐܘܟܝ .
ܠܓܘ ܒܗ ܐܟܚܕ ܘܒܢܟܦܘ .
ܛܘܦܣܐ ܕܥܐܕܐ ܕܝܠܢ .
ܕܒܬ̈ܘܠܐ ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ .
ܐܙܡܪܘ ܒܗ ܢܟܦܐܝܬ .
ܫܘܒܚܐ ܠܡܪܗ ܕܩܒܘܬܐ ܀
ܒܗܢܐ ܥܐܕܐ ܕܡܩܪܒ ܟܠ ܐܢܫ .
ܢܨܚܢܘܗܝ ܐܝܟ ܩܘܪ̈ܒܢܘܗܝ .
ܒܐܫ ܠܝ ܦܘܚܙܐ ܕܝܠܝ .
ܕܡܣܟܢܐ ܚܙܝܬ ܐܢܐ .
ܐܬܪܟܟ ܒܛܠܟ ܪܥܝܢܝ .
ܘܗܘܐ ܠܗ ܢܝܣܢ ܐܚܪܢܐ .
ܕܗܘܘ ܠܝ ܫܘܫ̈ܢܘܗܝ ܩܘܪ̈ܒܢܐ .
ܗܐ ܟܠܝ̈ܠܝܢ ܒܟܠܝ̈ܠܝܢ .
ܘܥܠ ܬܪܥܐ ܕܐܕܢܐ ܣܝܡܝܢ .
ܒܪܝܟܐ ܥܢܢܐ ܕܢܛܦܬ ܥܠܝ ܀
ܡܢܘ ܚܙܐ ܦܩ̈ܥܐ ܕܟܬܒܐ .
ܡܢ ܣܦܪ̈ܐ ܐܝܟ ܡܢ ܛܘܪ̈ܐ .
ܘܡܠܝ̈ ܡܢܗܘܢ ܢܟܦ̈ܬܐ .
ܥܘ̈ܒܐ ܐܪ̈ܘܝܚܐ ܕܪ̈ܥܝܢܐ .
ܗܐ ܐܝܟ ܫܡܫܐ ܥܠ ܟܢ̈ܫܐ .
ܒܕܪ ܗܘܒ̈ܒܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ .
ܒܪ̈ܓܫܝܟܘܢ ܩܒܠܘ ܐܢܘܢ .
ܐܝܟ ܡܪܢ ܒܡܫܚܗ ܕܡܪܝܡ .
ܒܪܝܟ ܕܐܬܟܠܠ ܒܐܡ̈ܗܬܗ ܀

cum coruscationibus fulgurum. Cum pluvia mixtus est fletus passionis ; cum recenti viriditate jejunium paschatis.

4. In arca simili modo omnia ora omnes suas voces jubilando emiserunt ; foris fluctus terribiles, intus voces desideratæ ; in arca linguæ repetitis motibus unanimiter et caste locutæ sunt in typum nostræ solemnitatis ; utriusque sexus virgines sancte cantaverunt : « Gloria Domino arcæ. »

5. In hoc festo, in quo offert unusquisque præclara sua gesta velut suas oblationes, molesta mihi fuit mea inflatio (?), quia vidi me egenum esse : sed emollita est rore tuo mens mea ; ros tuus factus est ei alter Nisan, cujus flores effectæ sunt meæ oblationes ; ecce coronæ ac coronæ plexæ sunt atque ad portam auris positæ sunt. Benedicta nubes quæ stillavit super me.

6. Quis vidit flores e libris veluti e montibus erumpentes ? Castæ puellæ iis impleverunt spatiosos mentis sinus. Ecce vox, ut sol, super turbas flores sparsit ; sanctos hos flores in sensibus vestris accipite, ut Dominus noster unguentum Mariæ. Benedictus qui coronatus est a suis ancillis.

ܦܩܚܐ ܦܐܝܐ ܘܡܡܠܠܐ .
ܒܕܪܘ ܛܠܝܐ ܩܕܡܘܗܝ ܕܡܠܟܐ .
ܥܝܠܐ ܡܢܗܘܢ ܐܬܟܠܠ .
ܐܘܪܚܐ ܡܢܗܘܢ ܡܠܝܐ ܗܘܬ .
ܘܫܘܒܚܐ ܒܕܪܘ ܐܝܟ ܦܩܚܐ .
ܘܩܝܢܬܐ ܐܝܟ ܫܘܫܢܐ .
ܐܦ ܗܫܐ ܫܘܝܐܝܬ ܒܥܐܕܐ .
ܟܢܫܐ ܕܛܠܝܐ ܒܕܪܘ ܠܟ ܡܪܢ .
ܗܘܠܠܐ ܐܝܟ ܕܦܩܚܐ .
ܒܪܝܟ ܕܐܫܬܒܚ ܒܛܠܝܐ ❖
ܗܐ ܡܫܡܥܢ ܐܝܟ ܥܘܒܐ .
ܡܠܝܐ ܩܠܐ ܕܝܠܘܕܐ .
ܡܠܝܢ ܬܘܒ ܐܕܢܝ ܒܩܠܐ ܕܒܬܘܠܢ .
ܟܠܢܫ ܡܢ ܢܠܩܛ .
ܟܠ ܦܩܚܝܢ ܢܟܢܘܫ ܟܠ ܐܢܫ .
ܘܥܡܗܘܢ ܢܚܠܛ ܡܢ ܕܝܠܗ .
ܕܦܪܚܘ ܕܝܠܗ ܒܐܪܥܗ .
ܕܠܥܐܕܐ ܪܒܐ ܗܢܐ .
ܟܠܝܠܐ ܪܒܐ ܢܓܕܘܠ ܠܗ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܩܪܐ ܠܟܠܝܠܗ ❖
ܢܩܠܐ ܪܒܐ ܢܓܕܘܠ ܠܗ .
ܠܪܫܟܘܡܪܐ ܡܐܡܪܘܗܝ ܐܝܟ ܕܦܩܚܘܗܝ .
ܩܫܝܫܐ ܬܫܒܚܬܗܘܢ .
ܡܫܡܫܢܐ ܩܪܝܢܝܗܘܢ .
ܥܠܝܡܐ ܗܘܠܠܝܗܘܢ .
ܛܠܝܐ ܡܙܡܘܪܝܗܘܢ .
ܒܬܘܠܬܐ ܡܕܪܫܝܗܘܢ .
ܪܫܐ ܣܘܥܪܢܝܗܘܢ .
ܘܥܠܡܝܐ ܕܘܒܪܝܗܘܢ .
ܒܪܝܟ ܕܐܣܓܝ ܠܢ ܙܟܘܬܐ ❖
ܢܩܪܐ ܢܙܡܢ ܢܨܝܚܐ .
ܣܗܕܐ ܫܠܝܚܐ ܘܢܒܝܐ .

7. Flores pulchros et rationales sparserunt pueri coram rege. Pullus[1] illis coronatus est; via illis repleta fuit; pueri laudes sparserunt ut flores et cantus ut lilia. Nunc pariter in hac solemnitate turba puerorum sparserunt tibi, Domine, hulala[2] ut flores. Benedictus qui laudatus est a pueris.

8. Ecce aurium nostrarum sinus plenus est cantibus infantium; plenæ etiam sunt aures nostræ canticis virginum. Unusquisque colligat cunctos flores et hos misceat floribus qui creverunt in terra sua, ut huic festo magno magnam plectat coronam. Benedictus qui vocavit nos ad suam coronationem.

9. Offerant Domino nostro in coronam florum: pontifex suas homilias, presbyteri sua encomia, diaconi suas lectiones, adolescentes sua hulala, pueri suos psalmos, virgines sua cantica, principes sua acta, laici suos mores. Benedictus qui adauxit nobis triumphos.

10. Invitemus, advocemus inclytos martyres, apostolos et prophe-

[1] Alludit ad *Matth.* XXI, 15.

[2] Ista vox notat lætas exclamationes, jubilationes, cantus, hymnos jubilos et in officio liturgico sectiones psalmorum.

ܕܐܒܗܬܗܘܢ ܘܕܒܢܝܗܘܢ .
ܢܨܝܚܝܢ ܐܝܟ ܦܩܚܝܗܘܢ .
ܘܥܬܝܪܝܢ ܐܝܟ ܘܪܕܝܗܘܢ .
ܒܣܝܡ ܪܝܚܐ ܕܫܘܫܢܝܗܘܢ . ܡܢ ܓܢܬܐ ܕܒܘܣܡܐ ܠܩܛܝܢ .
ܘܡܝܬܝܢ ܫܘܦܪܐ ܕܥܐܕܐ .
ܠܟܠܝܠܐ ܕܝܠܢ ܫܦܝܪܐ .
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܡܢ ܛܘܒܢܐ ܀
ܟܠܝܠܝ ܡܠܟܐ ܐܬܡܣܟܢܘ .
ܩܕܡ ܥܘܬܪܗ ܕܟܠܝܠܟ .
ܕܢܨܝܒܐ ܒܗ ܕܟܝܘܬܐ .
ܙܟܝܐ ܒܗ ܗܝܡܢܘܬܐ .
ܙܠܝܓܐ ܒܗ ܡܟܝܟܘܬܐ .
ܦܨܝܚܐ ܒܗ ܩܕܝܫܘܬܐ .
ܢܨܝܚ ܒܗ ܚܘܒܐ ܪܒܐ .
ܡܠܟܬܐ ܪܒܐ ܕܗܒܒܐ .
ܗܐ ܫܠܡ ܫܘܦܪܗ ܕܟܠܝܠܟ .
ܒܪܝܟ ܕܝܗܒ ܠܢ ܕܢܓܕܠܝܘܗܝ ܀
ܡܠܟܢ ܩܒܠ ܩܘܪܒܢܢ .
ܘܗܒ ܠܢ ܚܠܦܘܗܝ ܦܘܪܩܢܐ .
ܫܝܢ ܐܪܥܬܐ ܕܚܪܒ . ܒܢܝ ܥܕܬܐ ܕܝܩܕ .
ܕܟܕ ܢܗܘܐ ܫܝܢܐ ܪܒܐ .
ܟܠܝܠܐ ܪܒܐ ܢܓܕܘܠ ܠܟ .
ܟܕ ܐܝܬܝ ܡܢ ܟܠ ܓܒܝܢ .
ܗܒܒܐ ܐܦ ܓܕܘܠܐ .
ܕܢܟܠܠ ܡܪܐ ܫܝܢܐ .
ܒܪܝܟ ܕܥܒܕ ܘܡܨܐ ܕܢܥܒܕ ܀

XX.

ܒܪ ܡܕܗ ܀

ܢܝܣܢ ܝܪܚܐ ܙܟܝܐ .
ܕܐܫܬܕܪ ܡܢ ܙܟܝܐ .
ܐܬܥܒܕ ܙܟܝܐ ܒܡܨܪܝܢ .

tas. Ipsis similes sunt eorum flores, nitent eorum gemmæ, ditissimæ sunt eorum rosæ, suave olent eorum lilia ; ex horto deliciarum colligunt pulcherrimos flores, eosque adducunt ad coronam festi nostri pulcherrimi. Gloria tibi a beatis.

11. Coronæ regum pauperes sunt in conspectu divitiarum tuæ coronæ. Inserta est in ea puritas ; triumphat in ea fides ; splendet in ea humilitas ; fulget in ea multicolor sanctitas; nitet in ea charitas magna, omnium florum regina. Ecce corona tua perfecta est. Benedictus qui dedit nobis ut plecteremus eam.

12. Rex noster, accipe oblationem nostram, et vicissim da nobis salutem ; pacem tribue terris vastatis ; instaura ecclesias igne destructas, ut, adducta magna pace, coronam plectamus tibi, allatis undique floribus et sertis ad coronandum Dominum pacis. Benedictus qui fecit et potuit facere.

XX.

Ejusdem toni.

1. Nisan, mensis victoriæ a victore missus, victoria illustris in Ægypto factus salvavit et eduxit sponsam regis ; suis effusionibus

ܦܪܣ ܘܐܣܩ ܟܠܗ̇ ܡܠܬܐ .
ܘܡܠܐ ܐܪܥܐ ܒܫܘܫܢܘܗܝ ܘܗܘܪܘܗܝ .
ܩܕܡ ܘܒܪܩܘ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ .
ܩܥܩܥܐ ܕܪ̈ܥܡܐ ܢܗܪܘ ܗܘܘ .
ܘܫܘܪܐ ܕܛܘܪ̈ܐ ܗܘܐ ܗܘܐ .
ܛܘܪ̈ܐ ܡܪܩܕܝܢ ܪܩܕܘ ܗܘܘ .
ܒܪܝܟ ܪܡܐ ܕܐܪܝܡ ܡܟܝ̈ܟܐ ✣
ܗܘܐ ܚܠܘܠܐ ܕܟܠܬܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܘܓܢܘܢܐ ܒܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ .
ܢܚܬ ܩܕܝܫܐ ܡܟܪ ܘܢܣܒ .
ܠܒܪܬܐ ܕܐܒܪܗܡ ܪܚܡܗ .
ܪܒ ܥܘܠܐ ܕܗܘܐ ܬܡܢ .
ܕܟܠܬܐ ܓܪܬ ܒܓܢܘܢܗ̇ .
ܡܟܘܪܐ ܣܠܩ ܥܠ ܚܬܢܐ .
ܘܓܝܘܪܐ ܥܠ ܓܢܘܢܐ .
ܣܢܬ ܡܠܟܐ ܘܪܚܡܬ ܥܓܠܐ .
ܒܪܝܟ ܕܟܝܐ ܕܟܬܒ ܘܫܪܗ̇ ✣
ܓܘܪ ܕܟܠܬܐ ܥܒܕܬ ܒܡܕܒܪܐ .
ܘܒܡܕܒܪܐ ܗܘܐ ܩܒܪܗ̇ .
ܠܐ ܥܠܬ ܠܒܝܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ .
ܕܠܐ ܢܬܚܣܕ ܒܗ̇ ܚܬܢܐ .
ܪܒܝ ܕܝܢ ܒܪܬܗ̇ ܐܠܗܐ ܚܠܦܝܗ̇ .
ܘܝܗܒ ܠܗ̇ ܬܟܫܝܛܐ ܕܐܡܗ̇ .
ܢܛܪܗ̇ ܗܘܐ ܡܢ ܛܢܦܘܬܗ̇ .
ܘܡܠܟ ܠܗ̇ ܕܐܢ ܬܬܢܛܪ .
ܒܪ ܡܠܟܐ ܢܗܘܐ ܚܬܢܐ ܠܗ̇ .
ܒܪܝܟ ܕܡܟܪ ܥܕܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ✣
ܢܝܣܢ ܚܕܝܐ ܐܫܬܕܪ .
ܐܝܟ ܕܠܐܡܐ ܐܝܟ ܗܟܢ ܠܒܪܬܗ̇ .
ܕܢܟܠܠ ܠܗ̇ ܠܒܪܬ ܣܪܐ .
ܢܦܩܬ ܠܐܘܪܥܐ ܕܒܪ ܡܠܟܐ .
ܙܝܚܐ ܪܒܐ ܢܦܩ ܩܕܡ ܚܬܢܐ .

turbavit terram eamque sparsis suis floribus implevit. Coram eo fulgura coruscarunt, clangor tonitruum resonavit, montes subsilierunt. Benedictus Altissimus qui extulit despectos.

2. Factæ sunt nuptiæ puræ in deserto et thalamus positus est in monte Sinai; descendit sanctus et desponsavit sibi atque accepit filiam Abrahæ, amici sui. Magnum perpetratum est illico nefas. Sponsa adulterio fœdavit thalamum suum; sponsor ascendit ad sponsum, et adulter super thalamum; sponsa regem odivit et amavit vitulum. Benedictus Purissimus qui scripsit (libellum repudii) et dimisit eam.

3. Sponsa fecit stuprum in deserto et in deserto nacta est sepulchrum. Introducta non fuit in domum gentium, ne Sponsus purissimus contumelia ab ea afficeretur. Nutrivit autem Deus filiam ejus pro ea eique ornamenta matris suæ dedit, servavit eam a contaminatione ac promisit ei, si castam se servaret, filium regis fore sponsum ejus. Benedictus qui desponsavit Ecclesiam gentium.

4. Sicut ad matrem, sic ad filiam Nisan hilaris missus fuit, ut hanc Saræ filiam coronaret; exivit in occursum filii regis, pompa magna processit coram sponso ut gauderet sponsa in sponso suo. Claudi exsi-

ܕܐܝܠܐ ܟܠܗ ܒܥܒܪܝܗ̇ .
ܣܡܝ̈ܐ ܢܗܪܘ ܐܝܟ ܠܡܦܐܕܐ .
ܬܫ̈ܒܚܬܐ ܗܘ̈ܝ ܐܝܟ ܣ̈ܘܟܐ .
ܡܒܣܪܬܐ ܒܒܘܣܡܐ ܗܘܬ ܗܘܬ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܢܟܦ ܡܫܝܛܬܐ ܀
ܚܙܬ ܒܪܬ ܣܪܐ ܠܒܪ ܡܠܟܐ .
ܚܙܬ ܕܢܟܦ ܘܐܬܡܟܪܬ .
ܚܙܬܗ ܕܙܕܩ ܘܐܬܟܪܗܬ .
ܕܥܡ ܓܝ̈ܪܐ ܡܥܕܐ ܗܘܬ .
ܐܪܫܝܬܗ ܕܠܐ ܬܬܪܫܝ .
ܓܪܬ ܒܥܠܘܗ ܒܥܠܠܐ .
ܕܐܝܟ ܡܢ ܐܚܪܢܐ ܡܒܠܐ ܠܗ̇ .
ܕܫܢܝܐ ܠܗ̇ ܓܝܪ ܠܐ ܝܕܥܬ .
ܕܗܘܝܘ ܡܟܝܪܗ̇ ܩܕܝܫܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܣܝܒܪ ܛܢܦܘܬܗ̇ ܀
ܢܝܣܢ ܕܝܢ ܝܪܚܐ ܟܐܢܐ .
ܫܠܚ ܘܫܩܠ ܬܨܒܝܬ̈ܗ̇ .
ܕܒܗ ܠܒܫܬ ܐܦ ܒܗ ܫܠܚܬ .
ܨܪܐ ܘܫܪܛ ܐܦܝ̈ ܬܪܥܐ .
ܗܘ ܢܚܬܐ ܕܟܝܐ ܕܒܟܣܝܗ̇ .
ܕܒܗ ܟܣܝܢ ܗܘܘ ܨܒ̈ܬܐ ܩܕܝܫܐ .
ܫܠܚ ܘܫܩܠ ܥܐ̈ܕܝܗ̇ .
ܫܩܠ ܡܢܗ̇ ܪܫܐ ܕܥܐ̈ܕܝܗ̇ .
ܕܒܗ ܗܘ ܬܠܝܢ ܗܘܘ ܟܠ ܥܐ̈ܕܝܢ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܫܩܠܗ ܠܥܠܡ ܀
ܒܪ ܡܠܟܐ ܕܚܙܐ ܥܘܠܗ̇ .
ܐܬܐ ܡܟܪ ܠܗ ܥܕܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ .
ܕܢܣܒ ܚܘܒܗ̇ ܘܫܪܪܗ̇ .
ܡܙܓܗ̇ ܒܗ ܘܐܬܡܙܓ ܒܗ̇ .
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܓܡܪ ܦܘܪܫܢܐ .
ܗܐ ܝܬܒܐ ܒܗܝܟܠܐ ܡܠܟܐ .
ܘܠܒܝܫܐ ܨܒܬ ܡܠܟܐ .

lierunt ut cervi[1], cæci illuminati sunt ut lampades, laudatio facta est cum ramis palmarum. Benedictus qui pudicam reddidit sponsam despectam.

5. Vidit filia Saræ filium regis, vidit ipsum esse verecundum et desponsata est ; vidit ipsum esse castum et infirmata est, quia cum adulteris consuetudinem habebat ; accusavit eum, ut non accusaretur ; criminis insimulavit eum, quasi alia de causa repudiasset eam ; rabie quippe arrepta, nesciebat ipsum sponsum suum esse sanctum. Benedictus qui toleravit immunditiam ejus.

6. Nisan autem, mensis justus, exuit eam ornamentis illius eaque abstulit. Quo mense synagoga ea induerat, eodem illa exuit. Nisan scidit et laceravit velum, vestimentum istud mundum, quo operiebantur ornamenta sacra ; spoliavit synagogam festis ejus eaque abstulit ; abstulit caput festorum a quo pendebant cætera festa. Benedictus qui abstulit illud in æternum.

7. Filius regis, visa illius iniquitate, venit et desponsavit sibi ecclesiam gentium, cujus amorem et veritatem probata habebat; univit eam sibi et se univit ei, adeo ut nulla prorsus daretur separatio. Ecce hæc sedet in templo regis induta ornamentis regiis. Ministrat ei mensis Nisan ornatus indutusque

[1] *Is.* XXXV, 5. In titulo in margine superiori ad hanc stropham apposita sunt verba : ܥܠ ܩܝܡܬܐ De resurrectione.

ܡܥܡܥ ܠܗ ܢܝܣܢ ܚܙܝܐ .
ܡܪܟܒ ܘܡܠܒܫ ܗܘܦܠܐ .
ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܗ ܕܢܝܣܢ ܀
ܒܢܝܣܢ ܦܪܚ ܠܟܘܒܝܗܘܢ .
ܩܛܦܐ ܘܫܒܩܝܢ ܥܪܛܠܝܗܘܢ .
ܫܡܫܝܢ ܠܗܘܢ ܒܟܠܝܠܐ .
ܘܗܘܝܢ ܟܠܠܐ ܠܐܣܝܪ̈ܐ .
ܐܝܟ ܢܝܣܢ ܥܐܕܗ ܕܢܝܣܢ .
ܒܗ ܓܝܪ ܨܪܐ ܢܚܬܘܗܝ ܪܒ ܟܘܡܪ̈ܐ .
ܘܥܪܩܬ ܡܢܗ ܟܘܡܪܘܬܐ .
ܫܒܩܬܗ ܠܗ ܟܕ ܥܪܛܠ .
ܘܐܬܦܪܣܬ ܥܠ ܦܪܘܩܢ .
ܒܪܝܟ ܟܐܢܐ ܕܬܒܥ ܕܝܠܗ ܀
ܒܢܝܣܢ ܕܚܙܬܗ ܪܘܚܐ .
ܠܪܫ ܟܗܢ̈ܐ ܩܝܦܐ .
ܕܫܠܚ ܡܢܗ ܟܘܡܪܘܬܐ .
ܘܡܢ ܪܒܘܬܐ ܐܬܢܟܝܣ .
ܨܪܐ ܐܦ ܗܘ ܐܦܝ ܬܪܥܐ .
ܢܦܩܬ ܘܐܦܩܬ ܟܠ ܡܕܡ .
ܚܙܐ ܩܘܕܫܐ ܕܡܫܡܫܝܢ .
ܕܠܝܬ ܠܗ̇ ܟܘܡܪܐ ܕܡܫܡܫ .
ܘܫܢܝ ܠܐܬܪܐ ܕܡܫܡܫܝܢ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܐܨܒܬ ܠܬܫܡܫܬܗ ܀
ܢܚܬܐ ܐܟܡܐ ܚܫܘܟܐ .
ܟܠܗ ܒܢܝܣܢ ܡܬܨܪܐ .
ܦܪܚܝܢ ܒܪ̈ܩܐ ܒܚܫܘܟܐ .
ܡܨܪܝܢ ܠܗ ܒܙܠܝܩܝܗܘܢ .
ܥܐܕܐ ܕܗܘܐ ܒܢܝܣܢ .
ܒܩܠܗ ܩܒܪ̈ܐ ܨܪܐ ܗܘܐ .
ܩܠܐ ܕܡܚܝܐ ܠܟܠ .
ܫܡܥܬܗ ܡܘܬܐ ܩܛܘܠ ܟܠ .
ܘܐܬܫܪܝ ܘܦܠܛ ܓܙ̈ܘܗܝ .
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܒܪ ܡܚܝܐ ܟܠ ܀

floribus. Gloria tibi, Nisanis Domine.

8. In Nisan e suis calicibus erumpunt flores ; decerpuntur et stipitem nudum relinquunt et aliis coronandis inserviunt. Sicut Nisan, sic festum ejus. In illo quippe scidit vestimenta sua princeps sacerdotum[1] et effugit ab eo sacerdotium, eumque nudatum reliquit et super Salvatorem nostrum se expandit. Benedictus justus qui vindictam sumpsit.

9. In Nisan vidit Spiritus principem sacerdotum Caipham sacerdotio et pontificatu spoliatum. Scissum est etiam velum, quo remoto propalata sunt omnia ; sanctuarium, in quo sacra peragebantur, vidit non amplius adesse sacerdotem qui ministraret, et migravit in locum ubi sacra peraguntur. Benedictus qui decoravit ministerium suum.

10. Atrum tenebrarum indumentum totum in Nisan laceratur. Volant fulgura per tenebras, easque suis radiis lacerant. Festum in Nisan celebratum sua voce sepulchra scidit. Hanc vocem omnia vivificantem audivit mors, quæ omnes interficit, et dissoluta dimisit thesauros suos. Tibi gloria, o fili omnes vivificans.

[1] *Matth.* XXVI, 65.

ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܦܬܚܗ ܠܡܨܪܝܢ .
ܗܘ ܐܡܪܐ ܐܪܙܐ ܕܒܛܠ .
ܒܩܛܠܗ ܚܝܠܗ ܚܘܝ ܗܘܐ .
ܕܡܝܬܐ ܠܚܝܐ ܦܪܩ ܗܘܐ .
ܐܦ ܒܟܪܐ ܒܝܘܡܐ ܕܩܛܠܗ .
ܦܬܚܗ ܠܫܝܘܠ ܐܝܟ ܡܨܪܝܢ .
ܢܦܩܘ ܡܝܬܐ ܐܟܪܙܘ ܚܝܠܗ .
ܕܗܘ ܐܡܪܐ ܕܒܝܕ ܩܛܠܗ .
ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܫܝܘܠ ܐܣܩ .
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܡܫܘܪܒ ܕܝܠܗ ❖

11. In illo die aperuit Ægyptum ille agnus figuræ quæ cessavit; sua nece vim suam ostendit, mortuus quippe vivos salvavit. Pariter Unigenitus in die necis suæ aperuit inferos velut Ægyptum; exeuntes mortui prædicarunt potentiam istius agni, qui per suam necem eos e sinu inferorum eduxit. Tibi gloria, o spoliator inferorum.

ܢܝܣܢ ܗܘ ܡܥܠ ܝܩܪܐ .
ܥܡܝܪܐ ܟܠ ܒܪܝܬܐ .
ܫܩܠ ܝܘܩܪܐ ܡܢ ܛܘܪܐ .
ܘܚܦܝܬܐ ܡܢ ܡܒܘܥܐ .
ܕܒܚܘܡܗ ܫܪܐ ܬܠܓܐ .
ܘܐܓܠܝܕܐ ܕܢܗܪܘܬܐ .
ܫܠܝ ܫܘܪܝܐ ܕܡܒܘܥܐ .
ܫܒܝܠܐ ܪܫܡ ܒܝܢ ܓܠܠܐ .
ܠܬܓܪܐ ܥܠ ܝܘܬܪܢܐ .
ܫܘܒܚܐ ܡܪܝ ܠܒܛܝܠܘܬܟ ❖

12. Nisan allevat pondus quo mundus gravatur; aufert a montibus onus et a fontibus operimentum, quia suo calore solvit nives glaciesque rivorum, sedat impetum fontium, semitas parat inter fluctus mercatoribus ad lucra obtinenda. Gloria, Domine, sollicitudini tuæ.

ܩܘܪܫܐ ܒܝܫܐ ܡܢܓܕ ܟܠ .
ܘܫܘܒܐ ܚܡܝܡܐ ܡܫܢܩ ܟܠ .
ܙܟܐ ܢܝܣܢ ܒܒܣܝܡܐ .
ܡܫܚܢ ܐܐܪ ܒܒܣܝܡܘܬܗ .
ܠܐܝܠܢܐ ܥܪܛܠܝܐ ܡܠܒܫ .
ܕܐܪܙܐ ܗܘ ܕܐܒܐ ܕܝܬܡܐ .
ܦܪܘܣܐ ܕܐܪܥܐ ܡܟܣܐ .
ܐܝܟ ܡܪܗ ܕܟܣܐ ܘܐܠܒܫ .
ܦܪܘܣܐ ܕܚܘܐ ܒܥܕܢ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܟܣܐ ܦܪܘܣܢ ❖

13. Frigus acerbum omnes flagellat, calor vehemens omnes cruciat, vincit Nisan amœnus, tepidam reddit auram, arbores nudatas vestit, quia figura est Patris orphanorum; nuditatem terræ operit, sicut Dominus ejus operuit vestimentis nuditatem Hevæ in paradiso. Benedictus qui texit nuditatem nostram.

ܢܝܣܢ ܙܟܝܐ ܝܪܚܐ .
ܘܟܪܝܟܝܢ ܠܗ ܟܠ ܝܘܡܬܐ .
ܘܝܡܝܢܝܢ ܠܗ ܟܠ ܝܪܚܐ .
ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܣܡܠܗ .

14. Nisan mensis est victoriæ; eum circumdant omnes anni dies mensesque a dextris et a sinistris; a dextra media pars mensium, a sinistra altera pars, e regione stat

ܦܠܓܗ ܕܬܫܪܝ ܥܬܝܪ ܒܗ .
ܘܦܠܓܗ ܐܘܟ ܒܐܝܪܚ ܒܗ .
ܠܡܩܪܒܘ ܩܘܪܒ ܡܢ ܥܘܬܪܐ .
ܠܥܢܝ ܚܝܠܐ ܒܟܠܡܕܡ .
ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܩܘܪܒܢܐ .
ܒܪܝܟ ܗܘ ܚܝܠܐ ܡܛܟܣ ܟܠ ❖
ܩܥܐ ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ ܒܩܘܒܟܝ .
ܐܘ ܥܩܪܬܐ . ܕܢܣܦܩ ܠܒܢܝܟܝ .
ܕܐܘܪܫܠܡ ܩܛܠܬ ܥܘܪ̈ܠܐ .
ܥܕܬܐ ܡܚܝܐ ܠܓܙܝܪ̈ܐ .
ܗܐ ܡܥܝܐ ܠܦܓܪ̈ܢܐ .
ܕܚܕܝܢ ܒܝܠܕܘܬܐ .
ܒܡܘܠܕܐ ܕܥܘ̈ܠܐ ܫܒܝܚܝܢ .
ܘܒܥܠܠܬܐ ܕܐܪ̈ܥܐ ܣܟܝܢ .
ܠܡܬܝܠܕܘ ܕܪܘܚ ܡܣܒܪܝܢ .
ܒܪܝܟ ܕܡܠܟ ܛܘܒܐ ܠܥܡܡܐ ❖
ܥܘܒܗ ܕܒܪܬ ܨܗܝܘܢ ܐܬܥܨܝ .
ܐܝܟ ܕܙܒܢܝܐ ܗܘܐ ܗܘ .
ܠܥܡܐ ܙܥܘܪܐ ܣܦܩ ܗܘܐ .
ܕܢܥܒܕ ܒܗ ܥܐܕܐ .
ܒܐܘܪܫܠܡ ܒܠܚܘܕ ܗܝ .
ܕܢܩܪܒ ܥܡܐ ܕܒܚ̈ܘܗܝ .
ܐܝܟܢܐ ܡܨܝܢ ܗܘܘ ܗܪܟܐ .
ܟܠ ܥܡܡ̈ܐ ܡܢ ܟܠ ܣܘܦ̈ܐ .
ܕܢܩܪܒܘܢ ܬܡܢ ܕܒܚ̈ܝܗܘܢ .
ܒܪܝܟ ܕܒܟܠ ܦܓܪܗ ܩܨܐ ❖
ܟܐܦܐ ܕܚܙܐ ܕܢܝܐܝܠ .
ܡܠܐ ܟܠܗ ܐܪܥܐ .
ܥܢܢܐ ܕܚܙܐ ܐܠܝܐ .
ܐܬܦܪܣܬ ܘܪܘܚܬ ܛܘܦܣܐ .
ܠܣܒܪܬܐ ܕܦܫܛܬ ܢܦܫܗ .
ܘܐܬܢܛܦܬ ܥܠ ܟܠ ܥܡܡ̈ܐ .

a longe Tešrin, mensis dives qui offert ei oblationem. Benedicta virtus omnium ordinatrix.

15. Clamavit propheta: « Dilata o sterilis, sinum tuum, ut sufficiat filiis tuis[1]. » Jerusalem enim occidit incircumcisos ; Ecclesia vivificat circumcisos (corde) ; hortatur quippe homines corporeos nativitate carnali gaudentes, partu infantium gloriantes et terræ proventus expectantes ut spiritualiter renascantur. Benedictus qui promisit beatitudinem gentibus.

16. Parvus filiæ Sion sinus constrinxit se ; quia temporarius erat, sufficiebat populo parvo ; jussit Deus ut festum (paschatis) perageretur in Jerusalem tantum et ut populus illuc suas victimas adduceret. Quomodo potuissent omnes populi ex omnibus finibus illuc adducere suas victimas? Benedictus qui ubique fregit corpus suum.

17. Lapis, quem vidit Daniel[2], orbem totum implevit ; nubes, quam vidit Elias[3], sua dilatatione figura fuit Evangelii, quod se dilatavit et se extendit ad omnes populos atque distillavit abundantes suos imbres, ut possent extinguere

[1] Alludit forsan ad *Is.* LIV, 1-2.
[2] *Dan.* II, 34-35.
[3] *III Reg.* XVIII, 44.

ܨܗܝܬ ܡܫܩܝܢ ܠܥܡ̈ܡܐ .
ܘܐܬܪ̈ܘܬܐ ܠܘܟ ܕܢܓܕܝܢ ܗܘܘ .
ܕܫܡܫܘ ܗܘܐ ܕܥܡ̈ܡܐ .
ܒܪܝܟ ܕܒܟܠܕܘܟ ܡܫܬܡܫ ✣

sitim populorum. Benedictus ille cui obsequium ubique præstatur.

XXI.

ܥܠ ܩܠܐ
ܕܗܢܘ ܨܘܡܗ ܕܒܘܟܪܐ :

Ad tonum : Hoc est jejunium Unigeniti[1].

ܐܘܫܛ ܠܢ ܡܪܝ ܒܪܝܟܐ .
ܡܕܡ ܡܢ ܥܘܬܪܟ . ܒܝܪܚܐ ܡܥܬܪ ܟܠ .
ܡܕܒܪܢܘܬܟ ܒܢܝܣܢ ܥܠ ܟܠ ܐܬܦܫܛܬ .
ܘܥܬܪܘ ܒܗ ܘܐܨܛܒܬܘ .
ܛܘܪ̈ܐ ܒܥܣܒ̈ܐ ܦܬ̈ܐ ܒܙܪ̈ܥܐ .
ܝܡܐ ܒܥܠܠ̈ܬܐ . ܐܪܥܐ ܒܛܒ̈ܬܐ .
ܪܩܝܥܐ ܒܟܘܟܒ̈ܐ ܦܨܝ̈ܚܐ .
ܘܒܩܥ̈ܬܐ ܒܘܪ̈ܕܐ .
ܢܝܣܢ ܨܒܬܗ̇ ܕܐܪܥܐ .
ܘܥܐܕܗ ܕܢܝܣܢ ܨܒܬܗ̇ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ✣

1. Porrige nobis, Domine benedicte, aliquid e divitiis tuis in mense omnes ditante. Providentia tua in mense Nisan ad omnia se extendit. Ditescunt in eo et ornantur montes herbis, arva seminibus, mare proventibus, terra bonis, cœlum lætis astris, valles floribus. Nisan ornamentum est terræ et festum Nisan ornamentum est Ecclesiæ.

ܗܘܐ ܢܝܣܢ ܡܠܠܐ .
ܦܠܚܬ ܐܝܟ ܕܐܠܨܢ . ܘܫܐܠ ܕܐܡܪ ܡܪܝ .
ܐܢ ܦܘܡܐ ܣܟܝܪܐ . ܕܚܘܝܐ ܩܛܘܠܐ .
ܒܗ ܢܝܣܢ ܡܬܦܬܚܝܢ .
ܦܬܚ ܦܘܡܗ ܚܘܝܐ ܠܝܛܐ .
ܕܠܟܠ ܘܡܛܥܐ ܠܗ . ܦܬܚ ܡܪܝ ܚܢܢܟ .
ܦܘܡܗ ܕܥܒܕܟ ܘܥܒܕܝܗܝ . ܟܢܪܐ ܕܫܪܪܐ .
ܕܢܙܡܪ ܩܠܐ ܚܠܝܐ .
ܕܡܠܐ ܬܪܝܨܐ . ܒܪܝܟܐ ܠܟܠ ܫܡܘܥܘܗܝ ✣

2. Nisan spiritualis monet me, sicut urget et expetit ut dicam : « Domine, si ora clausa serpentium homicidarum per Nisan aperiuntur, si aperuit os suum serpens maledictus, omnium deceptor et occisor[2], aperi, Domine, tua clementia os servi tui et fac eum citharam veritatis, quæ voce dulci rectitudineque plena psallat : « Benedictus sit omnibus ejus auditoribus. »

ܐܢ ܗܘܐ ܐܐܪ ܡܠܠܐ .
ܟܠܗ ܒܟܠ ܩܠܝܢ . ܥܡ ܪ̈ܥܡܝ ܢܝܣܢ .
ܟܡܐ ܙܕܩ ܠܥܕܬܐ . ܥܕܬܐ ܡܗܠܠܐ .

3. Si aer spiritualis cum omnibus suis vocibus totus est cum tonitruis Nisan, quantum jubilare debet Ecclesia fidelium in die paschatis

[1] Vide supra col. 67, strophæ schema : 6555568 5575610.

[2] S. Ephræmus in suo in Genesin commentario docet primum hominem in mense Nisan creatum fuisse et in eodem mense a serpente per peccatum occisum fuisse.

ܒܗܘܢ ܦܪܝܣ ܡܛܠܠ .
ܕܐܝܟ ܩܝܬܪܐ ܠܐܪܡܢ ܟܠܗ .
ܒܥܐܕܟ ܪܒܐ . ܚܒܪܗ ܘܒܪ ܙܘܓܗ .
ܕܗܘ ܥܐܕܐ ܕܒܗ ܢܒܥܘ ܥܝܪ̈ܐ ܒܒܝܬ ܠܚܡ .
ܬܓܕܘܠ ܥܕܬܐ ܒܢܝܣܢ .
ܟܠܝܠܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܓܕܠܘܗܝ ܥܝܪ̈ܐ ܒܟܢܘܢ ܀
ܗܐ ܐܠܒܫ ܢܝܣܢ ܠܐܪܥܐ .
ܙܩܪ ܡܠܒܫ ܠܗ̇ . ܠܒܘܫܐ ܕܟܠ ܓܘܢܝܢ .
ܡܬܥܛܦܐ ܟܬܝܢܐ . ܗܘ ܚܠܐ ܕܦܩܚܐ .
ܘܦܪܝܣܐ ܕܗܒܒ̈ܐ .
ܐܡܗ ܕܐܕܡ ܒܥܐܕܐ ܢܝܣܢ .
ܡܬܥܛܦܐ ܚܠܐ . ܕܠܐ ܙܩܝܪ ܒܐܝܕ̈ܝܐ .
ܡܬܦܨܚܐ ܕܢܚܬ ܡܪܗ̇ . ܘܐܩܝܡ ܗܘܐ ܠܒܪܗ̇ .
ܬܪܝܢ ܠܗ̇ ܥܐܕ̈ܝܢ ܠܐܪܥܐ .
ܘܬܪܝܢ ܫܘܬܦܝܢ ܐܝܟ ܕܡܪܗ̇ ܘܕܒܪܗ̇ ܀
ܒܦܫܛܐ ܥܘܒܐ ܗܝ ܘܟܢܫܐ .
ܐܪܥܐ ܠܟܠ ܚܝ̈ܐ . ܘܬܟܣܝܬܐ ܠܡܝ̈ܬܐ .
ܐܘ ܠܐܪܥܐ ܕܡܟܣܝܐ . ܠܟܠ ܟܠ ܕܥܪܛܠ .
ܕܠܗ̇ ܕܡܢ ܕܢܟܣܝܗ̇ .
ܢܝܣܢ ܒܗܬ ܒܥܪܛܠܘܬܗ̇ .
ܘܐܝܟ ܕܟܣܘܗܝ ܠܢܘܚ . ܡܟܣܐ ܦܘܪܣܝܗ̇ .
ܠܐܒܐ ܕܟܠ ܬܪܝܢ ܐܚܝ̈ܢ .
ܒܪ ܚܕܐ ܟܣܘ .
ܘܠܐܪܥܐ ܐܡܐ ܕܟܠ .
ܢܝܣܢ ܠܒܘܕܗ ܟܣܝ ܒܢܚ̈ܬܐ ܕܦܩܚܐ ܀
ܐܦ ܗܘ ܓܕܐ ܡܚܝܠܐ .
ܒܝܪܚ ܗܒܒ̈ܐ ܢܦܩ ܡܬܟܬܫ .
ܚܙܘ ܒܗ ܒܥܘܪܐ ܚܠܝܨ ܡܢ ܟܠ .
ܘܐܬܕܡܘ ܒܚܝܠܘܬܗ .
ܨܘܪ̈ܐ ܠܒܝܫ̈ܐ . ܛܘܦܣ̈ܐ ܛܥܝܢ .
ܘܡܢ ܟܠ ܗܒܒ̈ܐ . ܟܢܫ ܥܘܕܪ̈ܢܐ .
ܐܦ ܣܝܡܬܗ ܟܣܝܐ ܘܫܝܛܐ .

tui spiritualis, et velut cithara tota canticis incumbere in magna tua solemnitate, quæ socia est et consors illius solemnitatis, qua angeli in Bethleem jubilarunt. Plectat Ecclesia in Nisan coronam gloriæ quam plexerunt angeli in Conun[1].

4. Nisan etiam terram induit vestimento coloribus omnis generis texto; induitur tellus tunica pallioque florum. Mater Adami[2] in festo Nisan induitur vestimento manibus haud contexto; lætatur Dominum suum descendisse et filium suum suscitasse. Duæ simul dantur terræ festivitates duoque convivia, Domini scilicet ejus ejusque Filii.

5. Terra velut sinus est et asylum cunctis viventibus et velut operimentum mortuis. O terra, qua operitur omnis nudus et quam nemo operire potest! Nisan erubescit de ejus nuditate et sicut denudati Noe denudationem ejus operit. Duo fratres pallio patrem omnium operuerunt, terram, omnium matrem, solus Nisan vestibus florum operit.

6. Etiam illa volucris inermis mense florum (ex alveario) exiens strenue laborat. Inspicite inertem præ omnibus apem et strenue laborate sicut illa; figuris vestitur, typos portat, e cunctis floribus colligit adjumenta, thesaurus ejus absconditus et vilis est; ubi autem aperitur, mirum visu quomodo

[1] In mense Decembri.

[2] Terra e qua sumptus est.

ܗܝ ܕܝܢ ܕܐܬܥܡܠܬ .
ܬܒܢܐ ܠܟܘܪ̈ܐ ܕܡܠܝܬ .
ܠܥܡܠܗ ܘܒܢܝܗ ܘܡܠܝܗ . ܒܪܝܟ ܒܪܘܝܗ ܀
ܟܕ ܚܠܝܘܬܐ ܟܢܫܐ .
ܦܘܡܐ ܗܘܐ ܒܡܢ ܠܗ . ܕܗܘܐ ܢܦܝܠ ܡܢ ܥܠ .
ܡܨܝܪܐ ܗܘܐ ܕܟܢܫܬ ܥܕܬܐ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ .
ܚܠܝܘܬܐ ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ .
ܟܢܘܫܬܐ ܒܡܕܒܪܐ ܠܩܛܬ ܡܢܐ .
ܒܥܫܩܗ ܢܦܫܗ . ܟܕ ܣܐܝܐ ܪܥܝܢܗ .
ܬܘ ܟܢܫܘ ܚܘܒܐ ܕܟܝܐ .
ܚܠܦ ܡܢܐ ܚܘܪܐ .
ܡܢܐ ܡܣܪܚ ܗܘܐ ܟܕ ܒܐܬ .
ܚܘܒܐ ܐܢ ܗܘ ܕܒܐܬ ܝܬܝܪ ܒܣܝܡ ܀
ܡܪܝܪܘܬܗ ܕܣܬܘܐ .
ܢܝܣܢ ܬܒܪ ܠܗ . ܠܥܘܩܣܗ ܡܪܝܪܐ .
ܐܬܐ ܗܘ ܕܚܘܒܐ . ܢܝܣܢ ܕܒܚܘܡܗ .
ܙܟܐ ܠܩܘܪܫܐ ܡܪܝܪܐ .
ܗܐ ܕܝܢ ܫܪܝܢ ܪ̈ܓܠܐ ܕܐܣܪ ܣܬܘܐ .
ܗܐ ܫܪܝܢ ܐܝ̈ܕܝܐ ܕܟܦܢ ܒܒܛܠܐ .
ܗܐ ܢܦܩܬ ܚܦܝܛܘܬܐ .
ܕܬܨܒܬ ܠܐܪܥܐ .
ܬܚܙܐ ܢܦܫܐ ܘܬܛܢ .
ܘܚܠܦ ܐܪܥܐ ܬܨܒܬ ܗܝ ܠܢܦܫܗ ܀
ܡܪܐ ܢܝܣܢ ܗܘܐ ܠܗ .
ܒܡܕܘܬ ܫܪܐ ܟܠ . ܕܫܪܐ ܠܬ̈ܓܪܐ .
ܐܣܝܪ̈ܘܗܝ ܕܣܬܘܐ . ܢܝܣܢ ܟܕ ܐܫܠܡ .
ܫܪܐ ܐܢܘܢ ܘܢܦܩܘ ܪܕܘ .
ܒܕܡܘܬ ܡܪܢ ܕܫܪܐ ܒܢܝܣܢ .
ܠܐܣܝܪ̈ܘܗܝ ܕܫܝܘܠ . ܘܦܬܚܘ ܩܒܪ̈ܝܗܘܢ .
ܬܫܪܐ ܢܦܫܗ ܚܐܪܘܬܐ .
ܕܐܣܝ ܦܟܪܬ ܠܗ .
ܡܢܘ ܢܫܪܐ ܠܐܣܝܪ .
ܕܦܟܪ ܗܘ ܦܓܪܗ ܒܐܣܘܪܐ ܪܒܐ ܕܨܒܝܢܗ ܀
ܒܟ ܗܘ ܢܝܣܢ ܒܫܠܝܐ .

illa laboravit et construxit favos eosque implevit. Benedictus creator ejus.

7. Dum os dulcedinem colligebat mannæ in terram diffusæ et purissimæ figuram exprimebat Ecclesiæ, quæ collegit e Scripturis dulcedinem Spiritus sancti. Synagoga in deserto collegit manna, mente fœdata gulose accumulavit illud. Venite, colligite amorem purum pro manna candido. Manna putrescebat quando per noctem servabatur. Amor si pernoctet, suavior fit.

8. Acerbum frigoris hiemalis aculeum Nisan frangit; Nisan, qui calore suo vincit acre frigus, figura est amoris. Jam solvuntur pedes quos hiems constrinxit, solvuntur et manus otio vinctæ, jam exivit laboris ardor ut ornaret terram. Consideret anima et ad æmulationem provocetur ac pro terra ornet seipsam.

9. Est veluti omnium solutor magnus Nisan, qui mercatores, hiemis captivos, solvit; Nisan enim suo regno solvit eos; illi autem exsilientes profecti sunt. Simili modo Dominus noster in Nisan solvit captivos inferorum, qui aperuerunt sepulchra sua. Solvat se libertas a vinculis quibus se constrinxit. Quis solvat eum qui magno voluntatis suæ vinculo se vinxit?

10. Per te Nisan fit tranquillus.

ܐܝܟ ܕܒܟܠ ܪ̈ܥܡܐ ܠܡܫ̈ܡܥܝܢ .
ܒܗ ܗܘ ܬܘܒ ܒܢܝܣܢ . ܗܘ ܡܪܐ ܪ̈ܥܡܐ .
ܪܟ ܒܚܘܒܗ ܚܣܝܢܗ .
ܘܢܚܬ ܘܫܪܐ ܒܥܘܒܗ̇ ܕܡܪܝܡ .
ܒܗ ܬܘܒ ܒܢܝܣܢ ܐܬܥܫܢ .
ܘܫܪܝܗܝ ܠܥܘܒܐ ܕܫܝܘܠ .
ܘܣܠܩ ܬܘܒ ܒܢܝܣܢ .
ܘܐܦ ܩܠܗ ܘܐܦܝܣ .
ܠܗܘܢ ܕܩܝܡܬܗ ܘܐܘܫܛܘ ܟܠܐ ܢܫܡܥܘܢ ܀
ܗܢܘ ܢܝܣܢ ܡܫܒܚܐ .
ܦܬܚ ܟܠ ܣܝ̈ܡܬܐ . ܘܡܦܩ ܟܠ ܥܘܬܪ̈ܝܢ .
. . . .

Produxit Altissimus tonitrua ad aures nostras. In Nisan Dominus tronitui emollivit in misericordia suum ardorem et illapsus habitavit in sinu Mariæ. In Nisan rursus invaluit et, soluto sinu inferorum, ascendit ac rursus in Nisan vocem produxit ac persuasos reddidit eos qui de ejus resurrectione audiverant et fide defecerant.

11. Hic mensis Nisan gloriosus aperit omnes thesauros et ex illis educit omnes divitias[1]....

XXII.

ܬܘܒ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܥܠ ܥܕܬܐ ܘܒܬܘܠܘܬܐ .
ܕܠܗ ܕܩܘܠܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .
ܥܠ ܩܠܐ ܕܟܠܬ ܡܠܟܐ ܀

Beati Ephræmi hymni de Ecclesia et Virginitate[2], ad tonum : Sponsa regis[3].

ܦܓܪܐ ܫܠܚܝܗܝ ܠܒܪ ܐܢܫܐ .

1. O caro, exue veterem hominem

[1] Stropha imperfecta. Hymnus sequens, cujus pauca verba tantum legi possunt, sic incipit : ܒܗܘ ܢܝܣܢ ܡܫܒܚܐ ܡܫܟܚܐ ܡܘܬܒܐܝܬ ܕܠܐ ܢܣܡܟ ܥܠ ܟܠ ܀

[2] Tredecim qui sequuntur hymni ad eam collectionem pertinent, quæ venit in codice vaticano nitriensi VII, anni 523, sub titulo : *S. Ephræmi Hymni de Ecclesia et Virginitate*. Ista collectio continet in codice vaticano hymnos 51. Quum autem codex aquis Nili corrosus et detritus fuerit, vix ac ne vix quidem legi possunt; unde factum fuerit ut editores romani eos omiserint in magna operum S. Doctoris editione. Codex londinensis, inter addititios 17,141, fol. 37-40, nobis decem priores hymnos hujus collectionis servavit. Ceteri ex abscissione foliorum deficiunt. Eodem porro ordine veniunt ac in codice romano. Quum autem codex Musæi Britannici sit liturgicus, fieri potest ut in hymnis una aut altera stropha desideretur, quod ex inspectione codicis vaticani mihi affirmavit D. Rahmani. Codex Londinensis, sæc. VIII vel IX scriptus, constat foliis membranaceis 110 et continet hymnos Ephræmo, Isaaco antiocheno, et Jacobo, Batnarum Sarugi episcopo, adscriptos. Veniunt Ephræmi hymni de Epiphania 7 ; de vigiliis fratrum 19, qui non sunt nisi quædam strophæ ex diversis hymnis selectæ ut in vigiliis fratrum decantarentur, unus de pœnitentia, alter de Paulo, tertius de abnegatione Petri, duo isti jam ab editoribus romanis in lucem prolati ; de Ecclesia et virginitate 10, quorum ultimus mutilus est, collectionis nisibenæ hymni 15-21, 34-51, 71-73; de paradiso hymni 15; sugiatæ 6; hymni in vigiliis sanctorum ad mensam cantandi, qui etiam non sunt nisi selectæ ex diversis hymnis strophæ; denique sugita de cithara. Forsan alii hujus collectionis hymni Ephræmum auctorem habent. Tres posteriores hymnos subministravit codex inter addititios 14,506, unde multos alios hymnos desumpsimus. Recte observat J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 92, titulum collectionis a librario impositum non afficere nisi tres priores hymnos in quibus quidem de virginitate agitur simul autem de vita ascetica.

[3] Schema hujus strophæ, juxta cl. D. Bickell *Carm. nisib.* p. 34 est : 6446444444558. Ad hanc normam scripti sunt multi hymni, ut hymn. 5-7 de crucif., hymn. 16 de B. M. V. Vide supra col. 585, n. 2. Stropha : Sponsa regis sic describitur in cod. par. 149, fol. 242 : ܟܠܬ ܡܠܟܐ ܠܡܣܒܪܘܗ̇ . ܠܗ̇ܝ ܙܢܝܬܐ ܕܨܗܝܐ ܠܕܡܐ . ܕܢܬܬܘܒ ܘܡܚܡܣܐ ܡܚܡܣܢܐ . ܘܡܢ ܦܘܠܚܢܗ̇ ܡܢ ܟܠܗ̇ . ܘܬܘܒ ܟܕ ܬܟܠܗ̇ ܕܐ ܟܠܬܐ ܕܡܠܟܐ : ܕܬܬܘܒ ܒܗ̇ . ܟܠܬܐ ܕܡܠܟܐ ܢܘܕܥ ܠܗ̇ ܕܬܐܬܐ ܒܗ̇ . ܐܝܟ ܗܝ ܕܚܣܝܐ ܕܒܪܬ ܠܗ̇ ܀ Sponsa regis ad æmulationem provocet illam meretricem sanguinem sitientem

ܗܘ ܒܥܡܕܐ . ܕܦܫܛ ܗܘܐ ܠܟܘ .
ܕܠܡܐ ܢܚܒܠܝܗ ܡܢ ܕܪܫ .
ܠܗܘ ܚܘܕܬܐ . ܦܘܪܥܢܐ ܥܩܝܡܐ .
ܗܟܢ ܗܘ ܓܒܪ ܦܘܪܥܢ ܚܘܒܠܗ .
ܕܐܢ ܐܬܚܕܬ ܢܗܦܘܟ ܢܚܒܠܟ .
ܦܓܪܐ ܫܡܥ ܡܠܟܝ . ܫܠܚܝܗܝ ܒܥܒܕܐ .
ܕܠܐ ܢܠܒܫܟ ܗܘ ܠܟ ܒܥܒܕܐ ܀

ܒܩܘܕܫܐ ܡܢ ܟܠ ܕܩܕܝܫܝܢ ܒܐܪܥܐ ܘܒܫܡܝܐ
ܡܫܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܀

ܗܐ ܓܝܪ ܡܪܢ ܚܕܬܟ .
ܠܥܬܝܩܟ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ .
ܢܛܪ ܚܝܐ ܕܩܢܝܬ ܒܕܡܗ .
ܒܢܐ ܘܥܒܕ ܠܗ ܗܝܟܠܐ ܠܡܥܡܪܗ .
ܠܐ ܬܥܡܪ ܠܡܪܢ ܥܬܝܩܐ ܐܢܬ .
ܗܘ ܒܗܝܟܠܐ ܒܗܘܢ ܕܚܕܬ .
ܦܓܪܐ ܐܢ ܬܥܡܪ ܒܗܝܟܠܟ ܠܐܠܗܐ .
ܐܦ ܐܢܬ ܬܗܘܐ ܟܘܪܣܝܐ ܠܡܠܟܘܬܗ ܀

ܕܩܡ ܫܛܘܗܝ . ܘܡܢ ܕܬܒ .
ܐܣܝܘܗܝ ܘܙܕܩܗ ܠܗܘ ܕܝܢܐ .
ܠܡܪܘܕܐ ܠܘܬ ܡܟܣܝܢ .
ܘܡܐܣܝܢ ܠܬܝܒܐ . ܡܬܚܪܝܢ ܓܝܪ .
ܥܡ ܚܕ ܒܝܫܐ . ܕܛܠܐ ܒܟܠ ܙܢ .
ܘܢܩܦ ܠܟܠܢܫ . ܘܡܚܐ ܒܟܠ ܫܥ .
ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܐܦ ܗܢܘܢ .
ܠܟܠܢܫ ܠܘܬ ܘܥܡܗ .
ܒܟܠ ܙܢ . ܘܡܬܛܥܝܢ ܒܟܠ ܫܥ ܀
ܫܡܥ ܟܝܢܐ ܘܢܡܘܣܐ .

totum odibilem, ne rursus destruat novitatem illam quam in baptismo induisti; est enim perversa retributio, si, ubi renovatus fuit, vetus homo, rursus destruat te. Caro, audi consilia mea, exue eum bonis tuis actionibus, ut ille non induat te pravis moribus.

Responsorium: Ab omnibus sanctis in terra et in cœlis gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

2. Ecce enim Dominus noster renovavit in baptismo tuum veterem hominem, serva vitam quam per sanguinem ejus acquisivisti; condidit et ædificavit sibi templum ad habitandum; ne habites, o homo vetus, pro Domino nostro in templo quod Dominus innovavit; o caro, si habitaveris in templo tuo digne Deo, etiam tu eris sedes regni ejus.

3. Qui restitit spreverunt[1] (angeli) eum, et qui pœnituit curarunt eum, et justum eum pronuntiavit judex. Pervicacem angeli reprehendunt, et sanant pœnitentem; disceptant enim cum unico Malo qui semper juvenis est, et unicuique adhæret, et constanter nocere studet, adhærent et ipsi unicuique et quocumque tempore oblivioni dantur et constanter adsunt.

4. Audi naturam et legem quan-

quam solvit et reliquit Christus et a principatu et a domo extorrem fecit, illa fecit sibi domum flagitii in quo meretricium ageret; libellum repudii dedit ei ut eam alliceret et ad reditum provocaret.

[1] Stropha una et altera omissa fuerit ante stropham tertiam. Ad strophas omissas pertinent quæ J. S. Assemanus. *Bibl. Orient.* I, 93 recitat verba: « ܣܛܢܐ ܠܡܣܟܢܐ ܗܘ ܦܢܐ ܡܢ ܙܘܘܓܐ ܒܐܣܟܡܐ ܕܡܪܕܘܬܐ ܕܡܛܠ ܕܠܙܘܘܓܐ ܢܗܦܟܘܢ ܒܗܬܝܢ ܢܦܠܝܢ ܒܦܚܐ ܕܙܢܝܘܬܐ Diabolus miseros avertit a nuptiis specie disciplinæ. Quoniam ad conjugii gradum pudet eos reverti, in laqueos flagitiorum prolabuntur. »

ܟܕ ܡܫܬܥܝܢ ܚܘܠܦܝܗܘܢ ܒܝܫܐ .
ܥܡܐ ܓܝܪ ܓܒܝܐ ܙܢܐ ܗܘܐ .
ܒܗ ܒܢܡܘܣܐ . ܘܠܐ ܢܡܘܣܐ .
ܥܡ̈ܡܐ ܚܠܦܘ ܠܥܝܕܝܗܘܢ .
ܘܠܐ ܟܝܢܐ ܚܕܬܐ ܗܘܘ ܗܘܘ .
ܟܝܢܐ ܘܢܡܘܣܐ . ܗܐ ܡܬܪܥܡܝܢ ܥܠܘܗܝ .
ܕܛܟܣܗܘܢ ܗܦܟ ܫܓܘܫܐ ✣

ܦܓܪܐ ܠܡܢܐ ܪܕܦܬܝܗ̇ .
ܠܒܬܘܠܘܬܐ ܕܢܚܬܬ ܠܐܬܪܢ .
ܘܐܝܟ ܬܘܬܒܐ ܥܡܪܐ ܒܢ .
ܘܐܢ ܐܢܫ ܪܕܦܗ̇ . ܘܣܚܦ ܩܢܗ̇ .
ܟܕ ܠܐ ܡܨܝܐ . ܕܬܒܢܐ ܩܢܗ̇ .
ܠܪܘܡܐ ܦܪܚܐ . ܡܬܥܠܝܐ ܒܟܢܦܝܗ̇ .
ܦܪܚܬܐ ܗܝ ܕܪܘܡܐ . ܕܡܬܐ ܒܩܢ ܚܕ .
ܘܐܢ ܦܪܚܬ . ܫܒܩܬܗ ܠܥܠܡ ✣

ܐܢ ܫܒܐ ܣܛܢܐ .
ܘܒܡܕܒܪܐ ܒܗܬ ܢܟܦܘܬܟܝ .
ܡܒܚܪ ܕܛܢܦܐ ܥܘܫܢܗ ܠܟܝ .
ܕܩܕܝܫܐ ܗܘ ܐܝܟ ܕܣܪܐ .
ܒܥܘܒܗ ܕܦܪܥܘܢ . ܩܕܝܫܐ ܗܘܬ .
ܕܠܐ ܓܝܪ ܓܪܬ . ܒܪܥܝܢ ܢܦܫܗ̇ .
ܗܘܬ ܗܘ ܨܒܝܢܗ̇ . ܐܝܟ ܟܗܢܐ ܕܒܙܘܦܗ
ܡܕܟܐ ܠܕܐܬܛܡܐܘ ܒܩܛܝܪܐ ✣

ܕܚܠܝ ܡܢ ܚܡܪܐ ܕܦܪܥܝܗ .
ܠܟܐܢܐ ܢܘܚ . ܕܙܟܐ ܒܕܪܗ .
ܡ̈ܝܐ ܕܡܒܘܠܐ ܐܙܟܝ .
ܕܢܟܐ ܘܥܘܠܐ . ܕܚܡܪܐ ܐܟܦܗ .
ܘܛܘܦܢܐ ܠܐ ܚܣܢܗ ܗܘܐ .
ܕܠܓܘ ܚܣܢܗ ܚܡܪܐ ܕܝܠܗ .
ܕܠܢܘܚ ܐܒܐ ܕܫܪ̈ܒܬܐ ܦܫܛܗ ܥܪܛܠܗ ܚܡܪܐ .
ܠܟܝ ܟܝ ܡܫܬܡܥܐ ܒܡܠ ܐܙܠ ✣

[1] Vid. Commentarium S. Ephræmi ad *Gen.* XII, 15-20.

do narrant malas (veteris hominis) retributiones; populus enim electus adulteria perpetravit sub lege, absque lege gentes immutaverunt usus naturæ, et absque natura (per gratiam) renovati sunt. Ecce natura et lex conqueruntur quod Perturbator ille (Satanas) eorum ordinem invertit.

5. Caro, cur persequeris virginitatem quæ in regionem nostram descendit et ut advena in nobis commoratur? Si quis enim eam persequatur et evertat nidum ejus, quum non potest illa nidum suum rursus ædificare, illico in altum alis suis extollitur; avis quippe est cœli quæ senescit in uno nido, ubi avolat, nidum reliquit in æternum.

6. Si Satanas captivam te, o virginitas, rapiat et in deserto verecundiam tuam pudore afficiat, violentia istius immundi probat tuam sanctitatem, sicut Sara in Sinu Pharaonis sancta fuit, non enim voluntate animæ adulteravit[1]. Facta est voluntas ejus velut sacerdos qui suo hyssopo purificat eos qui coacte contaminati sunt.

7. Time a vino quod justum Noe denudavit[2]; ille in generatione sua justum se servavit et idcirco aquas diluvii vincere potuit, sed vini violentia devictus fuit, et cui diluvium deforis prævalere nequivit, eum vinum intus superavit. Si Noe, patrem nationum, nudavit et prostravit vinum, quanto magis te meram ejus sobolem vincet.

[2] *Gen.* IX, 21.

XXIII.

ܕܬܪ̈ܝܢ ܩܠܗ ܕܗ̇ܘ ܩܠܐ ܀

ܡܪܝܕ ܗܘܐ ܒܠܒܘܫ ܐܡܪܐ .
ܙܢܝܐ ܐܡܢܘܢ . ܩܪܒ ܗܘ ܠܢܩܝܐ .
ܘܟܕ ܐܬܦܪܣ ܘܐܬܚܦܛ .
ܠܡܛܥܝܘ ܟܕ ܗܘ . ܐܬܟܪܗ ܗܘܐ ܘܚܛܦܗ .
ܟܠܝܠܐ ܕܠܗܘ ܚܣܡ ܠܬܚܘܬܗ .
ܘܐܚܙܝ ܕܥܠܠ ܘܐܫܬܟܢ ܒܩܢܗ̇ .
ܘܚܙܐ ܕܬܡܪܐ ܗܝ . ܒܩܢܗ̇ ܒܬܘܠܘܬܐ .
ܢܟܠܐ ܐܚܕܗ̇ ܠܓܘܡܨܗ ܘܨܕܗ̇ ܀

ܬܫܒܘܚܬܐ . ܡܢ ܟܠ ܩܕ̈ܝܫܝܢ ܫܘܒܚܐ ܠܩܕܝܫܐ .
ܕܐܩܝܡ ܒܬܘܠܘܬܐ ܒܝܬ ܥܡ̈ܡܐ ܀

ܚܟܝܡ ܨܝܕܟܝ ܒܬܘܠܬܐ .
ܘܐܢܬܝ ܬܡܝܡܬܐ . ܕܐܡܢܘܢ ܕܒܥܟܝ .
ܐܘܟܠܐ ܐܚܪ ܗܘܐ ܣܢܐ .
ܕܠܐ ܚܫܚ ܗܘܐ . ܘܒܡܐܟܘܠܬܐ .
ܕܠܐ ܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗ . ܫܡܫ ܪܓܬ .
ܒܣܒܪܐ ܐܚܪܐ ܕܠܗ ܗܘ ܒܥܐ ܗܘܐ .
ܐܘ ܢܟܠܐ ܕܒܥܐ ܡܕܡ ܕܠܐ ܨܒܐ .
ܕܒܥܠܬܗ ܢܩܢܐ ܠܕܨܒܐ ܀

ܨܪܬ ܬܡܪ ܟܘܬܝ̈ܢܝܗ̇ .
ܕܚܙܬ ܕܐܒܕܬ ܡܪܓܢܝܬܗ̇ .
ܚܠܦ ܟܘܬܝܢܗ̇ ܐܫܟܚܬ .
ܕܬܩܢܐ ܐܚܪܬܐ . ܘܒܬܘܠܘܬܗ̇ . ܠܐ ܐܫܟܚܬ ܗܘܬ .
ܕܟܠ ܓܢܝܒܐ . ܠܐ ܡܫܬܟܚܐ .
ܕܬܬܩܢ ܬܘܒ .
ܐܘ ܒܬܘܠܘܬܐ . ܕܡܬܒܕܢ ܦܫܝܩ ܠܟܠ .
ܘܬܘܩܢܗ̇ ܠܡܪܐ ܟܠ ܕܒܠܚܘܕ ܀

ܗܐ ܒܬܘܢܐ ܘܒܡܕܒܪܐ .
ܟܡܝܢ ܗܘ ܠܟܝ . ܐܘ ܒܬܘܠܘܬܐ .

[1] Cfr. *II Reg.* XIII, 1, sqq.

XXIII.

Secundus ejusdem toni.

1. Nequam Hamnon sub habitu agni accesserat ad illam ovem (Thamar[1]), et quum omne studium impendisset ad eam seducendam, finxit se ægrotum et rapuit coronam invidiæ ejus subjectam. Quum vidisset in nido Thamaris commorari virginitatem, induxit eam dolose in foveam suam et irretivit eam.

Responsorium: Ab omnibus sanctis gloria Sanctissimo qui inter gentes suscitavit virginitatem.

2. Astutus fuit irretitor tuus, o virgo, et tu innocens; Hamnon quippe qui te exquisivit, alium cibum quam quem petebat, intus requirebat; cibo igitur quo non indigebat, obsecutus est desiderio carnis quo detinebatur; o nequam, qui petebat quod obtinere nolebat, ut hoc prætextu obtineret quod volebat.

3. Thamar vestes scidit videns perditam margaritam suam; vice suæ tunicæ potuit acquirere aliam, at suam virginitatem non recuperavit, quia virginitas si furto surripiatur, rursus acquiri nequit. O virginitas! cujus amissio omnibus facilis est, sed instauratio soli Deo pervia.

4. In cubiculis et in deserto ubique tibi insidias struunt, o virginitas! Si cubiculum ingrediaris,

[illegible]

furatur nequam Hamnon divitias tuas; exis in desertum, pergis in solitudinem, Sichem latro diripit thesaurum tuum[1]. Quonam ibis, columba solitaria, quia multiplicati sunt ubique raptores tui.

5. Maritata mori volebat ut cessarent adulteria; virgo mortua est[2], ut votum patris ejus adimpleretur; quia unio conjugalis, mater est prolis, mori exoptabat ne acciperet semen adulterum, patre (?) destitutum. Virgo non furetur occulte semen impurum, ut fœtus uteri ejus fœtus purus sit.

6. Puritas in oculis tuis depingatur, resonet vox veritatis in auribus tuis; in verbo vitæ inmerge linguam tuam, eleemosynæ sint omnino in manibus tuis; visitatione infirmorum obsigna vestigia tua; imago Domini tui imprimatur in corde tuo. Honoratur tabula propter imaginem regis, quanto magis honorandus est ille, cujus Dominus depictus est in omnibus ejus sensibus.

XXIV.

[illegible]

Tertius ejusdem toni.

[illegible]

1. Ramo fructuum similis est adolescentula pulchra in æstate; et quando spoliata est sua pulchritudine, rejicitur et cuncti oculos suos avertunt ab ea, fitque quæ præ ceteris desiderabatur odiosa

[1] *Gen.* XXXIV, 2.

[2] Filia Jephte. *Jud.* XII.

ܦܓܪܟܝ ܠܟܠ ܟܠ . ܥܠܝܡܬܐ ܠܢܘܟܪܝܐ .
ܫܘܦܪܐ ܠܐ ܬܚܘܝܢ . ܫܘܦܪܟܝ ܠܢܘܟܪܝܐ .
ܕܡܐ ܕܐܬܒܣܝܬܝ ܢܒܣܘܢ ܚܙ̈ܝܐ ܀

ܒܥܘܬܐ . ܡܢ ܟܠ ܕܐܬܟܬܫ ܘܩܢܐ
ܒܬܘܠܘܬܗ . ܠܟ ܡܪܝ ܘܠܡܫܝܚܟ
ܬܫܒܘܚܬܐ ܀

ܟܡܐ ܩܠܝܠܢ ܒܬܘܠܘܬܐ .
ܓܦ̈ܝܟܝ ܕܠܘܬ . ܡܪܟܝ ܦܪܚܐ .
ܥܪܘܩܝ ܡܢ ܡܠܟܗ ܕܣܢܐܟܝ .
ܕܬܓܪܐ ܡܐܢܘܗ ܢܩܢܐ .
ܓܙ̈ܘܗܝ ܒܙܙ . ܕܐܕܡ ܩܕܡܝܐ .
ܕܐܬܬܓܪ ܒܗ . ܡܘܒܠܐ ܕܚܘܣܪܢܐ .
ܠܐ ܬܬܙܝܦܝ ܡܢܗ . ܕܡܘܙܦ ܘܠܐ ܬܒܥ .
ܘܐܢ ܬܦܪܥܝܘܗܝ ܟܣܦܗ . ܡܣܟܢܬܝܗܝ ܀

ܡܩܕܡ ܪܡܐ ܒܢܟܠܗ .
ܥܠ ܦܘܡ ܦܚܗ . ܐܟܠܐ ܠܨܝܕܐ .
ܦܪܣ ܓܝܪ ܣܢܝܢܗ ܒܫܠܡܗ .
ܐܝܟ ܝܗܘܕܐ . ܕܢܫܩ ܘܐܫܠܡ .
ܢܫܩ ܓܝܪ ܕܟܝܐ . ܠܝܗܘܕܐ ܛܡܐܐ .
ܕܒܗ ܒܝܗܘܕܐ ܢܚܘܐ ܠܒܝܫܐ .
ܘܐܦ ܠܘ ܚܠܝܢ ܫܘܕ̈ܠܘܗܝ .
ܐܝܟ ܢܘܫܩܬܗ ܕܝܗܘܕܐ :
ܡܘܬܐ ܗܘ ܒܟܣܝܐ ܒܗܘܢ ܡܨܝܪ ܀

ܚܐܪܘܬܢ ܓܝܪ ܕܡܘܬ ܢܦܫܐ ܗܝ .
ܠܪ̈ܓܝܓܬܐ ܘܒܗ ܗܘ ܚܝܝܢ .
ܘܐܢ ܬܫܕܐ ܐܝܟ ܗܘ̈ܝ .
ܠܗܝܢ ܐܝܟ ܡܝ̈ܬܬܐ . ܡܫܠܛܢܝܬܐ ܗܝ ܓܝܪ .
ܕܒܚܐܪܘܬ ܦܪ̈ܥܝܢ ܚܘ̈ܒܐ .
ܘܒܚܐܪܘܬ ܢܦܠܝܢ ܚܛ̈ܗܐ .
ܕܡܘܬܐ ܗܝ ܕܥܠܝܐ . ܕܚܝܠܗ ܐܚܝܕ ܟܠܐ .
ܘܐܢ ܗܘ ܕܩܦܘܣ ܠܗ ܢܦܠ ܟܠ ܀

omnibus. Puella, ne ostendas pulchritudinem tuam extraneis, ne videntes te cum deformata fueris spernant.

Responsorium : Ab omni qui certamen sustinuit ut virginitatem suam possideret, tibi, Domine, et Christo tuo laudatio.

2. Quam leves sunt, o virginitas, alæ tuæ, quibus ad Dominum pervenis. Fuge a consilio inimici tui, quo vult ut domus tua materiam præstet suo negocio ; is thesauros spoliavit prioris Adæ, qui sarcinam damnorum per eum lucratus est. Noli mutuum accipere ab eo, quia mutuo dat et nihil exigit, quod si reddideris pecuniam ejus, eum ad paupertatem redegisti.

3. Primo dolose injicit laqueum suum, cibum nempe, super os in capturam ; odio enim præmittit amorem, sicut Judas qui osculatus est Jesum ut eum in mortem traderet. Purissimus autem osculatus est Judam inquinatum ut Judæ exemplo demonstraret quomodo agat Malus ; etsi enim tam dulcia sint blandimenta ejus quam oscula Judæ, mors occulte informat ea.

4. Libertas nostra concupiscentiis velut anima est qua vivunt ; quod si eas rejiciat, fiunt velut mortuæ, dominatrix quippe est ; e libero arbitrio exurgunt culpæ, a libero arbitrio decidunt peccata. Liberum arbitrium imago est Altissimi, qui sua virtute sustinet omnia ; si autem eam retraheret, caderent omnia.

ܕܝܢܐ ܓܝܪ ܛܒ ܟܐܢܐ .
ܘܠܐ ܒܪܗ ܒܥܕܐ . ܐܟܠ ܚܘܒܝܢ .
ܕܡܛܠܗ ܗܘܐ ܬܐܬܐ .
ܗܘ ܬܘܬ ܢܦܫܐ . ܘܐܢ ܥܠ ܟܬܝܐ .
ܒܚܛܗܘ ܒܥܘܠܐ ܐܘ ܗܘܐ ܕܡܚܪ .
ܡܛܠܗܘ ܡܢܗ ܠܡܦܩ ܒܪܘܚܐ .
ܒܟܠ ܚܛܗܝܢ .
ܡܙܠܓܐ ܗܘ ܬܘܬ ܢܦܫܐ .
ܕܢܣܒ ܒܕܝܢܐ ܕܝܠܗ ܣܗܕܘܬܐ ✣
ܩܢܝ ܬܝܒܘܬܐ ܕܡܟܬܪܐ .
ܘܠܐ ܬܘܬ ܢܦܫܐ ܗܝ ܕܒܫܥܐ ܗܝ .
ܬܝܒܘܬܐ ܓܝܪ ܡܐܣܝܐ .
ܒܐܡܝܢܘܬܗ ܠܚܛܗܝܢ :
ܬܘܬ ܢܦܫܐ ܕܝܢ . ܗܕܐ ܗܘ ܩܢܝܐ ܀
ܕܬܚܕܬ ܘܬܣܬܪ ܟܐܒܐ ܒܟܠ ܫܥܐ :
ܐܢ ܗܘ ܕܬܬܘܒ . ܘܬܘܒ ܬܚܛܐ .
ܚܬܡܐ ܕܫܛܪܟ ܗܘ ܬܘܬ ܢܦܫܐ ✣

5. Judex noster æquissimus est, non illico ulciscitur delicta nostra, ut idcirco veniat animæ resipiscentia. Pœnitentia vir delet iniquitatem suam; quod si pervicax est, non remanet ei excusatio; in omnibus igitur delictis nostris elucere debet resipiscentia, ut in judicio anima testimonium accipiat.

6. Acquire pœnitentiam quæ permanet et non resipiscentiam animæ momentaneam. Pœnitentia enim sua perseverantia sanat culpas nostras; resipiscentia autem momentanea hoc habet, o caro, ut singulis horis dolorem renovet et destruat, si pœnitentiam agas et rursus pecces. Sigillum chirographi tui est animæ resipiscentia.

XXV.

ܬܘܒ ܥܠ ܡܫܚܐ ܘܙܝܬܐ ܘܐܪܙܐ ܕܡܪܢ .
ܥܠ ܩܠܐ ܕܐܦܬܚ ܦܘܡܝ ܒܝܕܥܬܐ ✣

ܦܬܚ ܠܢ[a] ܡܪܢ ܬܪܥܝ ܓܙܟ .
ܕܥܘܬܪܟ ܚܫܝܚ ܠܡܣܟܢܐ .
ܕܢܪܒܐ ܪ̈ܥܝܢܝܗܘܢ .
ܕܐܡܘܪ̈ܐ ܐܝܟ ܬܐܓܪ̈ܐ .
ܕܟܣܦܟ ܪܒܐ ܘܡܥܬܪ .
ܗܘܝܘ ܬܓܪ ܠܬܓܪ̈ܘܗܝ .
ܒܟܟܪܟ ܡܬܟܢܫܝܢ ܥܘܬܪ̈ܐ .
ܕܡܬܢܣܒ ܚܝ̈ܐ ܕܟܝܢܗ ܗܘ . ܡܬܬܐܠܐ ܕܟܣܦܟ .

XXV.

De oleo et oliva et mysteriis Domini. **Ad tonum** : Apertum est os meum scientia[1].

1. Aperi nobis, Domine, thesauri tui fores, quia divitiæ tuæ appetuntur ab indigentibus, ut nutriant mentes eorum. Oratores sunt veluti mercatores; pecunia tua se multiplicat et eos ditat, ipsa mercatores lucratur. Talento tuo colliguntur divitiæ thesauri vitæ, quia pecunia tua sua natura strenue incrementa prosequitur et per eam mna decem

[1] Tonus ille indicatur ad primum hymnum nisibenum apud Bickell, *Carmina Nisib.* I, cum varia lectione ܐܦܬܚ ܦܘܡܝ ܒܝܕܥܬܐ. Stropha continet 13 versus hac ratione apud Bickel dispositos : 7778777477778; in nostris vero hymnis schema 12 syllabas habet hoc modo : 777877747777. Raro ultimus versus octo syllabas habet. Celerum hic illic una aut altera syllaba abundat aut deficit quæ facile vel suppleri vel deleri potest, ut mensura versus servetur.

[a] B. O. I. 93, ܓܢܐ

ܕܢܦܩ ܟܟܪ ܡܘܬܪܐ .
ܘܐܬܐ ܒܗ ܡܢܝܐ ܒܚܡܫܐ .
ܘܟܟܪܐ ܒܐܥܦܐ ܚܡܝܫܐ ܀

ܥܘܢܝܬܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܕܢܚ ܘܐܢܗܪ
ܐܪ̈ܙܐ ܕܡܟܣܝܢ ܗܘܘ ܀

ܠܦܘܡܐ ܡܪܝ ܐܝܟ ܬܓܪܐ .
ܡܠܬܐ ܢܗܘܐ ܡܬܬܓܪ .
ܕܒܗ ܗܘ ܢܒܥ ܟܠ ܚܟ̈ܡܢ .
ܡܢ ܙܝܬܐ ܐܝܟ ܓܙܐ ܕܪ̈ܐܙܐ .
ܢܥܬܪ ܠܫܢܝ ܒܡܠܦܢܘܬܗ .
ܘܡܠܬܝ ܬܗܘܐ ܠܗ ܡܨܝܕܬܐ .
ܬܨܘܕ ܒܗ ܐܪ̈ܙܘܗܝ ܕܟܣܝܢ .
ܐܝܟ ܕܒܥܘܡܩܐ .
ܬܟܢܫ ܐܢܝܢ ܠܡܐܟܘܠܬܐ .
ܕܐܕܢܐ ܕܟܦܢܐ ܠܟܣ̈ܝܬܐ .
ܕܦܪܣܬ ܡܨܝܕܬܟ ܠܣܒܥ .
ܠܦܘܡܐ ܕܟܦܢ ܠܓ̈ܠܝܬܐ ܀

ܡܫܚܐ ܚܘܛܪܐ ܗܘ ܕܣܝܒܘܬܐ :
ܙܝܢܐ ܗܘ ܬܘܒ ܠܛܠܝܘܬܐ .
ܗܘ ܡܣܡܟ ܠܡܚܝܠܘܬܐ .
ܘܗܘܝܘ ܥܘܕܪܐ ܕܚܠܝܡܘܬܐ .
ܚܕ ܗܘ ܘܣܓܝ ܒܥܘܕܪ̈ܢܘܗܝ .
ܠܡܕܒܚ̈ܐ ܝܗܒ ܡܫܚܘܬܐ :
ܘܛܥܝܢ ܩܘܪܒܢ ܠܪܥܘܬܐ .
ܡܢ ܢܫܘܐ ܠܗ .
ܕܠܒܝ̈ܫܐ ܡܢܝܚ ܐܝܟ ܛܒ̈ܐ .
ܠܟ̈ܪܝܐ ܦܪܘܩ ܐܝܟ ܟܐܢܐ .
ܕܐܝܟ ܡܪܗ ܦܬܝܚ ܓܙܗ ܠܟܠ .
ܠܡܫܩܠ ܡܢܗ ܟܠ ܥܘܕܪܢ ܀
ܡܠܬܐ ܗܝ ܡܫܚܐ ܕܐܬܬܪ̈ܘ .
ܒܗ ܚܛ̈ܝܐ ܫܘܒܩܢ ܚܛ̈ܗܐ .
ܕܚܛܝܬܐ ܕܡܫܚܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ .

mnas producit et talentum quinquies multiplicatur.

Responsorium : Gloria Christo qui apparuit et illuminavit mysteria abscondita.

2. Doctrina tua, Domine, ori sit velut copia mercium mercatori; ab ea enim fluit omnis sapientia; ab oliva, velut a thesauro mysteriorum, acquirat lingua mea divitias doctrinæ; verbum meum sit ei velut rete, irretiat in se mysteria ejus quasi in profundo abscondita, colligat ea in cibum auris esurientis abscondita quæ rete tuum porrexit ad satiandum os manifesta esuriens.

3. Oleum baculum est senectutis et armatura juventutis, sustentat ætate debiles et protegit bene valentes; suis auxiliis unum est et multiplex; altaribus, ut oblationem reconciliationis sustineant, unctionem præbet. Quid oleo par sit? Oleum recreat malos sicut bonos, refocillat afflictos sicut justos; thesaurus ejus, velut ille Domini, apertus est, ut inde omnia tollantur auxilia.

4. Oleum res est qua obtinent peccatores remissionem culparum; etenim oleo Christus peccatrici, quæ pedes ejus unxerat, culpas di-

ܡܫܚܐ ܒܡܫܚܐ ܫܕܪ ܚܘܒܗ̇ .
ܒܗ̇ ܐܫܕܬ ܡܪܝܡ ܚܘܒܗ̇ :
ܥܠ ܪܫܗ ܕܡܪܐ ܕܚܘܒܗ̇ .
ܦܚ ܪܝܚܗ ܒܣܝܡ ܠܡܣܬܡܟܐ .
ܐܝܟ ܕܒܟܘܪܐ .
ܗܘ ܦܪܫܗ ܓܢܒܐ .
ܕܟܣܐ ܒܨܦܬܐ ܕܡܣܟܢܐ :
ܗܘܐ ܓܫܪܐ ܠܥܘܗܕܢ ܡܪܝܡ .
ܕܢܥܒܪ ܫܘܒܚܗ̇ ܡܢ ܕܪ ܠܕܪ ❖
ܢܗܪܐ ܕܥܕܝܢ ܡܬܦܠܓ .
ܒܐܪܐܙܐ ܠܐܪܒܥ ܦܢܝ̈ܬܐ .
ܘܡܫܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܦܠܓ .
ܒܐܪܐܙܐ ܡܫܒܚܐ ܠܥܕ̈ܬܐ .
ܗܘ ܡܫܩܐ ܠܓܢܬ ܒܣܝܡܐ .
ܗܝ ܡܢܗܪܐ ܟܠ ܥܕܬܐ .
ܗܘܐ[a] ܡܫܩܐ ܠܐܝܠܢܐ :
ܘܗܝ ܠܦܓܪ̈ܐ .
ܠܗܘ ܕܥܕܝܢ ܐܪܒܥܐ ܫܡܗ̈ܐ .
ܟܪ̈ܘܙܐ ܕܢܗܪ̈ܘܬܐ .
ܘܠܡܫܚܐ ܫܡܗ̈ܐ ܬܠܬܐ :
ܫܝܦܘܪ̈ܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ❖
ܐܡܪܚ ܠܫܢܝ ܚܠܝܫܐ .
ܘܐܡܪܚ ܒܥܘܬܪܐ ܕܪܒܘܬܐ :
ܠܐ ܗܘܐ ܕܗܘ ܠܡܬܠ ܣܦܩ :
ܢܣܘܒ̈ܐ ܗܘ ܠܡܬܠܘ ܫܘܝܢ .
ܕܡܒܘܥܐ ܠܗ ܒܗ ܣܘܡܗܘܢ .
ܐܠܐ ܢܓܕ ܓܢܒܪܐ ܡܢܗ .
ܐܝܟ ܓܠܐ ܗܘ ܡܦܩ ܢ̈ܒܥܐ .
ܠܦܘܡܐ ܕܨܗܝܐ .
ܠܝ ܒܣܝܡ ܪܕܝܐ ܕܡܠܬܝ :
ܗܘܐ ܕܝܠܗ ܗܘ ܕܩܘܫܬܐ .
ܘܐܢ ܦܟܝܗܐ ܚܠܝܫ ܘܡܚܝܠ :
ܕܐܪܥܐ ܗܝ ܕܥܒܪ ܒܗ̇ ܡܒܘܥܐ ❖
ܢܗܪܐ ܡܪܝ ܦܘܡܐ ܕܬܓܪܐ .

[a] Cod. ܗܘ

misit. Per oleum Maria effudit suum amorem super caput Domini amoris: suavis amoris odor sese exhalavit super omnes recumbentes et velut fornax probavit et propalavit furem sub pauperum sollicitudine occultatum. Oleum factum est memoriæ Mariæ velut pons quo ejus gloria transeat in omnes generationes.

5. Fluvius Eden mystice dividebatur ad quatuor partes; oleum effunditur ac præclaro sacramento distribuitur ad ecclesias; ille irrigabat hortum deliciarum, hoc illuminat ecclesias, ille arbores, hoc corpora irrigat; fluvio Eden quatuor erant nomina, quatuor fluminum præcones, oleo tria nomina, quæ sunt veluti baptismi tubæ.

6. Ausa est lingua mea infirma divitias summæ Majestatis largiri, non quod sufficeret ad eas dandas accipiendi dignis, quia fons non dat exquisitum thesaurum in se reconditum, sed velut gigas exurgit et undas inde scaturientes elargitur oribus sitientibus. Si suavis est verbi mei fluxus, hoc veritatis est, si insipidus, debilis et infirmus, hoc terræ est per quam transit fons.

7. Os, Domine, seu mercator

ܬܓܪܐ ܘܥܠ ܦܬܘܪܟ .
ܐܪܡܝ ܟܣܦܐ ܕܐܬܬܓܪ .·
ܐܪ̈ܙܝ ܙܝܬܐ ܘܛܘ̈ܦܣܝ ܡܫܚܐ .
ܡܢܘ ܚܙܐ ܣܘ̈ܟܝ ܙܝܬܐ .·
ܕܝܗܒ ܐܪ̈ܙܐ ܚܠܦ ܦܐ̈ܪܐ .
ܘܐܦܩ ܐܪ̈ܙܐ ܚܠܦ ܛܪ̈ܦܐ .
ܗܢܘ[a] ܐܝܟ ܝܡܐ .
ܡܫܚܐ ܘܐܪ̈ܙܘܗܝ ܐܝܟ ܢܘ̈ܢܐ .
ܘܩܪܐ ܠܫܢܐ ܠܡܫܬܘܬܐ ܐܕ̈ܢܐ .
ܘܟܦܢܐ ܕܠܡܫܬܘܬܐ .
ܐܝܟ ܠܐܕ̈ܢܐ ܟܦܢܬܐ :·

ille qui in mensa tua projecit pecuniam a se lucratam, laudet symbola olivæ et figuras olei. Quis consideravit ramos olivæ, quæ symbola pro fructibus dedit et pro foliis sacramenta produxit ? Quis consideravit oleum ? ipsum velut mare est et ejus symbola velut pisces ; lingua ad convivium invitat aures esurientes.

XXVI.

ܕܬܪ̈ܝܢ ܡܢܗ ܒܪ ܩܠܗ :·

ܡܫܚܐ ܐܝܟ ܠܡܢܪܬܐ .
ܢܘܗܪܐ ܒܪܘܡܐ ܡܢܚ ܠܢ .
ܘܡܫܝܚܐ ܢܘܗܪܐ ܕܩܘܫܬܐ .
ܐܙܠܓ ܫܘܒܚܗ ܡܢ ܓܓܘܠܬܐ .
ܒܢܘܗܪܐ ܟܠ ܡܬܦܪܫ .
ܘܒܡܫܝܚܐ ܟܠ ܡܬܦܫܩ .
ܘܠܐ ܢܘܗܪܐ ܟܠ ܒܛܝܠ ܗܘ .
ܡܢ ܚܫܚܐ . ܘܠܐ ܡܫܝܚܐ ܟܠ ܚܣܝܪ .
ܣܦܝܩ ܗܘ ܡܢ ܡܫܡܠܝܘܬܐ .
ܢܘܗܪܐ ܡܫܡܠܐ ܓܠܝ̈ܬܐ .
ܘܡܫܝܚܐ ܟܠ ܟܣܝ̈ܬܐ :·

ܒܥܘܢܝܬܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܘܢܓܕܘ
ܐܪ̈ܙܐ ܡܢ ܡܠܝܘܬܗ :·

ܒܡܫܚܐ ܐܝܟ ܘܚܝܠܗ .
ܡܢܗܪܝܢ ܫܪ̈ܓܐ ܒܚܫܘܟܐ .
ܘܚܝܠܗ ܗܘ ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ .
ܚܝܠܘ ܢܒ̈ܝܐ ܒܓܘ ܥܡܐ .
ܡܫܚܐ ܡܙܝܢ ܠܠܡܦܐܕ̈ܐ .

[a] Cod. ܡܢ

XXVI.

Secundus ejusdem toni.

1. Deus Oleum velut lucernam, quæ nos in alto illuminet, statuit. Christus, lux vera, refulgere fecit gloriam suam in Golgotha. In luce omnia distinguuntur et in Christo omnia explicantur ; absque luce cuncta usu destituuntur, absque Christo omnia sua perfectione carent ; lux perficit manifesta, Christus, omnia abscondita.

Responsorium : Gloria Christo. quando venit defluxerunt mysteria ex ejus plenitudine.

2. Per oleum ejusque virtutem lucent lucernæ in tenebris, virtute autem Spiritus Sancti prophetæ fortiter egerunt in populo. Oleum munit lampades, ut impugnent tenebras donec veniat sol, qui suo

ܕܢܒܛܠܘܢ ܒܗ̇ ܣܡܘܟܐ .
ܟܕ ܐܬܐ ܫܡܫܐ ܒܙܘܗܪܗ .
ܘܦܪܚܬ ܠܗ .
ܛܘܥܝܐ ܐܚܕ ܠܒܢܝܐ .
ܕܫܪܐ ܒܬܪܬܥܣܪ ܙܠܝܩܘܗܝ .
ܦܓܪ ܫܡܫܐ ܕܢܘܪܐ ܢܓܕܝܢ .
ܒܙܠܝܩܐ ܬܪܥܣܪ ܕܦܪܣ ✣
ܡܫܚܐ ܠܘܒ ܐܝܟ ܕܗܘܐ .
ܫܡܫ ܗܘܐ ܒܡܫܟܢ ܙܒܢܐ .
ܕܒܫܒܥܐ ܕܡܫܬܦܟ ܫܪ̈ܓܐ .
ܡܢܪܬܐ ܕܫܒܥ ܫܒܒܝܗ .
ܒܐܪܙܗ ܕܡܪܢ ܢܘܗܪ̈ܝܢ .
ܢܗܪܘ ܡܢܗ ܕܫܒܥ ܪ̈ܘܚܝܢ .
ܡܢܪܬܐ ܫܒ̈ܥܬܐ ܝܠܕܬ ܢܘܗܪܐ .
ܕܫܒܥܐ ܕܢܚ̈ܝ ܩܕܝܫܝܢ .
ܕܐܢܗܪܘ ܠܢ ܟܠܗ̇ ܬܒܝܠ ✣
ܡܢܘ ܚܙܐ ܠܚܟܡܬܐ .
ܕܗܘܬ ܠܗ̇ ܐܝܟ ܡܣܐܬܐ .
ܘܬܩܠܬ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ .
ܘܐܣܩܬ ܐܢܘܢ ܒܟܦ ܦܠܣܛܐ .
ܝܘܡܐ ܟܪܝܐ ܒܪܐ ܐܟܪܝ .
ܠܚܟܝܡܐ ܕܠܐ ܡܫܠܡܘ ܪܗܛܐ .
ܘܠܠܝܐ ܐܪܝܟܐ ܐܘܪܟ .
ܚܕܘܬ ܡܫܠܐ .
ܫܪܓܐ ܘܚܟܡܬܐ .
ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ ܬܩܠܘܗܝ :
ܕܠܐ ܚܟܝܡܐ ܢܟܐܒ ܒܒܛܠܐ .
ܘܠܐ ܡܫܠܐ ܒܥܘܠܐ ܢܚܕܐ ✣
ܫܪܓܐ ܡܚܝܠܐ ܦܐܬ ܝܘܚܢܢ .
ܕܙܒܢܐ ܐܝܟ ܙܒܢܐ ܠܬܪܝܗܘܢ .
ܠܐ ܫܪܓܐ ܚܬܢܐ ܕܥܝܢܐ .
ܘܠܐ ܝܘܚܢܢ ܚܬܢܐ ܕܚܠܘܠܐ .
ܪ̈ܚܡܐ ܐܢܘܢ ܕܬܪ̈ܝܢ ܚ̈ܬܢܝܢ .

halitu eas dissipat ; Spiritus arma præbuit prophetis, ut mendacium per veritatem destrueretur et evanesceret coram sole qui fugavit errorem per duodecim quos emisit radios.

3. Oleum sua luce inserviebat in tabernaculo temporali, quia effundebatur in septem lampades candelabri septem ramorum in figura Domini ; septem quippe lumina resplenduerunt ab eo qui septem spiritus... Candelabrum produxit lucem... septem ortus sancti qui illuminarunt nobis universum orbem[1].

4. Quis consideravit solertiam, quæ sese veluti libram effecit ut penderet diem et noctem eaque super bilancem imponeret ? Dies quippe brevis contristavit solertes quod non implevissent cursum ; nox autem longa protraxit gaudium pigrorum. Lucerna et gnavitas noctem diemque librarunt, ne gnavi ægre ferrent otium noctis neque pigri damno diei gauderent.

5. Lucerna debilis figura est Joannis ; ambo enim brevis sunt temporis ; lucerna non est sponsa oculi neque Joannes sponsus festi ; amici sunt duorum sponsorum, et amatores duarum sponsarum. Non

[1] Deficiunt in stropha tres versus.

ܘܡܫܟܚܐ ܕܐܬܠܝ ܒܟܠ .
ܠܐ ܗܘܘ ܚܬܢܐ ܡܫܪܪܐ ܐܝܟ .
ܕܚܬܢܐ ܝܚܝܕܐ .
ܒܫܪܓܐ ܗܘ ܚܙܬ ܥܝܢܐ .
ܕܡܘܬܐ ܫܡܫܐ ܚܬܢܗ ܫܘܝܐ .
ܘܥܕܬܐ ܚܙܬ ܒܝܘܪܕܢܢ .
ܠܕܡܘܬܐ ܡܫܝܚܗ ܗܘ ܫܪܝܪܐ ✣
ܡܫܚܐ ܗܘ ܡܥܬܪ ܢܘܗܪܝܗܝܢ .
ܕܠܡܦܐܕܐ ܐܝܟ ܕܒܪܐܙܐ .
ܡܫܝܚܐ ܡܥܬܪ ܠܡܦܐܕܐ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܕܡܟܝܪܢ ܠܗ .
ܢܣܒܢ ܛܘܦܣܐ ܠܡܦܐܕܝܢ .
ܡܢ ܠܡܦܐܕܐ ܕܟܠܢܫ .
ܕܠܡܦܐܕܐ ܕܒܨܪ ܡܫܚܗ .
ܐܦ ܙܗܪܝܪܗ .
ܕܠܐ ܓܠܐ ܠܢ ܙܒܢܗ ܕܚܬܢܐ .
ܒܬܘܠܬܐ ܗܘܝܬܝܢ ܥܝܪܢ .
ܕܢܚܕܘܢܝܗܝ ܠܡܦܐܕܝܟܝܢ .
ܘܢܫܒܚܘܢ ܐܘܫܥܢܟܝܢ ✣
ܦܓܪܢ ܕܡܐ ܗܘ ܠܫܪܓܐ .
ܕܡܬܦܬܦ ܐܦ ܕܡܨܡܨ .
ܡܫܚܢ ܕܡܐ ܗܘ ܠܡܫܝܚܢ :
ܕܓܠܐ ܐܪ̈ܙܘܗܝ ܕܐܠܗܢ .
ܕܡܐ ܗܘ ܥܠܡܢ ܠܫܪܓܢ .
ܘܬܪܝܗܘܢ ܠܚܙܩܝܐ .
ܫܡܥܘ ܐܚܝ̈ ܬܠܬ ܕܡܘܬܐ .
ܐܝܟ ܕܪܡܙܢ .
ܫܪܓܐ ܢܣܒ ܡܢ ܡܫܚܐ .
ܒܝܕ ܫܡܫܐ ܢܣܒ ܚܝܠܐ .
ܥܠܡܐ ܕܝܢ ܢܗܪ ܗܘܐ ܘܚܝܠ .
ܒܝܕ ܡܫܝܚܐ ܡܒܘܥܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ✣
ܕܡܘܬܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ .
ܕܪܚܡ ܠܒܬܘܠܘܬܐ .
ܒܬܪ ܐܬܐ ܕܒܗ ܡܫܬܟܚܐ .

fuerunt sponsi sed figuræ sponsi unici. Oculus videt in lucerna similitudinem solis, sponsi ejus æqui, et Ecclesia vidit in Jordane similitudinem veri sui sponsi.

6. Oleum ditat lumina lampadum velut in figura, Christus ditat lampades virginum ipsi desponsatarum. Lampades nostræ exemplum sumant a lampadibus omnibus notis: lampas, cujus oleum minuitur, splendorem simul minuit. Quum Deus nobis non manifestaverit tempus sponsi, virgines, vigilate, ut gaudio afficiant eum lampades vestræ et laudent eum hosanna vestra.

7. Corpus nostrum simile est lucernæ, quæ crepitat et adhuc fulget; oleum nostrum simile est Christo nostro qui revelavit mysteria Dei nostri. Simile est sæculum nostrum lucernæ nostræ; ambo similia sunt Ezechiæ. Audite, fratres mei, tres similitudines, quid significent: lucerna ex oleo nutritur; per solem Ezechias confortatus est; sæculum autem a Christo misericordiarum fonte illuminatur et confortatur.

8. Similitudo Dei qui diligit virginitatem reperitur tum in virgine militiæ Michaelis adscripta tum in uxore militante sub Gabriele qui

ܘܒܝܐ ܠܛܘܗܡܐ ܕܟܝܢܐ ܒܥܩܪ̈ܬܐ .
ܗܘܝܘ[a] ܡܒܝܐ ܠܥܩܪ̈ܬܐ .
ܐܝܟ ܣܪܐ ܪܦܩܐ ܘܪܚܝܠ .
ܗܘ ܕܝܢ ܗܘ ܡܚܝܠ ܠܝܠܕ̈ܬܐ . ܠܗܝܢ ܡܘܠܕ̈ܢܝܬܐ .
ܐܝܟ ܠܝܐ ܘܙܠܦܐ ܘܒܠܗܐ .
ܙܘ̈ܓܐ ܗܘ ܠܗ ܫܦܝܬܐ .
ܕܓܦܬܐ ܗܝ ܕܢܨܝܒܐ ܒܬܒܝܠ .
ܘܐܝܟ ܦܐܪ̈ܐ ܥܘ̈ܠܐ ܬܠܝܢ ܒܗ ❖
ܡܫܚܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܩܠܝܕܐ .
ܕܣܝܡܐ ܟܣܝܐ ܕܐܪ̈ܙܐ .
ܗܘ ܐܚܙܝ ܠܢ ܕܨܘܪ̈ܬܗ .
ܕܐܠܗܐ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ .
ܝܗܒܬ ܠܗ ܟܠܗ ܒܪܝܬܐ .
ܟܠ ܨ̈ܘܪܝܢ ܕܟܣܝܢ ܗܘܘ ܒܗ .
ܝܗܒܘ ܟܬܒ̈ܐ ܐܦ ܡܬܠ̈ܝܗܘܢ .
ܘܐܦܫܩܘ ܒܗ .
ܘܟܬܒ̈ܐ ܟܠ ܛܘܦ̈ܣܝܗܘܢ .
ܘܢܡܘܣܐ ܐܦ ܛܠܠ̈ܘܗܝ .
ܫܠܚ ܐܠܗܐ ܝܗܒ ܠܡܫܝܚܐ .
ܦܐܝܘܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܕܒܠܒܘܫܗ ❖

consolatur steriles, ut Saram, Rebeccam et Rachelem ; idem ipse confortat matres fœcundas, ut Liam, Zelpham et Balam ; Deus enim purum habet conjugium, quod velut vitis est in orbe plantata, a qua infantes velut fructus pendent[1].

9. Oleum porro est clavis thesauri occulti mysteriorum ; ipsum præbuit nobis figuras Dei incarnati, cui tota creatura cunctas figuras in se absconditas subministravit; dederunt etiam ei libri sacri suas parabolas quæ ab eo explicatæ sunt et Scripturæ omnes suos typos atque lex suas umbras. Spoliavit Deus olivam ejus pulchris symbolis, ut Christo tribueret ea quæ de eo erant expressa.

XXVII.

ܕܬܠܬܐ ܕܗܘ ܒܪ ܩܠܗ ❖

ܡܫܚܐ ܒܕܡܘܬ ܟܗܢܐ .
ܗܘܐ ܝܗܘܒܐ ܕܡܠܟܘܬܐ .
ܡܢ ܩܪܢܐ ܚܘܪܐ ܕܥܢܢܐ .
ܘܢܚܬ ܡܫܚ ܥܠ ܪܝܫ ܦܓܪܐ .
ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܥܠ ܪܝܫ ܛܘܪܐ .
ܘܢܚܬ ܘܝܗܒ ܙܝܘܐ ܠܡܘܫܐ .
ܘܫܠܝܡܘܢ ܢܣܒ ܙܝܘܐ .
ܐܝܟ ܕܒܪܐܙܐ :

XXVII.

Tertius ejusdem toni.

1. Oleum, velut pontifex, largitor est regni, e cornu velut e nube candida defluit in corporis verticem. Sicut autem Deus, super verticem montis dilapsus, splendorem contulit Moysi ; ita Salomo etiam accepit splendorem, velut in figura, e cornu unctionis. Unctio illa a populo in populos transivit ;

[1] Ex hoc loco patet Ephræmum, etsi virginitatem constanter extollat, honestum tamen, contra Marcionitas, prædicare matrimonium, ut recte observavit J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 93.

[a] Cod. ܗܘ

ܡܢ ܩܠܝܠ ܕܡܫܝܚܘܬܐ .
ܡܢ ܒܨܝܪ ܠܥܡ̈ܡܐ ܢܫܘܓ .
ܚܠܦ ܕܒܨܝ̈ܪܐ ܣܓܝ̈ܐܐ .
ܡܬܡܫܚܝܢ ܐܦ ܡܬܡܪܩܝܢ ܀

ita ut pro paucis plurimi nunc ungantur et abstergantur.

ܥܘܢܝܬܐ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ ܥܝܢܐ ܠܥܡ̈ܡܐ . ܘܚܙܘ ܐ̈ܪܙܘܗܝ ܕܒܪܗ ܡܫܝܚܐ ܀

Responsorium : Benedictus qui dedit oculos populis ut viderent mysteria filii ejus Christi.

ܬܘܒ ܬܪ̈ܬܝܢ ܫܒܒ̈ܝܢ ܙܝܬܐ .
ܚܙܐ ܙܟܪܝܐ ܐܝܟ ܠܡܒ̈ܘܥܐ .
ܕܚܕ ܢܒܥ ܟܗܢܘܬܐ .
ܘܒܬܪܗ ܐܚܪܢܐ ܡܠܟܘܬܐ .
ܕܒܫܒܝܐ ܫܠ̈ܝ ܬܪ̈ܬܝܗܝܢ .
ܐܦ ܝܗܒ ܬܪ̈ܬܝܢ ܫܒ̈ܒܝܢ .
ܚܘܣܝܐ ܥܡ ܦܘܪܩܢܐ .
ܒܬܪ ܫܒܝܐ .
ܠܥܡܐ ܛܡܐܐ ܘܥܠܝܒܐ .
ܕܝܬܩ̈ܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܝܗܒ ܬܘܒ .
ܕܘܟܝܐ ܥܡ ܦܘܪܩܢܐ :
ܠܥܡ̈ܡܐ ܛܢ̈ܦܐ ܘܟܦ̈ܘܪܐ ܀

2. Zacharias[1] vidit duos olivæ ramos velut fontes, quorum unus effundebat sacerdotium, alter regnum ; ambo enim in captivitate defecerant. Oliva se expandens dedit duos ramos : condonationem scilicet et liberationem post captivitatem populo impuro et afflicto ; dedit etiam duo testamenta : purificationem et salutem populis impuris et infidelibus.

ܙܝܬܐ ܪܙܗ ܐܝܟ ܝܘܚܢܢ .
ܡܪܗ ܐܟܪܙ ܠܡܩܕܡ .
ܕܢܕܢܚ ܘܢܐܬܐ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ .
ܢܦܩ ܠܗ ܙܝܬܐ ܠܐܘܪܥ ܡܪܗ .
ܒܛܠܝ̈ܐ ܕܢܣܒܘ ܫܒ̈ܒܘܗܝ .
ܐܫܠܚ ܦܠܓ ܫܒ̈ܒܘܗܝ .
ܐܪܡܙ ܕܢܫܠܚ ܡܪܗ .
ܢܦܠܓ ܢܚ̈ܬܘܗܝ .
ܣܓܕ ܙܝܬܐ ܕܛܥܝܢ ܐ̈ܪܙܐ .
ܠܗܘ ܕܐܬܐ ܕܢܫܠܡ ܐ̈ܪܙܘܗܝ .
ܟܠܝܠܐ ܫܕܪ ܡܢ ܫܒ̈ܒܘܗܝ .
ܠܩܛܝܠܐ ܕܙܟܐ ܠܡܘܬܐ ܀

3. Oliva, sicut Joannes, mysterium Domini sui prædicavit antequam surgeret et veniret rex Christus. Exivit oliva in occursum Domini sui in pueris qui tulerunt ramos ejus[2] ; exuit ramos suos eosque divisit, hac ratione prænuntians Dominum vestimentis exuendum fore, ejusque vestimenta dividenda. Oliva figuris onusta adoravit eum qui venit ut perficeret ipsius figuras ; coronam e ramis suis misit occiso qui vicit mortem.

ܟܪ̈ܣܬܐ ܗܟܝܠ ܣܓܝ̈ܐܬܐ .
ܝܠܕܘܗܝ ܗܘܘ ܠܝܚܝܕܝܐ .

4. Plures itaque uteri pepererunt Unigenitum ; peperit eum uterus

[1] *Zach.* IV, 3, 11-14.

[2] *Matth.* XXI, 8, 15.

ܐܬܒܛܠܘ ܒܥܒܐ ܒܚܒܠܐ .
ܘܐܦ ܐܬܒܛܠܘ ܒܥܒܗ̇ ܕܐܪܥܐ .
ܠܒܫ ܦܓܪܐ ܡܢ ܗܕܡܐ .
ܘܐܚܪܢܐ ܡܢ ܢܨܚܢܐ .
ܚܝܠܐ ܕܡܡܬܘܡ ܠܐ ܠܐܐ .
ܒܥܡܠܗ ܐܢܝܚ .
ܕܠܐܝ ܗܘܝ ܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ :
ܠܡܛܥܢ ܐܪ̈ܙܐ ܕܪܒܘܬܗ .·
ܐܦܠܐ ܗܘܐ ܡܢܝܚ ܐܪ̈ܙܘܗܝ .
ܐܝܟ ܕܠܒܛܢܐ ܗܘ ܕܛܥܢܗ ܀
ܡܫܚܐ ܐܚܝܐ ܕܟܗܢܘܬܐ .·
ܐܝܟ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܟܗܢܘܬܐ .
ܕܪܫ ܐܘܪܚܐ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ .·
ܡܐ ܕܐܫܬܬܩ ܟܗܢܐ ܩܕܡ ܩܠܐ .
ܥܒܪܬ ܡܠܬܐ ܒܐܕܢܐ .
ܕܨܝܪ ܒܗ̇ ܨܒܝܢ ܐܡܘܪܗ .
ܒܐܘܪܚܐ ܕܝܢ ܗܝ ܕܐܬܛܝܒܬ .
ܡܢ ܝܘܚܢܢ .
ܗܠܟܬ ܡܠܬܗ ܕܐܒܐ ܟܣܝܐ .·
ܟܕ ܨܝܪ ܒܗ ܨܠܡܐ ܕܫܕܘܪܗ .
ܒܗ ܗܘܐ ܚܨܦܐ ܣܢܝܬܐ .·
ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܫܦܪ ܫܕܪܗ ܀

partu vero[1], et peperit eum mundus per figuras ; induit Unigenitus unum corpus e membris et alterum e triumphis ; Virtus quæ nunquam lassatur suo labore requiem nobis præstitit. Quia lassæ erant creaturæ ferendo figuras Majestatis ejus, eas suis figuris exoneravit, sicut exoneravit ventrem qui eum gestavit.

5. Oleum sacerdotio affine, sicut Joannes, sacerdotis filius, viam parat ad baptismum. Postquam obmutuit sacerdos ante præconem[2] et venit Verbum in aurem[3], in quam illud expressit voluntas dicentis ; in via illa, quæ parata erat a Joanne, incessit Verbum Patris absconditi ; postquam per Joannem depicta est imago missoris ejus, odiosa gentium impudentia in pulchritudinem versa est, quia eam missor illis contulit.

XXVIII.

ܕܐܪܒܥ ܒܪ ܩܠܗ ܀

ܬܝܒܘܬܐ ܘܚܦܝܛܘܬܐ .
ܠܬܪܝܢ ܥܠܡ̈ܝܢ ܡܬܒܥܝܢ .
ܠܥܡܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܚܦܝܛܘܬܐ .
ܠܥܡܠܐ ܕܪܘܚܐ ܬܝܒܘܬܐ .

XXVIII.

Quartus ejusdem toni.

1. Pœnitentia et gnavitas duobus mundis requiruntur : ad laborem terræ gnavitas, ad laborem spiritus pœnitentia ; gnavus etiamsi dives non fiat, res animæ suæ prosperas

[1] ܚܒܠܐ notat dolores partus, deinde ipsum partum. Hac ultima significatione sumi a S. Ephræmo patet ex eo quod supra in hymnis de Beata Maria virgine docet eam, servato virginitatis signaculo et absque doloribus peperisse ejusque partum fuisse miraculosum : « Quando, inquit, sponsus gloriosus exire voluit virginalia somno oppressa reliquit, ita ut non sentirent egressum ejus. » Addit in hymno VIII, 3 : « Beata quæ dolores maritalarum haud experta exultavit in fructu matrum. »

[2] Verbotenus « ante vocem » juxta illud : « *Vox clamantis in deserto (Matth.* III, 3.) »

[3] Beata Virgo per aurem concepisse dicitur supra in *hymn.* de B. M. V.

ܒܡܪܐ ܕܝܢ ܠܐ ܢܟܠܐ .
ܒܡܪܘ ܠܒܫܘ ܦܐܪܐ ܗܘ .
ܘܐܝܟܐ ܕܝܢ ܛܒ ܢܣܒ :
ܡܢ ܐܟܝܠ ܗܘ .
ܥܛܠܐ ܘܚܛܝܐ ܠܒܫܘܗܝ .
ܠܥܛܠܐ ܒܗܬܬܐ ܡܢ ܟܠܗ .
ܣܥܪܐ ܓܝܪ ܠܚܛܝܐ .
ܘܟܘܫܚܐ ܒܥܘܐܪ ✤

reddit, et pœnitens, etiamsi multorum debitor sit, victoriam reportat; pigri et peccatores induerunt nomen prorsus malum; otiosis quippe ignominia et peccatoribus dedecus adhæret.

ܒܥܘܢܝܬܐ . ܟܡܐ ܕܢܬܗܪ ܒܟ ܦܪܘܩܢ . ܪܒ
ܗܘ ܫܘܒܚܟ ܡܢ ܠܫܢܢ ✤

Responsorium : Quantumcumque admiremur te, o Salvator noster, laus tua eloquium nostrum excedit.

ܬܫܪܝ ܕܡܢܝܚ ܠܠܐܐ :
ܡܢ ܚܠܐ ܘܨܐܬܐ ܕܩܝܛܐ .
ܡܣܚܐ ܡܛܪܐ ܘܛܠܐ ܡܫܚ .
ܐܦ ܠܐܝܠܢܐ ܘܠܦܐܪܝܗܘܢ .
ܢܝܣܢ ܕܡܢܝܚ ܨܝܡܐ :
ܡܫܚ ܡܥܡܕ ܘܡܚܘܪ .
ܡܥܒܪ ܨܐܬܐ ܕܚܛܗܐ .
ܡܢ ܢܦܫܬܢ .
ܬܫܪܝ ܡܫܚܐ ܚܫܚ ܠܢ .
ܢܝܣܢ ܪܚܡܐ ܡܣܓܐ ܠܢ
ܒܬܫܪܝ ܦܐܪܐ ܡܬܩܛܦܝܢ .
ܒܢܝܣܢ ܚܘܒܐ ܡܫܬܒܩܝܢ ✤

2. Tes̈ri, qui recreat lassos a pulvere et sordibus æstatis, imbribus suis abluit et rore suo ungit arbores eorumque fructus; Nisan, qui recreat jejunatores, ungit, baptizat, candidosque reddit baptizatos, maculam delens peccati ab animabus nostris. Tes̈ri nostris usibus subministrat oleum; Nisan misericordiam nobis adauget; in Tes̈ri fructus decerpuntur, in Nisan peccata condonantur.

ܕܐܝܙܒܠ ܗܘܬ ܟܦܪܬ ܫܪܪܐ .
ܟܦܪܬ ܐܪܥܐ ܒܥܠܠܬܗ .
ܟܪܣܗ ܕܝܠܗ ܟܒܝܫܐ ܗܘܬ .
ܙܪܥܐ ܕܐܘܙܦܘ ܠܗ ܐܟܪܐ .
ܚܢܩܬ ܗܘܝ ܙܪܥܐ ܒܓܘܗ .
ܕܟܦܪܘ ܥܡܘܪܐ ܒܫܪܪܗ .
ܘܐܡܐ ܗܘܬ ܥܩܪܬܐ .
ܕܠܐ ܒܟܝܢܗ .
ܘܡܥܝܐ ܥܩܪܬܐ ܝܠܕܘ .

3. Quia Jezabel negaverat veritatem, terra negavit fructus suos, hujus sinus divino jussu compressus destruxit semina ipsi ab agricolis commodata, suffocavit in se semina, quia incolæ ejus negaverant veritatem et mater, contra suam naturam, facta est sterilis, viscera (?) vero sterilia genuerunt et produxerunt contra naturam, quia vox quæ orbavit terram fœcundavit uteros steriles.

ܐܝܟܢ ܘܐܦܝܢ ܕܠܐ ܒܟܝܠܐ .
ܕܗܘ ܡܠܐ ܕܢܚܬ ܠܐܪܥܐ ⁘
ܗܘ ܐܦܝܢ ܒܡܘܬܐ ܒܡܛܪܐ ⁘

ܪܘܕܦ ܗܘܐ ܓܝܪ ܟܦܢܐ ܒܐܪܥܐ .
ܘܦܫܘ ܪ̈ܘܛܦܘܗܝ ܕܐܣܛܘܢܐ .
ܘܐܘܨܪ̈ܐ ܕܡܠܝܢ ܐܬܦܪ̈ܩܘ .
ܘܐܬܦܪ̈ܩܘ ܠܗܘܢ ܐܦܬܝܩܐ .
ܘܐܠܝܐ ܩܡܚܐ ܘܡܫܚܐ .
ܐܝܟ ܗܘܐ ܐܣܪ ܕܒܢܝܪܐ .
ܘܗܘ ܕܐܬܪܟܒ ܒܡܪܟܒܬܐ .
ܘܙܟܐ ܠܡܘܬܐ .
ܙܟܐ ܠܟܦܢܐ ܒܬܪ̈ܝܢ ܪ̈ܐܙܝܢ ⁘
ܗܘܐ ܡܛܪܐ ܫܘܠܡܐ ܕܪܗܛܗ .
ܘܐܘܒܠܗ ܠܗ ܡܪܐ ܒܥܢܢܐ .
ܟܠܝܠܐ ܕܣܒܥܐ ܡܢ ܢܛܦ̈ܘܗܝ ⁘

4. Invasit fames terram, remanserunt tantum quæ in depositoriis condita erant, nam horrea quæ plena erant evacuata sunt, et evacuatæ sunt etiam apothecæ (?). Elias autem farinam et oleum velut in jugo conjunxit, illeque, qui in curru elevatus est et vicit mortem, vicit famen duobus symbolis; factus est imber terminus cursus ejus, Dominus quippe assumpsit eum in nubem quæ suis guttis veluti corona satietatis eum cinxit.

ܡܢ ܟܣ ܠܝ ܠܕܘܝܐ ⁘
ܒܝܢܬ ܓ̈ܠܠܐ ܥܒܝ̈ܐ ܛܫܝܢܝ .
ܕܟܕ ܫܩܠܘܢܝ ܓ̈ܠܠܝ ܡܫܚܐ ⁘
ܫܠܡܘܢܝ ܠܣܘܥܪ̈ܢܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ .
... ܘܒܓ̈ܠܠܐ . ܘܐܢܐ ܒܡܨܥܬܐ .
ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܝܟ ܫܡܥܘܢ .
ܕܠܝ ܡܪܝ ܐܝܟ ܕܠܫܡܥܘܢ .
ܕܗܐ ܒܠܥܘܢܝ ܓ̈ܠܠܝܟ .
ܚܢܢܐ ܕܠܝ ܠܕܘܝܐ ⁘

5. Quis me miserum inter fluctus densos abscondit? postquam assumpserunt me fluctus olei tradiderunt me rebus Christi..... et ego in medio dico cum Petro: « Domine, extrahe me sicut Petrum quia innumeri fluctus absorbunt me[1], misericors salva me miserum[2]. »

[1] Cfr. *Matth.* XIV, 30.

[2] Hic hymnus integer non habetur in nostro codice. J. S. Assemanus e codice romano sequentia addit in *Bibl. Orient.* I: « ܪܚܝܡܐ ܗܘ ܓܝܪ ܗܘ ܡܫܚܐ
ܕܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ ܡܫܡܫܢܗ ܘܐܝܟ ܬܠܡܝܕܐ ܒܨܕܗ ܗܘܐ ܠܗ .
ܒܗ ܪܘܫܡ ܟܗ̈ܢܐ ܘܡܫܝ̈ܚܐ . ܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ ܓܝܪ ܒܡܫܚܐ
ܚܬܡ ܪܘܫܡܗ ܥܠ ܥܢ̈ܒܗ ܒܙܢܐ ܕܥܙܩܬܐ ܕܒܡܫܚܐ ܗܘ
ܚܬܡ ܦܓܪ̈ܐ . ܐܦ ܚܬܡܐ ܟܣܝܐ ܕܪܘܚܐ ܒܡܫܚܐ
ܡܬܛܒܥ ܥܠ ܦܓ̈ܪܐ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܗܢܘܢ ܡܫܝܚܝܢ ܒܥܡܕܐ ⁘
Charissimum Spiritui sancto oleum, quod eidem ministrat, ejusque lateri hæret, quasi ipsius disciplinæ alumnus. Oleo Spiritus sanctus sacerdotes et christos designat: oleo quoque idem Spiritus ovibus suis signum suum imprimit. Sicut ceræ suam annulus notam, sic occultum Spiritus signum per oleum corporibus imprimitur, quando hæc in baptismo linuntur, sed et eodem baptismo signantur. » Addit idem auctor ex altera stropha: « ܟܗܢܘܬܐ ܡܫܡܫܐ ܠܗ
ܒܥܘܒܐ ܒܝܠܕܘܬܗ . ܡܫܝܚܘܬܐ ܩܕܡܘܗܝ ܡܫܡܫܐ .
ܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ ܥܠ ܢܒ̈ܥܘܗܝ . ܟܠܝܠܐ ܕܠܘ̈ܝܐ ܟܪܝܟ
ܠܗ . ܪܒܟܘܡܪܐ ܩܡ ܡܫܡܫܢܗ ⁘ Sacerdotium huic utero in suo partu subservit (*loquitur de lavacro regenerationis*), unctio coram eo ministrat. Spiritus sanctus fluentis ejus illabitur; levitarum corona eum circumdat. Pontifex constitutus est ejus administer. »

XXIX.

ܬܘܒ ܡܕܖ̈ܫܐ ܕܥܠ ܐ̈ܪܙܘܗܝ ܕܡܪܢ .
ܥܠ ܩܠܐ ܕܥܬܝܪܐ ܒܐܪܙܗ ✢

ܐܬܐ ܠܘܬܢ ܒܚܘܒܗ . ܐܝܠܢܐ ܒܪܝܟܐ .
ܙܟܐ ܩܝܣܐ ܠܩܝܣܐ . ܒܠܥ ܦܐܪܐ ܒܦܐܪܐ .
ܡܝܬܢܐ ܒܚܝܐ ✢

ܒܪܝܟܐ . ܕܨܝܪ ܗܘ ܕܨܘܪ̈ܬܗ ܢܒܝ̈ܐ ✢

ܒܥܕܢ ܐܦ ܒܬܒܝܠ . ܦ̈ܠܐܬܗ ܕܡܪܢ .
ܡܢ ܢܟܢܫ ܕܒܢܘܢ . ܕܡ̈ܘܬܐ ܕܐ̈ܪܙܘܗܝ .
ܨܝܪ ܟܠܗ ܒܟܠ ✢

ܒܚܘܛܪܗ ܗܘ ܕܡܘܫܐ . ܘܒܙܘܦܗ ܕܐܗܪܘܢ .
ܘܒܟܠܝܠܗ ܕܕܘܝܕ . ܒܢܒܝ̈ܐ ܕܡܘܬܗ .
ܘܒܫܠܝ̈ܚܐ ܡܟܪܙܘܬܗ ✢

ܓܠܝܬܐ ܚܙܝܢ ܠܟ . ܦ̈ܠܐܬܐ ܣܟܝܢ ܠܟ .
ܐ̈ܪܙܐ ܡܣܟܝܢ ܠܟ . ܕ̈ܡܘܬܐ ܢܦܫܢ ܠܟ .
ܩ̈ܠܐܐ ܛܫܘ (sic) ܒܟ ✢

ܡܠܐ ܚܝܠܗ ܛܘܦ̈ܣܐ . ܘܫܪܪܗ ܠܡ̈ܬܠܐ .
ܦܫܩܗ ܡ̈ܠܐ : ܛܘܪܦܗ ܡ̈ܠܐ .
ܘܦܝܣܗ ܣ̈ܟܠܐ ✢

ܒܫܪܝܪܐ ܕܩܘܫܬܗ . ܘܒܚܝܠܬܢܐ ܕܢܘܗܪܗ ⁖
ܚܘܝ ܫܘܦܪܗ ܠܕܝܠܗ .
ܐܬܚܙܝܘ ܨܒ̈ܬܘܗܝ ܘܫܦܪܘ ܒܗ ⁖
ܐܬܚܙܝܘ ܚܫ̈ܘܗܝ ܘܫܠܡܘ ܒܗ ✢

ܒܣܘܦ ܠܢܒܝ̈ܐ ⁖ ܒܝܘܚܢܢ ܘܓܠܐ ܢܒܝ̈ܐ .

XXIX.

Hymni de mysteriis Domini nostri, ad tonum : Dives in mysterio suo[1].

1. Venit ad nos in suo amore arbor benedicta ; lignum ligno superatum fuit, fructus fructu, fructus lethalis vita absorptus fuit.

Responsorium : Benedictus quem depinxerunt prophetæ.

2. In Eden et in orbe ubique figuræ Domini nostri. Quis similitudines mysteriorum ejus colligere posset ? figuratur enim ipse universus in universis.

3. Figuratur in virga Moysi et in hyssopo Aaronis atque in corona Davidis ; a prophetis depictus fuit et ab apostolis prædicatus.

4. Revelata te, Domine, intuentur ; parabolæ te expectant ; figuræ te præstolantur ; similitudines in te prosiliunt ; symbola ad te confugiunt.

5. Virtus Domini adimplevit typos ; veritas ejus elucidavit parabolas ; ipse explicavit effata (Scripturæ) stolidosque persuasos effecit.

6. Certa sua veritate, potenti sua luce suam suis pulchritudinem demonstravit. Exhibuerunt se ejus ornatus et placuerunt in eo ; exhibuerunt se ejus passiones et adimpletæ sunt in eo.

7. Fine prophetis in Joanne im-

[1] Stropha continet quinque versus quinque syllabarum. Tonus indicatur sæpius primis hujus hymni vocibus, vel etiam verbis : ܐܘ ܡܪܢ vel ܒܢܫܐ ܕܐܘܪܚܐ ܒܪܫܝܬ Vid. Bickell, *Carmina nisib*. p. 31.

ܩܪܐ ܘܫܕܪ ܫܠܝܚܐ . ܐܫܢܝ ܘܐܢܝܚ ܠܩܕܡܝܐ .
ܘܐܥܡܠ ܘܐܠܐܝ ܠܐܚܪܝܐ ܀

ܒܗܒܝܠ ܥܢܟ ܪܫܝܡܐ . ܒܢܘܚ ܨܝܪܐ ܥܕܬܟ .
ܡܪܥܝܬܟ ܒܝܥܩܘܒ . ܘܒܚܘܛܪܗ ܕܡܘܫܐ .
ܨܝܪ ܚܘܛܪܗ ܕܥܢܟ ܀

ܗܐ ܒܫܒܛܘܗܝ ܕܝܥܩܘܒ ܠܬܪܥܣܪܝܟ ܫܠܝܚܐ .
ܒܝܗܘܕܐ ܐܣܛܠܟ ܒܠܘܝ ܦܝܪܡܟ .
ܘܦܪܢܣܟ ܐܦ ܒܝܘܣܦ ܀

ܒܫܡ ܕܨܐܨ ܨܘܪܬܟ . ܒܐܒܪܗܡ ܚܕܘܬܟ .
ܥܠܟ ܐܝܣܚܩ ܨܠܝܒܟ . ܥܬܝܩܐ ܘܐܦ ܚܕܬܐ .
ܨܘܪܬܟ ܠܒܝܫܝܢ ܀

ܐܬܐ ܕܓܕܥܘܢ . ܛܘܦܣܐ ܕܝܘܠܦܢܟ .
ܕܢܦܩ ܘܢܕܐ ܘܪܘܝ . ܠܥܡܡܐ ܕܥܡܡܐ .
ܕܢܬܪܥܘܢ ܦܐܪܝܗܘܢ ܀

ܗܐ ܒܕܘܝܕ ܟܬܝܒܐ ܡܘܡܬܗ ܕܐܒܘܟ .
ܕܟܘܡܪܘܬܟ ܕܡܫܪܪܐ ܗܝ . ܒܛܠܘ ܟܘܡܪܐ ܙܒܢܝܐ .
ܕܠܥܠܡ ܐܢܬ ܀

ܕܗܐ ܗܘ ܡܠܟܝܙܕܩ . ܡܢ ܟܘܡܪܘܗܝ ܕܥܡܐ .
ܠܟܘܡܪܐ ܟܗܢ ܘܐܠܦ . ܕܟܘܡܪܐ ܕܐܬܐ ܠܥܡܡܐ .
ܡܢ ܥܡܐ ܡܬܩܛܠ ܀

ܚܣܡ ܒܟ ܫܒܛܐ ܕܠܘܝ .
ܘܐܪܓܙ ܒܗ ܒܙܘܦܐ .
ܕܥܡܡܐ ܡܚܘܪ . ܒܛܠܘ ܒܟ ܠܘܝܐ .
ܕܫܠܝܚܐ ܟܗܢܘ ܒܟ ܀

posita, vocavit ac misit apostolos. Migrare et requiescere fecit priores, ad laborem excitavit et defatigatione subjecit posteriores.

8. In Abel, Domine, grex tuus præsignatur ; in Noe adumbratur tua Ecclesia, in Jacob pecus tuum, et in virga Moysi figuratur virga gregis tui.

9. In tribubus e Jacobo ortis præsignantur duodecim tui apostoli, in Juda stola tua, in Levi thuribulum tuum, et providentia tua in Joseph.

10. In Sem exultat tua imago ; in Abraham tuum gaudium ; Isaac portat crucem tuam ; veteres et recentiores figuris tuis induti sunt.

11. Signum Gedeoni datum typus est doctrinæ tuæ quæ ad gentes propagata eas rore suo aspersit et madefecit ut earum fructus acceptabiles tibi forent.

12. A David conscriptum est juramentum Patris tui[1], tuum nempe sacerdotium esse verum. Cessarunt sacerdotes temporales quia tu es sacerdos in æternum.

13. Ecce ille Melchisedech e sacerdotibus populi electi in populis munere sacerdotis fungitur et docet sacerdotem qui ad populos venturus est a populo occidendum esse.

14. Invidet tibi tribus Levi et fremet contra hyssopum tuum, quo gentes dealbas. Quia defecerunt levitæ, apostoli sacra peregerunt tibi.

[1] *Psalm.* 109, 4.

XXX.

ܕܬܪ̈ܝܢ ܕܡܝܘ ܒܪ ܩܠܗ ܀

ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܫܡܫܢ . ܫܡܫܘ ܘܥܒܪܘ ܫܪ̈ܓܐ .
ܘܐܘܦܘ ܛܘ̈ܦܣܐ ܘܨܘ̈ܪܬܐ . ܒܓܙܘܪܬܐ ܟܣܝܬܐ .
ܫܪܬ ܓܙܘܪܬܐ ܓܠܝܬܐ ܀

ܥܘܢܝܬܐ ܫܘܒܚܐ ܠܒܘܟܪܐ ܡܫܝܢܐ ܀

ܕܝܬܩܘܬܗ ܕܡܘܫܐ . ܠܣܒܪܬܗ ܗܘܐ ܡܣܟܝܐ .
ܥܬܝܩܬܐ ܟܠܗܝܢ· ܫܢܝܢ ܘܐܝܟ ܡܫܢܝ ܒܗ·
ܒܕܝܬܩܘܬܗ ܚܕܬܐ ܀
ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܥܘ̈ܝܪܐ . ܕܛܘ̈ܦܣܐ ܘܨܘ̈ܪܬܐ ܕܟܬ̈ܒܐ .
ܠܗܘ ܕܐܬܐ ܢܛܝܪܝܢ . ܠܒܗܬܬܗܘܢ ܕܓܠܐ ܗܘ .
ܕܐܬܐ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܀

ܗܐ ܢܣܟܘ ܒܗ ܢܒܝ̈ܐ . ܨܘ̈ܪܬܗܘܢ ܫܒܝܚܬܐ .
ܟܗ̈ܢܐ ܘܡܠ̈ܟܐ ܢܣܟܘ ܒܗ .
ܛܘ̈ܦܣܝܗܘܢ ܬܡܝܗܐ .
ܢܣܟܘ ܟܠܗܘܢ ܒܟܠܗ ܀
ܙܟܐ ܘܫܠܛ ܡܫܝܚܐ . ܒܦܘ̈ܫܩܘܗܝ ܠܨܘ̈ܪܬܐ .
ܒܡܦܩܢ̈ܘܬܗ ܠܐܪ̈ܙܐ . ܐܝܟ ܕܝܡܐ ܒܓܘܗ .
ܠܓ̈ܠܠܐ ܡܩܒܠ ܦܫܝܛܐ ܀

ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܨܠܝܒܗ ܨܘ̈ܪܬܗܘܢ ܒܒܣܪܗ .
ܛܘ̈ܦܣܝܗܘܢ ܒܚܝܠܗ .
ܪ̈ܙܝܗܘܢ ܒܫܘܦܪܗ .
ܘܟܠܗܘܢ ܒܟܠܗ ܀

XXX.

Secundus ejusdem toni.

1. In adventu Solis nostri ministrarunt et transierunt lucernæ; evanuerunt typi et figuræ; circumcisione interna soluta est circumcisio externa.

Responsorium : Gloria Unigenito pacificatori.

2. Testamentum Moysi Evangelium expectabat; antiqua omnia alis veluti translata requieverunt in testamento novo.

3. Si dicant cæci typos et figuras Scripturæ illi qui venturus est servari, hoc sit ad confusionem eorum; nam manifestum est venisse Christum.

4. Prophetæ effuderunt in eum præclaras suas figuras, sacerdotes et reges mirabiles suos typos, ea omnia in omnem ejus personam effuderunt.

5. Superavit Christus suis interpretationibus figuras, suis expositionibus symbola eaque assumpsit, sicut mare quod in se suos fluctus recipit.

6. Christus quippe cruce sua figuras, carne sua typos, virtute sua pulchra symbola, omnia denique tota sua persona adimplevit.

XXXI.

ܕܬܠܬܐ ܒܪ ܩܠܗ ܀

ܢܣܝ ܒܪܝ ܘܩܪܒ . ܡܢ ܥܬܪ̈ܘܗܝ ܕܒܘܟܪܐ .

XXXI.

Tertius ejusdem toni.

1. Experire, fili mi, et affer ex rebus Unigeniti quæ sunt apud

ܚܙܝ ܡܘܫܐ ܥܫܝܢܐ . ܘܚܙܝ ܟܕ ܡܙܕܟܐ .
ܕܠܐ ܐܫܟܚ ܚܝܠܗܝܢ ܀

ܒܘܪܟܐ . ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܨܪܘܗܝ ܢܒܝܐ ܀

ܣܓܝ ܡܢ ܒܕܢܐ ܕܗܘ . ܠܡܘܫܐ ܗܘ ܕܡܨܪܝܢ .
ܕܦܪܩ ܒܕܡܐ ܠܥܡܐ . ܕܠܗ ܨܘܪܐ ܕܢܫܦܟܘ .
ܒܝܡܐ ܫܦܝܟܐ ܀

ܩܪܝ ܠܗ ܗܘ ܕܐܟܬܒ . ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܗ

praeclarum Moysen et vide eum devictum, quia non invenit vim earum.

Responsorium : Benedictus quem praefigurarunt prophetæ.

2. Valde ab apprehensione Moysi remotum est illud quod in Ægypto Deus liberavit populum per sanguinem quod non figuravit se in mari effuso ;

3. Lege ei quod scripsit : Dixit Deus[1]....

XXXII.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠܐ ܛܘܒܝܟܝ ܥܕܬܐ ܥܘܢܝܬܐ ܠܫܘܒܚܐ
ܠܙܟܘܬܟ ܬܪܝܢ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܡܕܒܪܐ ܕܒܟܝ ܐܬܟܬܫ .
ܗܘ ܙܟܝ ܟܠ ܥܡ ܒܙܐ ܟܠ .
ܚܕ ܗܘ ܕܨܪܝܗ . ܠܚܘܒܗ ܕܐܟܠܩܪܨܐ .
ܘܐܒܙܗ ܫܒܝܗ ܘܫܒܐ ܫܒܝܗ .
ܐܦ ܠܒܥܠܕܒܒܗ ܕܐܬܦܪܣܝܘ . ܘܐܬܙܟܝܘ .
ܦܫܝܛܘܬܐ ܠܒܫ ܘܙܟܝܗ ܘܕܪܝܗ :
ܟܙܠܐ ܗܘ ܚܠܨܗ . ܕܐܬܥܒܕ ܒܝܕ ܡܘܫܐ .
ܠܫܒܪܐ ܘܠܬܡܝܡܐ ܀

ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܚܙܐ ܕܐܝܟ ܚܙܐ ܟܠ .
ܟܡ ܙܒܢܝܢ ܙܟܐ ܠܢܟܝܠܐ .
ܡܟܝܠ ܙܒܢ ܠܒܘܕ ܘܐܝܠܠ ܒܝܫܐ :
ܕܒܡܟܝܟܘܬܐ ܚܙܝܗܝ ܕܐܬܦܢܝ .

XXXII.

Alius in tono : Beata es Ecclesia[2]. Responsorium : Laudes victoriæ tuæ (bis).

1. Beatum es, o desertum, quia in te pugnavit ille omnium victor cum omnium direptore. Unus ille laceravit damnationem a diabolo inductam, ac spoliavit eum et liberavit captivos ejus ipsumque vinctum reliquit. O fraudes diaboli, quæ propalatæ sunt et devictæ ! sinceritate indutus Dominus devicit eum prorsusque deturbavit ; superavit eum per arma a Moyse confecta pro pueris et innocentibus.

2. Beatus qui considerat quomodo Omniscius iteratis vicibus vicit fraudulentum. Iterum atque iterum et solus ululavit Malus videns Dominum ad humiliationem

[1] Folium unum hic deest, sequitur folium alterum, cujus scriptura amplius legi nequit, deinde plurima folia excisa.

[2] Idem tonus est ac ܛܘܒܝܟܝ ܥܕܬܐ . Vide supra col. 483, n. I. Desumptus est iste hymnus e Musæi britan. cod. add. 14,506, fol. 49, ubi reperitur in collectione hymnorum de jejunio quadragesimali. In codice autem romano a J. S. Assemano descripto in *Bibl. Orient.* I, 95 est hymnus 14 de Virginitate.

ܣܛܢܐ ܓܝܪ ܒܟܬܫܐ ܕܚܪܝܢܐ .
ܐܝܟ ܢܘܢܐ ܒܡܝܐ ܫܒܝܚ ܒܗ .
ܐܝܟܐ ܕܠܝܬ ܗܪܝܢܐ . ܐܝܟܐ ܕܚܣܝܪ ܚܪܝܢܐ .
ܦܬܟܬܟ ܘܕܥܟ ܠܗ ✣
ܠܐ ܗܘܐ ܡܚܝܠܘܬ ܓܝܪ ܗܘ ܕܝܕܥܗ .
ܠܫܪܝܪܘܬܐ ܒܕܝܬܝܩܝܗ .
ܩܘܫܬܐ ܗܘ ܚܙܐ ܠܗܿ ܒܝܫܐ .
ܘܚܪܝܢܐ ܥܒܕ ܠܩܘܫܬܐ ܕܚܝܠ .
ܚܪܝܢܐ ܥܝܪ ܠܢ ܘܚܝܒܢ .
ܘܫܐܠܬܐ ܕܡܘܠܕܢ ܣܢܐܬܐ .
ܘܕܪܐ ܦܘܣܩܢܐ . ܬܘܒ ܠܚܘܣܪܢܢ .
ܐܘܣܦ ܒܫܐܠܬܗ ✣

ܒܟܐܦܐ ܢܣܝܗ ܗܘ ܣܛܢܐ .
ܠܟܐܦܐ ܕܫܩܐ ܠܥܡܐ ܡܘܗܒܬܗ .
ܠܟܐܦܐ ܕܗܘܐ ܗܘܬ ܠܚܡܐ ܚܝܐ .
ܠܟܐܦܐ ܕܫܚܩܬ ܨܠܡܐ ܪܒܐ .
ܢܣܝܘܗܝ ܫܩܝܠ ܗܘܐ ܠܗ ܘܠܐ ܕܚܠ .
ܕܥܘܪ ܗܘܐ ܒܣܘܟܠܗ ܘܠܐ ܪܓܫ .
ܫܠܦ ܗܘ ܨܠܡܐ . ܫܚܩܗ ܠܣܛܢܐ .
ܥܠܬܐ ܕܟܠ ܨܠܡܝܢ ✣

ܡܢ ܕܝܢ ܚܙܐ ܗܘܐ ܘܒܚܪ ܡܪܢ .
ܥܠ ܪܝܫ ܟܢܦܐ ܕܗܝܟܠܐ ܩܐܡ ܗܘܐ .
ܟܐܦܐ ܓܡܝܪܬܐ ܕܫܩܝܠܐ ܩܝܡܐ .
ܥܠ ܡܣܠܝܬܐ . ܕܐܫܩܠܗ ܡܢܟܠܐ .
ܣܛܢܐ ܕܐܣܩܟ ܘܐܩܝܡܟ .
ܥܠ ܕܪܓܟ ܐܩܝܡܟ ܘܠܐ ܦܢܝܬ .
ܬܕܡܘܪܬܐ ܠܚܙܝܢܗ . ܐܪܙܐ ܘܐܬܘܬܗ .
ܫܪܪܐ ܘܛܠܠܗ ✣

ܠܛܘܪܐ ܗܘ ܐܣܩܗ . ܠܗ ܡܟܝܟܐ .
ܥܠ ܪܘܡܪܡܐ ܐܩܝܡ ܣܡܗ .
ܬܡܢ ܐܬܬܩܠܘ ܐܝܟ ܕܒܡܣܐܬܐ .
ܡܟܝܟܘܬܐ ܐܦ ܪܡܘܬܐ .

confugisse; Satanas quippe in lucta et jurgio beatus est sicut piscis in aquis maris. Ubi non datur jurgium, ubi deficit contentio, ipse velut lucerna vacillat et extinguitur.

3. Veritas illa quæ omnes errores cognovit non ex impotentia sinceritatem proclamavit in suo Testamento. Visa autem veritate, Malus timuit; Perversus ille contentionem nobis excitavit et reos nos constituit atque excitavit quæstiones odium generantes et luctam, quæstionibusque suis damnum in nostram perniciem addidit.

4. Lapidibus tentavit Satanas[1] Lapidem qui potum dedit populo[2], Lapidem qui factus est panis vivus[3], Lapidem qui confregit magnam statuam[4]. Tentator portans eum non timebat quia ejus intellectus erat obcæcatus et non advertebat. Prima omnis statuæ causa Satanam loco illius statuæ confregit.

5. Quis attente consideravit Dominum nostrum super pinnaculum templi stantem? Lapis perfectus assumptus stabat super lapidem reprobatum. Fraudulentus Satanas, qui te assumpsit te super gradum tuum constituit. O rem visu miram! En mysterium ejusque signum, veritas ejusque umbra.

6. Satanas in montem assumpsit humillimum (Salvatorem) assumptumque super locum excelsum posuit. Ibi ponderibus libratæ sunt humilitas et superbia ; superbia

[1] *Matth.* IV, 3.
[2] *Exod.* VIII, 6.
[3] *Joan.* VI, 35.
[4] *Dan.* II, 34.

ܪܘܡܐ ܒܟܐܢܘܬܐ ܐܬܡܟܟ .
ܘܡܟܟܗ ܗܘܐ ܡܟܝܟܐ ܕܐܬܬܪܝܡ .
ܐܘ ܠܟ ܡܪܝ : ܕܣܛܢܐ ܕܢܣܝܟ .
ܐܣܝ ܦܠܚ ܚܘܒ ܠܟ ❖
ܒܛܘܪܐ ܗܘ ܢܣܝܗ ܣܛܢܐ ܠܡܪܢ .
ܐܝܟ ܕܒܒܙܚܐ ܠܥܡܡܐ ܩܪܒ ܠܗ .
ܥܒܕܗ ܕܡܠܬܗ ܗܘܐ ܡܫܪܪܢܐ .
ܕܦܢܘ ܐܦ ܠܐܝܢܐ ܕܐܙܟܝܗ .
ܟܠܝܠܐ ܕܙܟܘܬܐ ܢܣܒܗ .
ܠܙܟܝܐ ܕܩܪܒܗ ܕܢܣܒܗ .
ܠܐ ܗܘܐ ܡܓܚܟܐ . ܟܠܝܠܐ ܗܘ ܕܢܣܒܗ ܗܘܐ .
ܡܪܢ ܒܟܐܢܘܬܐ ❖

æquitate prostrata fuit; humilis eam per suam exaltationem prostravit. O Domine, Satanas qui tentavit te arma tua reddidit tibi.

7. In monte tentavit Satanas Dominum; veluti per ludibrium populos ei obtulit. Effectus verbum ejus comprobavit. Populi quippe ad Satanæ victŏrem conversi sunt. Etenim Dominus coronam, quæ ipsi victori accipienda a Satana per ludibrium oblata fuerat, libere et in æquitate accepit

XXXIII.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠܐ ܛܘܒܝܟܝ ܥܕܬܐ ܒܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ
ܕܟܠܠܗ ܠܫܟܝܡ ܬܢܝ ❖

ܛܘܒܝܟܝ ܐܘ ܫܟܝܡ ܕܒܟܝ ܗܘ ܫܪܐ ܗܘܐ :
ܢܘܗܪܐ ܕܛܪܕܬܗ ܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕ .
ܐܚܪ̈ܢܐ ܩܪܒܘ ܒܥܘ ܕܢܫܢܐ :
ܡܒܘܥ ܪ̈ܚܡܐ ܡܢ ܐܬܪܗܘܢ .
ܛܘܒ ܠܥܡܘܪ̈ܝܟܝ ܕܐܬܟܫܦܘܗܝ ܘܚܕܪܘܗܝ .
ܠܓܘܗ ܓܙܐ ܕܪ̈ܝܚܐ ܒܣܝ̈ܡܐ .
ܕܢܦܫܘܢ ܒܪܝܚܗ ܘܢܥܒܪ ܒܪ̈ܓܫܝܗܘܢ .
ܚܝܠܐ ܕܥܘܕܪ̈ܢܘܗܝ ❖
ܛܘܒܝܟܝ ܐܢܬܬܐ ܚܣܝܪܬ ܒܡܕܪܐ .
ܕܬܪ̈ܝܢ ܣܝ̈ܡܝܢ ܣܡܬܝ ܒܪܘܡܐ .
ܬܗܪܐ ܗܘ ܪܡܐ ܕܐܪܟܢ ܗܝ ܪܒܘܬܐ :
ܥܝܢܗ ܕܚܙܬ ܠܬܚܬ ܡܣܟܢܬܐ .
ܬܪ̈ܝܢ ܡܥ̈ܘܢܝܢ ܐܬܬܩܠܘ ܐܦ ܙܟܘ :
ܒܗ̇ ܡܣܐܬܐ ܕܐܠܗܐ ܠܟܟܪܐ :

Alius hymnus in tono: Beata es Ecclesia[1]. Responsorium: Beatus qui coronavit Sichem (bis).

1. Beata es, o Sichem, quia apud te divertit lux quam expulsit terra Judæ[2]. Alii accedentes petierunt ut migraret ab eis fons misericordiæ. Beati autem incolæ tui qui rogarunt atque circumdederunt thesaurum aromatum suavium ut eorum odore recrearentur, et in eorum sensibus inferretur virtus ejus auxiliorum.

2. Beata es, o mulier habitatione indigens, quia duos thesauros posuisti in cœlo. O miram rem! Suprema Majestas oculos defixit deorsumque dimisit in mulierem contemptibilem; duo minuta in bilance Dei appensa vicerunt talentum[3]. Salus hujus mulieris

[1] Idem est tonus ac hymni præcedentis. Hic hymnus desumptus est e cod. add. 14,506, fol. 95. Est autem 17us inter hymnos de virginitate apud J. S. Assemanum, *Bibl. Or.* I, 95.

[2] Cfr. *Joan.* IV.

[3] Cfr. *Marc.* XII, 41 44.

ܣܢܝܩܐ ܠܗ̇ ܗܘܬ ܀ ܒܡܥܐ ܕܐܘܙܦܬ .
ܘܐܬܦܢܝܬ ܡܢܗ̇ ܀
ܐܦ ܐܢܬܝ ܒܪܬ ܟܢܥܢ ܒܡܪܚܘܬܐ .
ܕܠܐ ܡܙܕܟܝܐ . ܙܟܝܬܝ ܠܟܐܢܘܬܐ .
ܟܐܢܐ ܗܘ ܐܣܝܡ ܠܐܪܥܐ ܕܥܡܡܐ .
ܕܠܐ ܬܥܒܪ ܗܘܬ ܟܪܘܙܘܬܐ .
ܛܘܒܝܟܝ ܕܦܬܚܬܝܗ̇ ܠܣܝܓܐ ܘܠܐ ܕܚܠܬܝ ܀
ܡܪܐ ܬܚܘܡܐ ܡܫܒܚ ܗܘܐ ܚܝܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܟܝ .
ܕܡܣܬܝܒܠ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܐܣܝܬ .
ܠܒܪܬܟܝ ܒܓܘ ܒܝܬܟܝ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܐܦ ܠܟܝ ܐܘ ܐܪܡܠܬܐ .
ܕܥܠܡܐ ܡܝܬܐ ܘܒܪܟܝ ܡܝܬܐ .
ܒܪܟܝ ܕܝܢ ܗܐ ܚܝܐ ܕܠܐ ܬܟܫܦܬܐ :
ܘܕܠܐ ܨܠܘܬܐ ܒܪܝܬܐ ܦܪܝܩܐ .
ܠܐ ܒܥܘܬܐ ܩܪܬ ܗܘܬ ܠܐܣܝܐ .
ܐܦܠܐ ܨܠܘܬܐ ܐܪܟܢܬܗ ܠܦܪܘܩܢ .
ܪܚܡܘܗܝ ܐܪܟܢܘܗܝ . ܠܗܘ ܕܢܚܬ ܐܚܝܗ .
ܠܥܠܡܐ ܘܠܥܠܝܡܐ ܀
ܠܟܝ ܛܘܒ ܟܪܝܗܬܐ ܚܡܬܗ ܕܫܡܥܘܢ .
ܕܐܣܝܐ ܕܪܘܡܐ ܢܚܬ ܣܥܪܟܝ ܗܘܐ .
ܠܐܝܕܟܝ ܒܗ ܩܪܒ ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܓܘܫ .
ܕܗܘܝܘ ܕܡܬܚ ܟܠ ܓܝܕܐ .
ܗܘ ܛܡܪܗ ܠܐܫܬܐ ܒܓܘܗܘܢ .
ܡܒܘܥ ܕܕܘܥܬܐ : ܚܠܝܛ ܠܗ ܠܢܘܪܗܘܢ .
ܒܪܡܙܐ ܕܡܪܢ ܐܦ ܙܟܝܢ ܘܡܙܕܟܝܢ .
ܬܪܝܗܘܢ ܒܚܕ ܦܓܪܐ ܀
ܒܦܓܪܟܝ ܟܪܝܗܬܐ ܥܡܪܐ ܐܫܬܐ .
ܢܘܪܐ ܟܣܝܬܐ ܘܠܐ ܡܬܚܙܝܢܝܬܐ .
ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܝ ܡܢ ܡܨܐ ܠܡܐܡܪܗ̇ .
ܘܚܡܝܡܘܬܐ ܕܪܚܡܐ ܥܠܬ ܘܩܪܬ ܘܐܣܝܬܟܝ .
ܫܡܘܥܐ ܬܕܡܪܘ . ܒܚܘܒܐ ܕܫܡܥܬܘܢ .

annexa erat quadranti quod ipsa mutuo dedit, et quo privata recessit.

3. Et tu, filia Chanaan[1], audacia vicisti illum qui est justitia invincibilis. Justus ille statuerat terram gentium terminum esse ultra quem non transiret prædicatio. Beata tu quæ absque metu murum separationis aperuisti; Dominus confinium laudavit te fideique tuæ fortitudinem, quæ a longe obtinuit sanitatem filiæ tuæ in domo tua.

4. Beata etiam es tu, o vidua[2], mundus mortuus est et filius tuus mortuus est. Ecce filius tuus absque oratione reviviscit et mundus absque oratione salvatur. Nec preces advocarunt medicum nec oratio inclinavit ad nos salvatorem, misericordia inclinavit eum ut descenderet et salvaret mundum ac juvenem.

5. Beata es tu, o infirma socrus Petri, quia medicus e cœlo delapsus visitavit te; accessit non ut tangeret manum tuam, idem enim ille qui extendit omnes nervos ipse intra eos abscondit febrim; fons sudoris unitur igni nervorum; ambo nutu Domini vincunt et vincuntur in eodem corpore.

6. In corpore tuo, o ægrota, inhabitat febris, ignis occultus et invisibilis. O rem miram? quis poterit de ea dicere? Fervor misericordiæ ingressus refrigeravit et sanavit te. Auditores, admiremini

[1] Cfr. *Matth.* XV, 22, sqq.

[2] Cfr. *Luc.* VII, 11.

ܒܓܘܪܗ ܕܐܫܬܐ ܀
ܛܘܒ ܠܟܝ ܠܟܠܟܝ ܐܘ ܒܬܘܠܬܐ .
ܟܢܫܐ ܕܠܒܪܐ ܢܩܝܦܐ ܗܘܬ .
ܬܗܪܐ ܗܘ ܟܡܐ ܐܪܟܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ .
ܕܠܢܫܐ ܢܫܐ ܢܩܦ̈ܝ ܗܘܝ .
ܡܢ ܡܘܗܒܬܗ ܫܩܠ̈ܝ ܢܣܒ̈ܝ ܡܢܗ ܘܐܣܬܝܒܪܘ܀
ܡܢ ܡܘܙܓܬܗ ܐܛܦܣ ܠܗ ܘܣܡܟܘܗܝ .
ܛܘܦܣܐ ܡܕܟܝܐ ܝܗܒ ܠܢ ܒܫܘܬܦܘܬܗ .
ܫܒ̈ܚܝܢ ܠܕܟܝܘܬܗ ܀

carbonem[1] qui extinxit vim febris.

7. Beatæ vos omnes, o puellæ castæ, cœtus Filio coadunate; mirum est quantum se inclinavit Sanctissimus ille. Mulieres ei adhæserunt, e donis ab eo acceptis eum refecerunt. Ille in adunatione sua typum purum dedit nobis. Laudes puritati ejus.

XXXIV.

ܒܩܠܐ ܠܟܢܫܐ ܟܕܐ ܥܠܝܐ ܐܫܘܢܝ ܐܦ
ܠܝ ܕܒܢ̈ܚܬܟ ܐܥܘܠ ܠܗ ܡܪܝ
ܠܓܢܘܢ ܩܕܝܫܟ ܀

ܩܛܢܐ ܬܘܕܐ ܠܟ . ܕܐܚܕܝܬ ܠܡܫܬܘܬܗ .
ܘܟܠܝܠܗ ܕܚܬܢܐ ܢܪܡܪܡܟ ܕܪܡܪܡܬܗ .
ܘܟܠܝܠܐ ܟܠܝܠܗ ܗܘܐ ܠܗ ܠܙܟܘܬܟ .
ܒܡܚܙܝܬܐ ܕܡ̈ܬܠܐ . ܐܬܬܪܫܡ ܘܐܬܦܫܩ ܀
ܕܠܥܕܬܟ ܨܝܪܬ ܒܟܠܬܐ .
ܘܒܡܫܬܘܬܗ ܪܫܝܡܝܢ ܐܬܩܪܝܘ .
ܘܒܙܟܘܬܟ ܨܝܪܬ ܠܡܐܬܝܬܟ ܀

ܡܫܬܘܬܐ ܬܘܕܐ ܠܟ . ܕܐܣܓܝܬ ܚܡܪ̈ܝܗ .
ܗܐ ܫܬ̈ܝܐ ܬܗܝܪܝܢ . ܘܬܗܝܪܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ .
ܐܫܬܝܘ ܚܡܪ̈ܐ ܓܒ̈ܝܐ ܕܡܢ ܡ̈ܝܐ .
ܕܠܡܠܟܐ ܩܪܘ ܗܘܘ . ܚܡܪ̈ܘܗܝ ܡܙܓ ܠܗܘܢ .
ܛܘܒ ܠܐܝܢܐ ܕܬܡܢ ܣܡܟ ܗܘܐ .
ܕܢܫܘܛ ܗܘܐ ܫܘܦܪܗ ܕܟܠܬܐ .
ܘܒܟ ܡܪܝ ܢܚܙܐ ܟܡܐ ܫܦܝܪ ܐܢܬ ܀

Ad tonum: cœtus supernus[2]. Responsorium: Dignum me efficias, Domine, ut vestibus tuis indutus ingrediar thalamum tuum.

1. Cana laudet te quia exhilarasti convivium ejus, et corona sponsi exaltet te quia exaltasti eum. Coronam coronæ ejus esse triumphum tuum in speculo parabolarum explicatur et significatur. In sponsa figurasti Ecclesiam tuam; in convivis invitati tui signati sunt; in triumpho tuo præfigurasti adventum tuum.

2. Convivium laudet te, quia multiplicasti vina ejus. Ecce potatores admiratione percelluntur. Vina nobilia ex aquis facta biberunt; quia regem invitaverant, vina sua propinavit illis. Beatus qui ibi conviva fuit ut, despecta sponsæ pulchritudine, te intuens, Domine, videret quam pulcher es.

[1] Ita S. Ephræmus appellat Christum, præsertim in Eucharistia.

[2] Hymnus est qui legitur *Opp. Syr. lat.* III, 599. Ejus schema vid. supra col. 581, n. 1. Desumptus est hic hymnus e cod. add. 14,506, f. 92, ubi invenitur sub hoc titulo « ܠܘܬ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܥܠ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܕܥܒܕ ܡܫܝܚܐ ܒܙܒܢܐ ܕܡܬܒܪܢܘܬܗ ܕܒܡܘܬܐ܃ ܕܡܬܐܡܪܝܢ ܒܚܕܒ̈ܫܒܐ ܕܨܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܪܒܥܝܢ . ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܩܕܡܝܐ Hymni de miraculis quæ fecit Christus in tempore vitæ ejus mortalis; dicuntur in dominicis sancti jejunii quadragesimalis. Hymni dominicæ primæ. » Hic hymnus 33us est inter hymnos Ephræmi de *Virginitate*, ap Assemanum, *Bibl. Orient.* I, 96.

ܒܙܡܝ̈ܢܐ ܐܘܕܐ . ܕܐܫܩܝܢܝ ܘܪܘܝܢܝ .
ܠܗܘ ܚܬܢܐ ܫܡܝܢܐ ܕܐܬܪܟܢ ܘܙܡܢ ܟܠܐ .
ܘܠܡܫܬܘܬܗ ܕܟܝܐ ܕܐܟܘܬ ܡܫܪܝܐ ܐܥܠ .
ܒܗ ܒܥܠܝܡܐ ܐܘܕܐ . ܕܗܘܝܘ ܚܬܢܐ ܘܠܓܢܘܢܗ .
ܕܢܩܘܫ ܢܩܫ ܗܘܐ ܠܠܡܬܟܢ .
ܘܡܫܬܝܐ ܥܬܝܪ ܗܘܐ ܘܠܐ ܚܣܝܪ .
ܐܝܟ ܡܫܬܘܬܐ ܕܚܣܪܬ ܘܐܬܡܠܝܬ ❖

ܢܘܕܐ (ܠܗ) ܕܒܪܐ . ܕܠܚܡܐ ܣܓܝ ܒܓܘܗ :
ܟܦܢܐ ܣܒܥܘ ܘܐܘܬܪܘ . ܙܘܕܐ ܫܩܠܘ ܘܐܙܠܘ .
ܙܘܕܝܗܘܢ ܕܐܫܩܠܘ ܐܟܪܙܘܗܝ ܒܡܕܝܢܬܗܘܢ .
ܡܢ ܦܬܘܪ ܡܠܟܐ ܠܚܡܐ ܕܣܥܪܐ ܪܓܝܓ ܗܘܐ .
ܛܘܒ ܠܐܝܢ ܕܫܘܐ ܘܠܗ ܐܟܠ :
ܘܒܟ ܡܪܝ ܢܬܗܪ ܚܙܐ ܗܘܐ ❖

ܫܠܡ ❖

3. Inter invitatos gratias agam quod potu me refecit. Invitavi sponsum cœlestem, qui se demisit ut omnes invitaret. Ad convivium ejus purissimum conviva ingrediar; inter juvenes gratias agam quia ipse sponsus est et non est qui ad thalamum ejus pulset; convivium ejus opulentum non indiget sicut illud convivium quod defecit et repletum (a Domino) fuit.

4. Laudet eum desertum quod panem in se multiplicavit; esurientes satiati fuerunt et abundarunt ac cum viaticis abierunt. Viatica asportata Christum annuntiarunt in civitatibus suis. Hordeaceus mensæ regis panis desiderabilis erat. Beatus qui dignus fuit ut illum manducaret et te, Domine mirabundus intueretur.

EXPLICIT.

INDEX.